BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
22 H
39

Digitized by Google

A 11 a 833 f 3a

Digitized by Google

Digitized by Google

DE COMMUNIONE

IN STATU GRATIÆ PERAGENDA,

DE MODO

RECIPIENDI BAPTISMUM,

Offerendi ſacrificium, horas recitandi, Miſſam audiendi, Feſta, jejuniaquè ſervandi, Confeſſionem faciendi, Satisfactionem implendi &c. ad ſatisfaciendum Præcepto, ſivè divino, ſivè Eccleſiaſtico.

Item de Baptiſmi & Confeſſionis informis reviviſcentiâ.

Per JOANNEM WATERLOOP, *Sacræ Theologiæ Doctorem Univerſitatis Duacenſis, ejuſdemq; anteà Profeſſorem Regium & ordinarium, atquè Seminarii Tornacenſis præſidem, modò Eccleſiæ Cathedralis Tornacenſis Canonicum Theologum.*

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE IN ROMA

TORNACI,
Typis NICOLAI INGLEBERT, ſub ſigno Sancti Ignatii, 1681.

Cum Approbatione & Privilegio Regio.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO
AC
REVERENDISSIMO DOMINO
D. GILBERTO
DE CHOYSEUL,
DU PLESSIS-PRASLAIN,
Eccleſiæ Tornacenſis Epiſcopo.

*Q*Vatuor potiſſimùm indumentorum generibus, ILLUSTRISSIME DOMINE, *fuiſſe veſtitum à ſui creatione hominem, ſacræ litteræ palam teſtantur. Ex his tria à ſuo conditore accepit, quartum verò ipſemet homo adinvenit. Inter illa præſtantiſſimum haud dubiè fuit primum, videlicet innocentiæ veſtimētum: per quod homo permagnâ gratiâ dona-*

 batur,

batur, & permultis prærogativis cumulabatur. Peccatum utiquè neſciebat, nequè ullo interno in ipſum impulſu ferebatur, cum juxtà doctiſſimum pariter ac ſanctiſſimum Hipponenſium Epiſcopum, [a] primorum illorum hominum fuerit prima juſtitia obedire Deo, & hanc in membris adverſus legem mentis ſuæ, legem concupiſcentiæ non haberent. *De illo amictu intelligendus eſt Eccleſiaſticus dum dicit*, [b] Deus creavit de terrâ hominem, & ſecundùm imaginem ſuam fecit illum. Et iterùm convertit illum in ipſam, & ſecundùm ſe veſtivit illum virtute; *ſic ut ſtola illa prima, quâ homo indutus fuit in ſtatu innocentiæ, undiquè lumine gratiæ circumfuſa, & omnium virtutum generibus decorata, perilluſtris extiterit.*

[a] Aug. lib. 2. de peccat. merit. cap. 23.

[b] Cap. 17. v. 1.

Sed amiſſo paulò poſt ob peccatum tam divino, tamquè inſigni tegumento, homo ſuæ nuditatis ac turpitudinis conſcius,

Semper iſta ficus folia habet, & numquam fructus habet iſta fi-

ſcius, novam veſtem turpitudinis velandæ causâ ex foliis fici contexuit. [a] Aperti ſunt, *ait textus ſacer*, oculi amborum: cumquè cognoviſſent ſe eſſe nudos, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata. *Satis advertit primus hominum parens per ejuſmodi velamen non eſſe ſuæ turpitudini occultandæ ſufficienter proſpectum, præcipuè coram Deo: cum ipſo deambulante in paradiſo latebras petierit, nequè coram adſtare auſus fuerit.* [b] Timui eò quod nudus eſſem, & abſcondi me.

eus quæ in paradiſo fuit: deniquè & Adam eo tẽpore texit verẽda ſua, quãdò corruit. Habebat enim folia. Ficus iſta ſynagoga Judæorũ eſt. Chryſoſt. hom. 12. in Marc.

[a] Gen. 3. v. 7.

[b] Verſ. 10.

Cum igitur ea veſtis minimè ſufficeret, alteram, & quâ ab injuriis exterioribus defenderetur, & quâ perfectiùs ſuam homo turpitudinem tegeret Deus ſubminiſtravit. [c] Fecit Dominus Deus Adæ & uxori ejus tunicas pelliceas, & induit eos. *Illas autem tunicas pelliceas, legem ſacrificiorum per Moyſen promulgandam, atquè populo*

[c] Verſ. 21.

 fideli

fideli tradendam, adumbraſſe veriſimile alicui fortaſsè videbitur. Per ipſam enim, ejuſquè obſervantiam, peccata populi tegebantur, non tollebantur: [a] impoſſibile enim eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata. *Ab hoſtibus, ſterilitate, aliiſquè calamitatibus & miſeriis protegebatur, imò variis bonis cumulabatur, juxtà promiſſiones factas Deuteronomii 28. & alibi.* [b] *Utrùm verò ejuſdem rei figura quædam non extiterit in patriarchâ Jacob, dum* [c] pelliculas hœdorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit, *ac illo ingenioſo cultu benedictionem magnificam fratri ſuo Eſaü præripuit, eamquè ſibi, ſuæ quoquè poſteritati aſſeruit?* [d] *aliis inveſtigandum relinquo.*

[a] Heb. 10. verſ. 4. Cap. 9. v. 9. 13. 2. Cor. 3. verſ. 6. Galat. 3. verſ. 21. S. Th. in 3. d. 40. a. 3.

[b] Aug. in Pſalm. 71. præfat. fol. 172. h. S. Th. 1. 2. q. 107. a. 1. 2. 3.

[c] Gen. 27. verſ. 16.

[d] Aug. in Pſal. 78. verſ. 7.

Quartum autem veſtimentum refert Apoſtolus, atquè ut ipſum induamus vehementer adhortatur cum ait, [e] induimini Dominum Jeſum Chriſtum.

[e] Rom. 13. verſ. 14.

ſtum. [a] Renovamini ſpiritu mentis veſtræ, & induite novum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in juſtitiâ & ſanctitate veritatis. *Ejus verò præſtantiam prædicat S. Leo ſerm. 1. de Aſcenſione.* Sumus, *inquit*, ampliora adepti per ineffabilem Chriſti gratiam, quam per diaboli amiſeramus invidiam. [a] Epheſ. 4. v. 24. Heb. 8. v. 10. cap. 10. v. 16. 17.

Ex his omnibus tegumentis, nullum homini, tametſi omnium infimum, ut potè nullius valoris, tenaciùs adhæſit, nullumquè fuit illi magis familiare, quam illud ipſum à ſe excogitatum; ut etiam patuit in populo Judaïco, qui cultum Deo promiſſum [b] *pro tempore* [c] *exuit, idolis ſiquidem aliquoties immolavit, ac gentium abominationes fecit. Et quamvis variis cladibus attritus, iiſquè ſapientior effectus, Deo ſoli poſtmodùm cultum exteriorem in lege Moyſi præceptum detulerit, omnemquè idololatriam ſtudioſè exterminaverit: nihilominùs*

Ad conſueta recidimus, & ad ſolita iſta dilabimur. Auguſtin. in Pſal. 41. v. 5.

[b] Deut. 5. verſ. 27. Joſue 1. verſ. 16.

[c] 3. Reg. 14. v. 23. Hebr. 8. verſ. 9.

minùs per eum cultum folia ſuperinduit, dum litteræ & cortici totus inhærens, ſpiritum vivificantem, finemquè legis primarium [a] prorsùs neglexit. Quocircà velut fruſtrà Deum colens à Domino [b] nuncupatus eſt. Immò alibi [c] ficulneæ frondoſæ & ſterili juxtà vineam plantatæ comparatus, quæ, utpotè nihil profuturâ ulteriore [d] ſimul ac meliore culturâ exteriore, tanquam inutilis & noxia ſuccidi deberet: ipſa verò vinea ab eo auferretur, ac aliis agricolis traderetur, [e] qui reddant ei fructum temporibus ſuis. Poſtremò humani generis Dominus ac redemptor, paulò antè ſuam paſſionem, ficulneam ob ſuam pertinacem ſterilitatem, cujus tamen fructum tantoperè eſuriebat, ſecùs viam exiſtentem, quaſi ſua folia tranſeuntibus oſtentantem, maledixit, arefecitquè. [f] Et videns inquit Evangeliſta, fici arborem unam ſecùs viam venit ad eam: & nihil invenit in eâ

niſi

Rom. 10. v. 3. 4. Auguſtin. ſerm. 13. de verb. Apoſt.
a Aug. lib. 17. contrà Fauſt. cap. 5. 6. In enarrat. Pſ. 73. fol. 175. k. l. Orat. adverſus Judæos tom. 6. cap. 8. 9. S. Th. 1, 2. qu. 107. art. 1. 2.
b Matth. 15. v. 9.
c Oſee 10. v. 6. Luc. 13. v. 6.
d Malach. 3. v. 3. Matth. 3. v. 10. Joan. 15. v. 6. 1. Cor. 3. v. 7.
e Matth. 21. v. 41. 43.
f Verſ. 19.

niſi folia tantùm. *Quaſi diceret, ut opinor, ideò maledixit, quià tam in re quam in ſpe nihil aliud ficulnea habebat niſi folia: (tametſi homo aliter credidiſſet) adeoquè fruſtrà expectari fructum aliquem æſtate veniente; vel eò magis quod ipſemet ſol juſtitiæ jam per tres annos & ampliùs, ſuis benignis influentiis, radiiſquè multiplicibus inani conatu dictam ficulneam ſemper colluſtraſſet, atquè calefeciſſet, à quâ propediem eſſet receſſurus.* Ibat enim, *inquit Chryſoſtomus homil. 47. in Matth.* numquam ad illud templum iterùm reverſurus: jam enim maledixerat ei, dicens: numquam ex te fructus naſcatur. Hæc enim Synagoga erat illa ficulnea ornata foliis, & fructibus vacua, quæ arbor videbatur, non autem erat niſi figuralis, ſed erat Synagoga realis.

Veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate. Nam & pater tales quærit. Joan. 4. verſ. 23. Aug. ſerm. 255. e lib. 10. de civit. cap. 5. Iſai. 5. v. 2. Jerem. 18. verſ. 13. Oſee 2. verſ. 12.

Infœlix illa arbor, Illuſtriſſime Domine, *quam & propè, & à longè Do-*

 minus

minus [a] *vidit, tam ſolemniter maledicta ſimul & arefacta, reviviſcere & repullulare auſa eſt. Quinimò vineam aliò tranſlatam, atquè tranſplantatam* [b] *ſequi & comitari non erubuit, eoque ſucceſſu id peregit, ut nos pleroſque ſuorum foliorum non ſolummodò cupidos, verum etiam patronos reperiret. Sed tibi hæc ſingularis* [c] *laus debetur, quod eam tanquam jam olim maledictam & infecundam, ab agro Eccleſiæ tibi commiſſæ repuliſti,* [d] *in eo te non minùs vigilantem, quam zeloſum agricolam exhibens. Cujus pietatem ſecutus eſt anno ſequente univerſalis Eccleſiæ atque vineæ dominicæ cultor ac Paſtor Innocentius XI, ejuſmodi ficulneam iteratò maledicens, atque anathemate feriens. Perge igitur, Zizania ab agro dominico ſollicitè* [e] *revelle, vineæ palmites* [f] *purgare ſatage, fermentum ab animæ pane remove,* [g] *ut epulentur omnes in azimis*

ſinceri-

[a] Chryſoſt. homil. 12. in Marc.

[b] Nõ enim dixit, permanebit in vineâ ficus iſta. Chryſoſt. ibid.

[c] Sacerdotes vineæ ſpiritualis cultores. idem homil. 40. Aug. in Pſ. 36. conc. 1.

[d] Novam fecit ſibi Eccleſiam, & admonuit, ut ſicut mutavit locum, mutet & mores. Chryſoſt. homil. 47.

[e] Matth. 13. v. 30.

[f] Joan. 15. v. 2.

[g] 1. Cor. 5. v. 7.

ſinceritatis & veritatis. Denique opuſculum hoc, tametſi rude ſimul & impolitum, tuo adſcriptum nomini, cauſam vineæ, non frondoſæ [a] *ſed fructiferæ ac electæ* [b] *ſuſtinens, vultu benigno reſpice, atque favore tuo protege, meque tot tibi titulis obſtrictum ſolitâ juxtà ac innatâ humanitate & benevolentiâ complectere. Ità ex animo precatur,*

a Oſee 10. v. 1.
b Zachar. 8. v. 12. Malach. 3. v. 11.

Magnitudini tuæ

Devinctiſſimus ac obſequentiſſimus ſervus JOANNES WATERLOOP.

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

Si enim nos ipſe nō adjuvat, nō dico vincere, ſed nec pugnare poterimus. Aug. ſerm. 13. de verb. Apoſt. lib. 17. contrà Fauſt. c. 6.

a F. 360. d.

NEGOTIUM quotidianum, magnique momenti, tuis, Lector benevole, oculis ſubjicimus. Hoc enim opuſculo inveſtigamus, quid & quo ſit agendum modo, ut divinis, eccleſiaſticis, aliiſvè præceptis ſatisfeciſſe cenſeamur. Quamquam ſcopo mihi directè propoſito abundè ſufficiat oſtendere, per communionem ſacrilegam, neque divinum, neque eccleſiaſticum impleri poſſe præceptum; (*lex enim*, a juxtà Aug. in enarrat. Pſal. 143 *ſinè gratiâ impleri non poteſt*, & juxtà S. Thom. 1. 2. q. 107. art. 2. *finis cujuſlibet legis eſt, ut homines efficiantur juſti & virtuoſi.*) Cum ea quæſtio totum ac unicum opuſculi conſcribendi argumentum extiterit. Nihilominùs quià quædam ſunt quæ cum quæſtione prædictâ communem habent difficultatem, & ut talia ab Adverſariis objiciuntur, idcircò illa etiam examinare debuimus, unaquè demonſtrare parti contrariæ minimè ſuffragari.

Unico penè fundamento, unicavè regulâ præſens nititur diſſertatio, videlicet quod ad præcepto ſatisfaciendum, planè opus ſit ea omnia, eoquè modo adhibere, quibus finem præcepti proximum conſequamur, b *contingit autem ad unum finem multa eſſe neceſſaria vel expedientia; & ſecundùm hoc poſſunt de diverſis rebus dari diverſa præcepta, in quantum ordinantur*

b 1. 2. qu. 99. a. 1. O.

nantur ad unum finem. Undè ad evitandam omnem ambiguitatem, omnemquè æquivocationem, omninò diſtinguenda eſſe arbitramur, tum præcepta, tum eorumdem fines & objecta. Quamvis enim ad Deum velut ad finem ultimum omnia præcepta collimare debeant, illud tamen non æquè primò efficiunt: ſunt enim quædam, quæ per actus à ſe imperatos Deum immediatè contingunt, & ſub ratione diversâ, ut ſunt præcepta de actibus virtutum theologalium. Dantur alia quæ vel Dei cultum, vel ſalutem noſtram, vel alienam, ejuſquè incrementum reſpiciunt; ut ſunt præcepta de votis, ſacrificiis, juramentis, feſtis, Sacramentis, exhortationibus, correctionibus, concionibus & ſimilibus. a *Habemus duo quædam; unum, quod Chriſtiani ſumus: alterum, quod Prapoſiti ſumus. Illud quod Chriſtiani ſumus, propter nos eſt: quod autem præpoſiti ſumus propter vos eſt. In eo quod Chriſtiani ſumus, attenditur utilitas noſtra: in eo quod Prapoſiti, nonniſi veſtra.* b *Sivè occaſione, ſivè veritate Chriſtus annuntietur, annuntient qui me amant, annuntient qui mihi invident. Illi bono odore vivunt, & illi bono odore moriuntur: tamen utriſquè prædicantibus nomen Chriſti annuntietur, odore optimo mundus impleatur &c. numquid quià mori voluiſti, ideò odorem illum malum eſſe feciſti?* Reperiuntur alia præcepta quæ fines proximos habent naturales; ejuſmodi ſunt præcepta de honorandis parentibus, reddendo depoſito, & ſimilibus, quæ in ſecundâ decalogi tabulâ recenſentur. Habentur alia quæ circà res externas verſantur, qualia ſunt de ædificando, pugnando, concione faciendâ &c. Præter rem

In 2.d.38. q. 1.a. 1. In 4.d.14. q. 1.a.1.q. 4.ad 2. & 1.2.q.66. a.6.q.107. a.1.& 3.p. q.60.a.3.

a Aug.de Paſtoribus cap.1. 10. In præfat. Pſal. 115. Philip. 1. v. 18.

b Auguſt. tract. 50. in Joann. ſerm. 13. de ſanctis.

Finis humanæ legis eſt utilitas hominum. 1.2.q.95. a.3.q.99. a.1. a.3.4. q.100.a.2, 5.6.

externam quædam actum internum poſtulant, ut baptiſmus, horarum recitatio, matrimonium. Immò non deſunt alia quæ certum ſtatum, certamvè qualitatem in agente requirunt, ut communio, confeſſio, ſatisfactio &c. Deniquè Legiſlator plures fines nonnumquam ſibi præſtitutos habet, quorum unus abſquè alio haberi poteſt; ut patet in ſatisfactione impoſitâ ob ſcandalum datum, remedium, vel ob pœnæ expiationem & peccatorum ſatisfactionem, in jejunio, baptiſmo. Undè benè notandum & diſtinguendum eſt inter hominem malum, & hominem malè operantem, ſivè ex toto, ſivè ex parte. Improbæ vitæ medicus, v.g. Prædicator, Paſtor, Princeps, poteſt benè mederi, prædicare, baptizare, leges ſanas & utiles condere; ſimiliter ebrioſus eleëmoſynam ob virtutis amorem elargiri poteſt, libidinoſus ex affectu juſtitiæ contractus juſtos inviolatos ſervare: & ſic de aliis. [a] *Hoc autem frequenter contingit, quod aliquis deſiſtat ab uno actu peccati, etiam Deo hoc faciente; qui tamen ab actu alterius peccati non deſiſtit, propriâ iniquitate ſuggerente.* Quotieſcumquè igitur ità operamur ut finem aliquem ſivè bonum, ſivè malum mediante libertate conſequamur, hunc velle, hunc procuraſſe dicimur; [b] *finis dicitur ad quem actus proportionatus eſt*: quotieſcumquè verò finem præcepti conſequi negligimus, hunc nolle cenſemur, ut ſuo loco fusè ex ſcripturis ſacris, Conciliis, Patribus, ratione demonſtratur. Hæc in limine, Lector amantiſſime, verbulo ſignificare judicavimus, ad faciliorem intelligentiam eorum quæ toto opuſculo excutiuntur.

In 4. d. 18. q. 1. a. 4. q. 4. O.

In 2. d. 41. q. 1. a. 1.

a 2. 2. q. 6. a. 2. ad 3. 3. p. q. 86. a. 3. ad 1. Aug. lib. 4. cont. Don. cap. 20.

b In 2. d. 38. q. 1. a. 5. O. art. 1. O.

CEN-

CENSURA
ILLUSTRISSIMI
AC
REVERENDISSIMI
TORNACENSIS
EPISCOPI.

DISPUTATA nuper & propugnatâ propoſitione quæ multorum animos perculit, veroſque ac ſynceros Sanctiſſimi Sacramenti cultores non mediocriter commovit, quâ ſcilicet aſſerebatur, tum Eccleſiaſtico tum Divino de ſumendâ Sacro-ſanctâ Euchariſtiâ præcepto, communione ſacrilegâ ſatisfieri, cum à me accerſiti portentoſæ iſtius doctrinæ defenſores & peramanter admoniti, ſeſe variorum atque inter eos nonnullorum ſatis magni nominis Theologorum authoritate tuerentur, ſanè quamvis extrinſeca illa (ut loquuntur recentiores ſcholaſtici) pro-

babilitas

Digitized by Google

babilitas privatos illos diſputatores; heu nimium credulos, nonnihil excuſaret, ingemui tamen & deplorandæ Eccleſiæ calamitati eò magis indolui; quò plures Eccleſiaſticos tractatores; novarum rerum amor, ſcribendi prurigo, & diſtortæ rationes in tantas errorum abyſſos abripiant. Cùm verò hac de re cum eximio D. JOANNE DE WATERLOOP in Sacrâ Theologiâ Magiſtro,& Noſtræ Eccleſiæ Cathedralis Canonico Theologo communicaſſem, ut ſui officii partes magnâ pietate, eruditione, diligentiâ obire ſolet, corruptam hanc Theologiam propoſitis publicè Theſibus refellere non distulit, & in ejus ſcholâ hæc propoſitio ipſo duce ab uno ex ejus diſcipulis adverſus obvios quoſque adverſarios totâ plaudente noſtrâ Eccleſiâ validiſſimè oppugnata eſt ac planè proſtrata, Ipſemet autem Magiſter ac Doctor Eximius umbratili hac victoriâ non contentus atque ejus zelo ultrà ſuæ ſcholæ parietes foras erumpente, ut toti Eccleſiæ prodeſſet hanc diſſertationem meditatus eſt quâ fortius adhuc illatam iſtâ pſeudotheologiâ JESU CHRISTO injuriam vindicaret. Cum autem ſoli-

dam

dam hanc lucubrationem cum ſuis Collegis Univerſitatis Duacenſis Doctoribus Theologis contuliſſet, eam ipſi uno ſenſu, uno ore, libentiſſimè approbarunt, atque ità adoptarunt, ut non poſſit deinceps in dubium revocari quin ſit pura puta celeberrimæ illius, ac religioſiſſimæ Facultatis doctrina. Non poterant ſanè aliter ſentire Theologi: ſed non mediocriter laudandi ſunt, quod ſic publicè ſua ſenſa explicuerint intrepidi veritatis amatores defenſoreſque acerrimi. Eam porrò diſſertionem nos etiam diligenter evolvimus, ſtudiosè probavimus, utilem fore Eccleſiæ judicavimus, ac planè dignam, quæ Juris publici fieret, àc prælo committeretur. Quare non ſolùm noſtris, ſed etiam Chriſtianis omnibus, ut eam accuratè legant, ejuſque doctrinâ utantur, enixè commendamus. Datum Tornaci die 20. Februarii anno 1679.

GILBERTUS *Epiſcopus Tornacenſis.*

Digitized by Google

CENSURA

Ampliſſimorum juxtà ac eximiorum Dominorum Sacræ Theologiæ Doctorum.

Ac ordinariorum Facultatis Theologicæ Duacenſis Profeſſorum.

NOs infrà ſcripti ſacræ Facultatis Theologicæ Univerſitatis Duacenſis Regentes, examinavimus non minùs piam, quam eruditam de Communione in ſtatu gratiæ recipiendâ ad ſatisfaciendum præcepto Divino, & Eccleſiaſtico, doctrinam: per virum ſcientiâ verè eximium, Dominum JOANNEM WATERLOOP, ejuſdem facultatis Doctorem, & nuper profeſſorem regium & ordinarium, nunc Cathedralis Eccleſiæ Tornacenſis canonicum theologalem, illamquè traditam judicavimus ſcripturæ, Patribus, & rationi per omnia conſonam, ideoquè prælo omninò dignam. Datum Duaci die 13. Februarii 1679.

MATTHIAS GERTMAN *S. Theologiæ Doctor & Profeſſor primarius.* a

JACOBUS RANDOUR *S. Theol. Doctor, ejuſdemquè Regius & ordinarius Profeſſor.* b

PETRUS DE LALAING *S. Theolog. Doctor, ejuſdemquè Regius & ordinarius Profeſſor.* c

NICOLAUS JOSEPHUS DE LA VERDURE *S. Theol. Doctor & Profeſſor Regius & ordinarius.* d

a Præſes Seminarii Regii, atquè inſignis Eccleſiæ Collegiatæ S. Amati canonicus & Præpoſitus, ipſiuſquè Univerſitatis Cancellarius.

b Præſes Seminarii Epiſcoporum.

c Præſes Seminarii de Hennin, inſignis Eccleſiæ S. Petri præpoſitus, ac Univerſitatis Cancellarius.

d Regens Collegiorum Regii & Mottani, inſignis Eccleſiæ S. Amati canonicus.

PRI-

PRIVILEGE
DU ROY.

LOUIS PAR LA GRACE DE DIEU, Roy de France & de Navarre. A nos Amez Feaux Conſeillers les Gens tenans nos Cours de Parlement, grand Conſeil; Conſeil Souverain; Maîtres des Requêtes de nôtre Hôtel, & de nôtre Palais, Baillifs, Seneſchaux, Prevôts, leurs Lieutenans, & à tous autres nos Juſticiers, & Officiers qu'il appartiendra, Salut. Nôtre cher & bien aimé, & feal Conſeiller en nos Conſeils, le Sieur GILBERT DE CHOYSEUL DU PLESSY-PRASLAIN, Evêque de Tournay: Nous a fait expoſer qu'il eſt ſouvent obligé de faire imprimer divers Livres Eccleſiaſtiques, comme *Manuëls*, *Rituëls*, *Decrets*, *& Actes Synodaux*, *Offices propres de ſon Egliſe & Dioceſe*, *Livres de prieres*, *Mandemens*, *Ordonnances*, *Cathechiſmes*, *Reſultats de Conferences Eccleſiaſtiques*, *& autres Ouvrages*, pour le bien de ſon Dioceſe, l'edification de l'Egliſe, & l'utilité publique, ſoit en ſon nom, ou par ſon Ordre, & avec ſon Approbation, pour leſquels il auroit beſoin de nos Lettres: Et comme Nous luy en aurions cy-devant accordées pour le terme & eſpace de dix Années, qui expireront le 16. Decembre de l'année prochaine 1681. Il Nous auroit tres-humblement ſupplié de luy en accorder de nouvelles. A CES CAUSES, deſirant favorablement traiter ledit Expoſant; NOUS LUY AVONS permis & permettons par ces preſentes, de faire imprimer cy-aprés tels Livres qu'il trouvera à propos, par tel Libraire, ou Imprimeur qu'il voudra choiſir, en tels volume & caractere que bon luy ſemblera; faire vendre & debiter iceux par tout nôtre Royaume, Pays, Terres & Seigneuries de

A 2 nôtre

nôtre obeïſſance, *pendant le temps de ſix Années*, à compter dudit jour de l'expiration deſdites precedentes que Nous luy aurions cy-devant accordées, pendant lequel temps NOUS faiſons tres-expreſſes Inhibitions & Défenſes à tous Imprimeurs, Libraires & autres perſonnes de quelque qualité, & condition qu'elles ſoient, d'imprimer, ou faire imprimer leſdits Livres & Ouvrages, ſous pretexte de changement, augmentation, changement de Titre, correction, ou autrement, en quelque ſorte, & maniere que ce ſoit, vendre, ny debiter iceux ſans le conſentement dudit Expoſant, ou de ceux qui auront droit de luy, à peine de trois mille livres d'Amende appliquable un tiers à Nous, un tiers à l'Hôpital General, & l'autre tiers à l'Expoſant; confiſcation des Exemplaires contrefaits, & de tous dépens, dommages & interêts, au profit dudit Expoſant; à condition de mettre deux Exemplaires deſdits Livres en nôtre Bibliotheque publique, un en celle du Cabinet de nos Livres en nôtre Château du Louvre, & un en celle de nôtre Amé, & feal le Sieur le Tellier Chancellier de France, avant que les expoſer en vente, à peine de nullité des Preſentes, du contenu deſquelles VOUS MANDONS faire joüir ledit Expoſant, & ceux qui auront droit de luy, pleinement & paiſiblement, ceſſant & faiſant ceſſer tous troubles, & empêchemens au contraire. VOULONS que mettant au commencement, ou à la fin deſdits Livres l'Extrait des Preſents, Elles ſoient tenuës pour bien, & deüement ſignifiées à tous ceux qu'il appartiendra. COMMANDONS au premier nôtre Huiſſier, ou Sergent ſur ce requis, faire pour l'execution des Preſentes, tous Exploits requis & neceſſaires, ſans pour ce demander autre permiſſion. CAR TEL EST NÔTRE PLAISIR. Donné à S. Germain en Laye le 15. jour de Février 1680. Et de nôtre Regne le 37. Signé par le Roy en ſon Conſeil, CAZIER. Et ſcellé du grand Sceau de cire jaune.

Collationé à l'original par nous Secretaire de Monſeigneur l'Illuſt. & Rever. Evêque de de Tournay, le 15. Septembre 1681.

BENARD.

Digitized by Google

NOus GILBERT DE CHOYSEUL DU PLESSY-PRASLAIN Evêque de Tournay, AVONS tranſporté au Sieur NICOLAS INGLEBERT Imprimeur à Tournay nôtre Droit de Privilege cy-deſſus, pour l'impreſſion ſeulement d'un Livre intitulé *De Communione in ſtatu Gratiæ peragendâ ad ſatisfaciendum præcepto tum divino, tum Eccleſiaſtico &c.* de la compoſition de M. WATERLOOP Chanoine-Theologal de l'Egliſe Cathedrale de Tournay, & non pour d'autres Ouvrages; Et ce aux conditions portées par les Lettres Patentes de Sa Majeſté à nous accordées à l'effet dudit Privilege. FAIT à Tournay le 16. de Septembre 1681.

GILBERT *Evêque de Tournay.*

Digitized by Google

Errata ſic corrige.

PAg. 23. lin. 25. quæſtic. lege quæſtione.
Pag. 25. lin. 14. familiam lege familias.
Pag. 26. lin. 11. immolat lege benedicat.
Lin. 15. Jerem. 8. v. 11. lege Amos 5. v. 21.
Lin. 26. comediſtis adde &
Pag. 28. lin. 19. lib. 25. lege lib. 21.
Pag. 168. lin. 31. iſtam adde eſſe.
Pag. 206. lin. 16. rogant adde Deum.
Pag. 208. lin. 27. ullum lege illum.
Pag. 310. lin. 7. 42. lege 43.
Pag. 377. lin. 18. re dele.

Alia errata habentur ad calcem libri.

SECTIO PRIMA
AN PRÆCEPTO DIVINO
AC
ECCLESIASTICO
SATISFIAT PER COMMUNIONEM
SACRILEGAM?

§. I.
Quarè proponatur illa quæſtio.

PRæcepto divino, nec non Eccleſiaſtico per communionem ſacrilegam ſatisfieri poſſe quidam, poſt aliquot magni nominis Theologos, nuper publicè ſuſtinuit: ſed cum propoſitio hæc falſum involvat: ità eam cum iiſdem authoribus poſteà explicuit, ut adferret duplex ſuper eo præceptum, unum ſcilicet affirmativum, de communione recipiendâ; alterum verò negativum de eâ non ſacrilegè ſumendâ. Cum prius, inquiebat, ſit affirmativum, per

Peccatum ſub præcepto nõ cadit. S. Th. ad Annib. l. 4. d. 26. art. 4. ſed contrà.

Jus naturale eſt indiſpenſabile, hoc autẽ eſt de jure naturali, ut homo ſancta ſanctè pertractet, & contrà hoc nullus poteſt diſpenſare. Suppl. q. 36. a. 5.

Digitized by Google

Enutritus verbis fidei, & bona doctrina. 1. Timoth. 4. v. 6. *quæ ſecundùm pietatem eſt, doctrinæ*. cap. 6. v. 3.

Ad legem pertinet dirigere humanos actus ſecundùm ordinem juſtitiæ, in quo etiã ſuperabundat lex nova legi veteri, interiores actus animi ordinãdo, ſecundùm illud Matth. 5. *niſi abũdaverit juſtitia veſtra pluſquam Scribarũ & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum.* S. Th. 1. 2. q. 91. a. 5. q. 108. a. 5.

communionem ſacrilegam ei ſatisfit; ponitur enim tota operis præcepti ſubſtantia: etſi modus minimè habeatur, qui ſub eo non cadit præcepto; cum verò ſecundum ſit naturale, & conſequenter indiſpenſabile, ſtante indignitate, eidem contravenitur, reſpondebat.

Sed quis non videt propoſitionem malè ſonantem, qualis eſt hæc, (cùm ità ſonet, quaſi Deus aut Eccleſia acquieſcant ſimilibus ſacrilegiis, aut ea approbent) non eſſe ſimpliciter & ſine ullâ explicatione imprimendam: cum talem theſim legentes, & diſtinctionem eam non cernentes, illam abſolutè veram exiſtiment, & ſub omni ſenſu. Aliàs ſimili licentiâ poterit quis in ſuis theſibus ponere has ſimileſvè concluſiones, Sacramenta non conferunt gratiam, Chriſtus non eſt mortuus pro omnibus &c. explicando videlicet, & diſtinguendo poſteà in hunc modum, Sacramenta non conferunt gratiam indignè recipientibus, ſed tantùm dignè. Chriſtus non eſt mortuus pro omnibus efficaciter, ſed bene ſufficienter: imò jure potiori id faciet: cum concluſiones illæ ſic explicatæ ſenſum habeant certum & Catholicum, minimè verò propoſitio de quâ hîc eſt quæſtio: ſed è contrà poteſtatem legiſlativam Dei, & ſponſæ ſuæ Eccleſiæ, cum magno fidelium ſcandalo detorquet, & ſinè fundamento coarctat.

Antequam rem ut ſic explicatam videamus & examinemus, opus eſt habere ob oculos, quid ſit præceptum affirmativum, quid negativum.

Præceptum illud vocant Theologi affirmativum

tivum (purè) dum actum virtutis præcipit, & ob rationem affirmativam. Negativum autem, cum né quid fiat, prohibet. Hoc poſito. Sylv. 2. 2. q.62.a. 2. & 8. ad 1.

§. II.

Examinatur difficultas de præcepto affirmativo.

RESp. & dico 1. datur præceptum affirmativum communionis virtuoſæ tum divinum, tum Eccleſiaſticum.

1. Probatur 1. Ex ſcripturis utriuſquè teſtamenti, generaliter ſanctitatem à miniſtris ob miniſterii ſanctimoniam exigentibus. Lev. 19. v. 2. *Sancti eſtote, quia ego Sanctus ſum.* Cap. 20. v. 26. *eritis mihi Sancti, quia Sanctus ſum ego Dominus.* Malach. 1. v. 6. *Filius honorat Patrem ſuum & ſervus Dominum ſuum: ſi ergò Pater ego ſum, ubi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus? dicit Dominus exercituum.* Joan. 4. verſ. 24. *Spiritus eſt Deus: & eos, qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.* Cap. 6. verſ. 54. *niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam: & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die. Caro enim mea verè eſt cibus: & ſanguis meus, verè eſt potus.* 1. Corinth. 11. verſ. 24. *accipite, & manducate:* hoc

Cum bonâ jubent, per illos non jubet niſi Chriſtus Aug. epiſt. 166. fol. 156. h. l. de ovibus cap. 11. fol. 236. 2. 2. q. 88. a. 12. Præcepta legis cujuſlibet dantur de actibus virtutum S. Th. 1. 2. q. 107. a. 1. ad 2. in 2. diſt. 42. q. 2. art. 3. ad 5.

hoc eſt corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem &c.

2. Probatur 2. ex Concilio Lateranenſi 3. cap. Omnis utriuſque ſexus. *Suſcipiat*, inquit, *reverenter ad minus in Paſcha Euchariſtiæ Sacramentum.* Trident. ſeſſ. 13. cap. 7. & can. 9. Docet fideles teneri ſingulis annis ad communicandum: & magnâ quidem cum ſanctitate & devotione id faciendum poſtulat ab omnibus qui ad hoc Sacramentum percipiendum accedunt, propter ejus cœleſtis Sacramenti divinitatem & ſanctitatem. Cap. 5. & 8. cultum latriæ, actum amoris, pietatis, fidei firmitatem & conſtantiam, ac animi devotionem expoſcit; eò quod in eo noſtræ ſalutis pretium, animæ vitam, & perpetuam mentis ſanitatem contineri, ipſumquè Deum in illo adeſſe credimus & profitemur. Item ſeſſ. 22. cap. 4. *Cum ſancta ſanctè adminiſtrari conveniat, ſitquè hoc omnium ſanctiſſimum ſacrificium, Eccleſia Catholica ut dignè reverenterque offerretur, ac perciperetur* &c.

3. Probatur 3. ex Catechiſmo Romano de Sacramentis in genere numero 1. & 17. *Meminiſſe autem*, inquit, *ſemper debent, Sacramenta divinam quidem virtutem, quæ illis ineſt, nunquam amittere: at verò ea impurè miniſtrantibus æternam perniciem, & mortem afferre. Sancta enim, quod ſemel atque iterùm ac ſæpius admonere oportet, Sanctè & Religiosè tractanda ſunt. Idem habet* num. 20. *Primum eſt*, ait, *ut fideles intelligant, quanto honore, & cultu, & veneratione hæc divina, & cœleſtia munera digna ſint* &c. & titul. de Euchariſt.

riſt. num. 43. *primam illam præparationem fideles adhibeant, ut diſcernant menſam à menſâ, hanc ſacram ab aliis profanis, cœleſtem hunc panem à communi* &c.

4. Probatur 4. ex rituali Tornacenſi in proœmio de Euchariſtiâ. *Omnibus*, inquit, *quidem Eccleſiæ Catholicæ Sacramentis religioſè ſanctequè tractandis, magna ac diligens cura adhibenda eſt; ſed maximè in adminiſtrando ac ſuſcipiendo ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento, quo nihil dignius, nihil ſanctius, & admirabilius habet Eccleſia Dei; cum in eo Chriſtus Dominus ineffabili modo totus realiter contineatur, qui eſt omnium gratiarum, omniumquè donorum ſpiritualium, ac totius bonitatis fons & origo, nec non omnium beneficiorum Chriſti jugis memoria & religionis cultus, quem ſibi in ſacrificium laudis & gratiarum actionis perpetuò exhiberi præcepit.* Legantur ſequentia.

5. Probatur 5. ex Auguſtino qui inter Sanctos Patres, hanc veritatem tum fortiter, tum frequenter docet, inculcatque. *Dilectiſſimi fratres*, inquit, *rogo & admoneo vos, ut unuſquiſque recurrat ad teſtem idoneum, id eſt, conſcientiam ſuam: & ſi ibi aliqua vulnera invenerit peccatorum, confugiat ad remedium lachrymarum: pœniteat ſe feciſſe quod fecit, incipiat vigilantiſſimo corde præterita curare, præſentia vitare, futura proſpicere, & Deo auxiliante omnia mala repellere, quia quamdiu quis in hoc ſæculo vivere poſſit ignorat, nec licet evadere, niſi pœnitentiâ præcurrente. Illud ante omnia, dilectiſſimi fratres, quod ſpecialiter* Serm. 127. de tempore.

pertinet

pertinet ad fideles, piâ fide & totâ animi devotione cogitate. Acceſſuri ad altare Domini Dei noſtri, inſpicite univerſa latibula cordis veſtri, ne fortè ſint ibi aliqua peccata, quæ nondum curata ſint eleëmoſynis atque jejuniis, & timete

1.Cor.11. v. 27. illud Apoſtoli, qui manducaverit corpus Domini & biberit ſanguinem ejus indignè, reus erit corporis & ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo, & ſic de corpore illo edat & de calice bibat.

6. Sicut enim malis operibus quaſi quibuſdam ſeris ac vectibus vita nobis janua clauditur, ità abſque dubio bonis operibus aperitur. Et ideò fratres chariſſimi, unuſquiſque conſideret conſcientiam ſuam, & ſic Eucharistiam præſumat

Serm.252. accipere. Si enim agnoſcens reatum ſuum, ipſe ſe à divino altari ſubtraxerit, citò ad indul-

Luc. 18. v. 14. gentiam divinæ miſericordiæ perveniet: quia ſicut qui ſe exaltat humiliabitur, ità è contrario qui ſe humiliat exaltabitur. Qui enim, ſicut dixi, agnoſcens reatum ſuum, ipſe ſe humiliter ab altari Eccleſiæ pro emendatione vitæ removere voluerit, ab æterno illo & cœleſti convivio excommunicari penitùs non timebit. Rogo vos fratres diligenter attendite, ſi ad menſam cujuſcumque potentis hominis nemo præſumit cum veſtibus conſciſſis & inquinatis accedere, quantò magis à convivio æterni regis, id eſt, ab altari Domini debet ſe unuſquiſque invidiæ vel odii veneno percuſſus, iracundiæ furore repletus, cum

Matth. 5. v. 23. reverentiâ & humilitate ſubtrahere, propter illud quod ſcriptum eſt, vade priùs reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Et iterum amice quomodò huc intraſti non habens

bens veſtem nuptialem? ſic enim habet textus Evangelicæ lectionis, quod quidam fecerit nuptias filio ſuo, & intraverit ut videret ſimul recumbentes, & videns ibi hominem non habentem veſtem nuptialem, dixit ad eum, amice quomodò huc intraſti non habens veſtem nuptialem? *& illo obmuteſcente, dixit miniſtris, ligate illi manus & pedes, & projicite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium. Ecce qualem ſententiam merebitur audire qui ad convivium nuptiale, id eſt, ad altare Domini, aut ebrioſus, aut adulter, aut odium in corde retinens, præſumit accedere.* Matth. 22. v. 12.

7. *Hæc ergò cogitantes, fratres chariſſimi, tam caſti, & tam ſobrii, & tam pacifici ad iſtud altare Deo auxiliante ſtudeamus accedere, ut ab æterno illo altari non mereamur excludi: qui enim ad iſtud altare caſto corpore & mundo corde, & mundâ & ſecurâ conſcientiâ venit, ad illud altare quod in cœlis eſt, felici tranſmigratione perveniet. Ad extremum, fratres chariſſimi non eſt grave nec laborioſum quod ſuggero, hoc dico quod vos frequenter facere adſpicio, omnes viri quandò communicare deſiderant, lavant manus ſuas, ſic eleëmoſynis lavent conſcientias ſuas. Similiter & mulieres quomodò nitidum exhibent linteolum ubi corpus Chriſti accipiant: ſic corpus caſtum & cor mundum exhibeant, ut cum bonâ conſcientiâ Chriſti Sacramenta ſuſcipiant. Rogo vos fratres, numquid eſt aliquis qui in arcâ ſordibus plenâ velit mittere veſtem ſuam: & ſi in arcâ ſordibus plenâ veſtis non mittitur pretioſa, quâ fronte in animâ, quæ peccatorum*

catorum ſordibus inquinatur, Chriſti Euchariſtia ſuſcipitur? & quia iſtis veriſſimis exemplis loqui cœpimus, etiam & hoc quod non noſtis inſinuo: non puto eſſe aliquem hominem qui acquieſcat aut carbonem vivum aut qualemcumque ſcintillam includere. Quare hoc fratres? quia timet ne comburantur veſtimenta, quibus in feſtivitate induitur. Rogo vos fratres, qui in arcâ ſuâ non vult ſcintillam ignis includere, quare in animâ ſua flammam iracundiæ non timet accendere.

Ad populum Antiochenum hom. 60. 8. Probatur 6. ex S. Chryſoſtomo: *Quo,* inquit, *non oportet eſſe puriorem, tali fruentem ſacrificio? quo ſolari radio non ſplendidiorem manum, carnem hanc dividentem? os quod igne ſpirituali repletur, linguam quæ tremendo nimis ſanguine rubeſcit? cogita quali ſis inſignitus honore, quali menſa fruaris.*

Item ex Hieronymo in Zachariam cap. 9. *Hunc panem comedunt qui in Chriſto robuſti ſunt, & ad quos Joannes Evangeliſta loquitur,* 1. Joan. 2. v. 14. ſcribo vobis juvenes, quia ſermo Dei in vobis manet, & fortes eſtis, & viciſtis malignum. Plura adferentur in ſequentibus. Interim videatur, ſi placet, de conſecrat. diſt. 2. cap. Nihil, aliaquè ibidem.

§. III.

§. III.

Datur præceptum negativum communionis.

Dico 2. Datur & præceptum communionis negativum, ſed implexum & indiviſum ab affirmativo.

Præcepta affirmativa habĕt prohibitiones, ſicut præcepta negativa annexa pro illo tempore, ad quod obligant, ſicut etiam quælibet affirmatio habet negationem conjunctã. S.Th. in 4. d. 15. q. 2. a. 1. q. 4. ad 3. & 2. 2. q. 122. art. 2. ad 1.

Probatur 1. Per loca adducenda §. ſequente.

1. Probatur 2. Ex Apoſtolo 1. Corinth. cap. 10. verſ 21. *Non poteſtis menſæ Domini participes eſſe & menſæ dæmoniorum.* Et cap 11. v. 27. *Itaque quicunque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indignè: reus erit corporis & ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo: & ſic de pane illo edat, & de calice bibat, qui enim manducat & bibit indignè, judicium ſibi manducat & bibit: non dijudicans corpus Domini. Ideò inter vos multi infirmi & imbecilles & dormiunt multi. Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus, non utique judicaremur.*

2. Probatur 3. Ex Trid. ſeſſ. 13. cap. 7. cit. ſuprà. *Si non decet,* ait, *ad ſacras ullas functiones quempiam accedere niſi ſanctè, certè quò magis ſanctitas & divinitas cœleſtis hujus Sacramenti viro Chriſtiano comperta eſt, eò diligentius cavere ille debet, ne abſque magnâ reverentiâ & ſanctitate ad id percipiendum accedat: præſertim cum illa plena formidinis verba apud*

Apoſtolum

1. Cor. 11. *Apoſtolum legamus*: qui manducat & bibit indignè, judicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. *Quare communicare volenti revocandum eſt in memoriam ejus præceptum, probet autem ſeipſum homo* &c.

3. Probatur 4. Ex Catechiſmo Romano tit. de Euchariſtia num. 1. ubi doctrinam hactenùs traditam clarè explicat, & utrumque præceptum, id eſt, tam affirmativum quam negativum, tanquam inter ſe implexa & quaſi unum adducit. *Quemadmodùm*, inquit, *ex omnibus ſacris myſteriis, quæ nobis tanquam divinæ gratiæ certiſſima inſtrumenta Dominus Salvator noſter commendavit, nullum eſt, quod cum ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento comparari queat: ità etiam nulla gravior alicujus ſceleris animadverſio à Deo metuenda eſt, quam ſi res omnis ſanctitatis plena, vel potius quæ ipſum ſanctitatis authorem, & fontem continet: neque ſanctè, neque religiosè, à fidelibus tractetur. Id verò Apoſtolus & ſapienter vidit, & de eo nos apertè admonuit. Nam cum declaraſſet, quanto illi ſcelere obſtricti eſſent* &c. Videatur cauſ. 1. qu. 1. cap. 79. Prophetavit. *Videant*, dicit, *qualem rationem habituri ſunt cum Deo qui ſanctis non ſanctè utuntur.* Item de conſecrat. diſt. 2.

4. Probatur 5. Ex Sanctis Patribus. Unum aut alterum adferam, nimis enim longum eſſet plures referre & tædioſum.

Chryſoſtomus ad populum Antiochenum homil. 60. „Nec enim, *ait*, parva pœna „proponitur indignè ſumentibus. Conſidera „quantum adversùs proditorem indignaris,

„contra

„ contrà eos qui crucifixerunt: itaque conſi-
„ dera, ne tu quoque ſis reus corporis & ſan-
„ guinis Chriſti. Illi ſanctiſſimum corpus ju-
„ gularunt: tu verò pollutâ ſuſcipis animâ poſt
„ tot beneficia.

„ Quo non oportet igitur eſſe puriorem tali
„ fruentem ſacrificio? quo ſolari radio non
„ ſplendidiorem manum, carnem hanc divi-
„ dentem? os quod igne ſpirituali repletur,
„ linguam quæ tremendo nimis ſanguine ru-
„ beſcit? cogita quali ſis inſignitus honore,
„ quali menſâ fruaris. Quod Angeli videntes
„ horreſcunt?

„ Nullus itaque Judas aſſiſtat, nullus avarus.
„ Si quis eſt diſcipulus adſit: nam tales menſa
„ non ſuſcipit, ait enim, cùm diſcipulis meis
„ facio Paſcha, &c. inhumanus accedat nemo,
„ nemo crudelis & immiſericors, nemo pror-
„ sùs immundus. Hæc ad communicantes dico,
„ & ad vos miniſtrantes.

Idem repetit homil. 83. in Matth. „ Cogita
„ quantâ indignatione adverſus proditorem,
„ adverſus eos qui crucifixerunt eum movea-
„ ris.

„ Quâ igitur re mundiorem eſſe non oportet
„ eum, qui hoc ſacrificio participaturus eſt,
„ quos radios ſolares non deberet excedere
„ manus illa, quæ hanc coronam pertractat, os
„ quod igne impletur ſpirituali: lingua quæ
„ cruentatur hoc admirabili ſanguine? veniat
„ in mentem tibi quo ſis honore honoratus,
„ quâ menſâ fruaris.

„ Adeat nullus crudelis, nullus immiſeri-
„ cors, nullus impurus quovis modo: hæc

„ tam ad vos, qui communicatis, quam ad „ vos qui miniſtratis, dicta eſſe volo.

„ Dico horribile quoddam atque tremen„ dum: non eſt ità malum dæmoniacos intus „ eſſe, ſicut iſtos qui peccatorum ſordibus „ polluuntur: quos aït Paulus Chriſtum con„ culcare, & teſtamenti ſanguinem ducere „ communem, & Spiritus gratiam contumeliâ „ afficere. Multò igitur dæmoniaco pejor eſt „ qui peccati ſibi conſcius accedit.

5. Homil. 45. in cap. 6. Joan. „ Sicut ma„ gnum eſt, & admirabile: ità ſi purè acceſſe„ ris, ad ſalutem acceſſiſti, ſin pravâ conſcien„ tiâ, ad pœnam & ſupplicium. Qui enim „ manducat & bibit indignè ſanguinem Do„ mini, judicium ſibi manducat & bibit. Nam „ ſi qui regiam purpuram coinquinant, haud „ ſecus quam qui ſcindunt puniuntur: quid „ mirum ſi qui immundâ conſcientiâ Chriſti „ corpus accipiunt, idem ſupplicium habeant, „ quod qui eum clavis cruci affixerunt? Vide „ quam formidandam pœnam his minetur Pau„ lus: irritam quis faciens legem moſi, ſine „ ullâ miſeratione duobus vel tribus teſtibus „ moritur: quanta magis putatis deteriora me„ teri ſupplicia, qui filium Dei conculcaverit, „ & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, „ in quo ſanctificatus eſt.

6. In Epiſtolâ primâ ad Epheſios cap. 1. ſerm. 3. „ Neque enim tali corpore ad nuptias „ ingredi ſuſtinet Chriſtus. Si ſordidis veſti„ bus indutum abegit, ejecitque, qui corpori „ ſuo ſordidum amictum impoſuerat, quid hic „ non faciet? Quomodò non puniet? multos

vide

„ video temerè quomodocunque & ex conſue-
„ tudine magis quam legitimè ; aut conſide-
„ ratione ac mente, de corpore Chriſti parti-
„ cipantes: ſi immineret, inquiunt, ſacræ qua-
„ drageſimæ tempus, ſi adeſſet Epiphaniorum
„ dies, nullâ habitâ ratione qualis ſit qui my-
„ ſteriorum ſe conſortem facit. Atqui non tem-
„ pus acceſſus, non Epiphania, neque qua-
„ drageſima dignos facit qui accedant, ſed
„ mentis ſinceritas ac puritas. Cum illâ ſem-
„ per accede, ſine illâ nunquam. Quotieſcum-
„ que ſiquidem, inquit, hoc feceritis, mor-
„ tem Domini annuntiatis, hoc eſt memoriam
„ facitis ſalutis, quæ pro vobis facta eſt ; ac
„ beneficii mei. Cogita: qui de oblatione ve-
„ teris teſtamenti participabant, quantâ quæ-
„ ſo utebantur abſtinentiâ ? quid non age-
„ bant? quid non faciebant? omninò purga-
„ bantur: tu verò oblationem accedens quam
„ & Angeli exhorrent, temporum circuitu
„ rem tantam metiris? & quomodò compare-
„ bis ante tribunal Chriſti, qui labiis ac ma-
„ nibus immundis ipſius audes contingere cor-
„ pus? & regem quidem nolles ore tuo fœ-
„ tidò adoſculari ; regem verò cœli, animâ
„ graveolenti oſcularis ? contumelia eſt res
„ iſta.

„ Contemplare obſecro. Adſtat menſa re-
„ gia, adſunt Angeli menſæ hujus miniſtri,
„ adeſt rex ipſe, & tu oſcitabundus adſtas?
„ ſordidis indutus es ; & nihil curas? ſed ve-
„ ſtibus es mundis ? recumbe itaque & com-
„ munica. Quotidiè venit ut diſcumbentes
„ videat, omnibus loquitur, & nunc etiam in

 „ con-

„ conſcientiis dicit: Amici quomodò ſtatis hic „ veſtem nuptiarum non habentes? non dice- „ bat ad illum, quare recubuiſti? ajebat, ſed „ quid ingreſſus es? iſta videlicet, & nunc ad „ omnes nos dicit, qui impudenter hic & im- „ probè adſtamus. Quiſquis enim myſteriorum „ conſors non eſt, impudens & improbus ad- „ ſtat. Propterea qui in peccatis ſunt, primùm „ ejiciuntur.

7. „ Quemadmodum igitur nemini eorum „ qui initiati non ſunt adeſſe licet: ità neque „ initiatis, ſi ſordidi fuerint. Obſecro, ſi quis „ ad convivium vocatus, & manus quidem la- „ verit, & accubuerit, paratus ac diſpoſitus „ ad menſam fuerit, & tamen nihil ciborum „ guſtaverit, non inferet contumeliam convi- „ vatori, à quo fuerat vocatus? an non ſatius „ fuerit eum qui talis eſt, prorſus non compa- „ ruiſſe. „ In epiſt. 1. ad Timoth. 1. homil. 5. & alibi.

8. Ambroſius in 1. Corinth. 11. v. 27. ità loquitur. „ Indignum dicit (*Apoſtolus*) eſſe „ Domino, qui aliter myſterium celebrat, „ quam ab eo traditum eſt: non enim poteſt „ devotus eſſe, qui aliter præſumit, quam da- „ tum eſt ab authore. Ideóque præmonet ut „ ſecundùm ordinem traditum devota mens ſit „ accedentis ad Euchariſtiam Domini, quo- „ niam futurum eſt judicium, ut quemadmo- „ dum accedit unuſquiſque, reddat cauſas in „ die Domini JESU CHRISTI: quia ſine „ diſciplinâ traditionis & converſationis qui „ accedunt, rei ſunt corporis & ſanguinis Do- „ mini. Quid eſt autem reos eſſe, niſi pœnas

„ dare

dare mortis Domini? occiſus eſt enim ab iis
qui beneficium ejus irritum ducunt.
„ Devoto animo & cum timore acceden-
dum ad communionem docet, ut ſciens
nens reverentiam ſe debere ei, ad cujus cor-
pus ſumendum accedit. Hoc enim apud ſe
debet judicare, quia Dominus eſt, cujus in
myſterio ſanguinem potat, qui teſtis eſt be-
neficii Dei. Quem nos ſi cum diſciplinâ
accipiamus, non erimus indigni corpore &
ſanguine Domini: gratias enim videbimur
reddere redemptori.
9. Eandem Doctrinam tradit S. Auguſtinus
ctimis in locis. Unicum adfero, tract. vi-
cet 62. in Joannem. „ Scio, *inquit*, fra-
tres chariſſimi moveri poſſe nonnullos, ſive
pios ut requirant, ſive impios ut reprehen-
dant, quod poſteàquam panem tinctum tra-
ditori ſuo Dominus dedit, intravit in illum
ſatanas. Sic enim ſcriptum eſt, & cum in-
tinxiſſet panem, dedit Judæ Simonis Iſca-
riotæ, & poſt panem tunc intravit in illum
ſatanas. Dicunt enim, ità ne hoc meruit
panis Chriſti porrectus de menſâ Chriſti,
ut poſt illum intraret in ejus diſcipulum ſa-
tanas? quibus reſpondemus hinc nos potiùs
doceri, quam ſit cavendum malè accipere
bonum. Multum quippè intereſt, non quid
accipiat, ſed quis accipiat: nec quale ſit
quod datur, ſed qualis ſit ipſe, cui da-
tur &c.
„ Recordamini unde ſit ſcriptum, quicum-
que manducaverit panem, aut biberit cali-
cem Domini indignè, reus erit corporis &

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

„ guinis Domini. Et de his erat ſermo cum „ Apoſtolus diceret, qui Domini corpus velut „ alium cibum quemlibet indiſcretè negligen- „ terque ſumebant. Hic ergò ſi corripitur qui „ non dijudicat, hoc eſt, non diſcernit à cæ- „ teris cibis Dominicum corpus, quomodò „ non damnatur qui ad ejus menſam fingens „ amicum accedit inimicus? ſi reprehenſione „ tangitur negligentia convivantis, quâ pœnâ „ percutitur venditor invitantis.

10. Probatur VI. Denique ex S. Thomâ 2. 2. quæſt. 99. art. 3. & 3. part. quæſt. 80. art. 12. in Corp. „ Ex parte, *ait*, ſumentium „ requiritur ſumma reverentia & cautela ne „ aliquid accidat quod vergat ad injuriam tanti „ myſterii.

Præcepta affirmativa implectere negativa docet variis locis clarè & doctè 1. 2. quæſt. 100. art. 7. ſic ſibi objicit. „ Præcepta enim „ affirmativa ordinant ad actus virtutum: præ- „ cepta autem negativa abſtrahunt ab actibus „ vitiorum: ſed circà quamlibet materiam „ opponuntur ſibi virtutes & vitia. Ergò „ in qualibet materiâ de quâ ordinat præce- „ ptum decalogi, debuit poni præceptum af- „ firmativum & negativum. Ad 1. ergò dicen- „ dum, quod ſemper affirmationem ſequitur „ negatio.

Item 2. 2. quæſt. 22. art. 1. ad 3. „ In illis ad „ quorum obſervantiam homo tenetur ex ra- „ tione debiti, ſufficit præceptum affirmati- „ vum dari de eo quod faciendum eſt: in quibus „ prohibitiones eorum quæ ſunt vitanda, intel- „ liguntur. Sicut datur præceptum de honora-

„ tione

„ tione parentum ; non autem prohibetur quod „ parentes dehonorentur, niſi per hoc quod de- „ honorantibus pœna adhibetur in lege &c.

Item quæſt. 44. art. 3. ad 3. „ Plus eſt, *in-* „ *quit*, operari bonum quam vitare malum. Et „ ideò in præceptis affirmativis virtute inclu- „ duntur negativa. „ Quæſt. 79. art. 1. 2. 3. 4. ad 2. „ Ei quod bonum eſt facere, opponitur „ & non facere bonum, quod eſt omittere ; & „ facere malum, quod eſt tranſgredi : ſed pri- „ mùm contradictoriè, ſecundùm contrariè, „ quod importat majorem diſtantiam. Et ideò „ tranſgreſſio eſt gravius peccatum. „ Et in 4. diſtinct. 16. quæſt. 3. art. 2. quæſtic. 1 in O. „ Malitia autem in actu peccati ex hoc eſt, „ quod deficit à debitâ proportione ad finem, „ ad quem proportionatus redditur per debi- „ tam commenſurationem circumſtantiarum, „ & ideò defectus debitæ circumſtantiæ mali- „ tiam in actu cauſat. Et quia per unam cir- „ cumſtantiam deficientem vel appoſitam ma- „ gis elongatur terminus à debitâ proportione „ ad finem, ideò circumſtantia facit actum „ magis malum, vel minus. „ Et ad 2. item quæſic. 2. in O.

11. Omnium apertiſſimè loquitur 1. 2. quæſt. 100. art. 4. ad 2. „ Præcepta, *dicit*, affirma- „ tiva diſtinguntur à negativis, quandò unum „ non comprehenditur in alio ; ſicut in ho- „ noratione parentum, non includitur quod „ nullus homo occidatur, nec è converſo ; & „ propter hoc dantur diverſa præcepta ſuper „ hoc. Sed quandò affirmativum comprehen- „ ditur ſub negativo, vel è converſo ; non

„ dantur ſuper hoc diverſa præcepta, ſicut „ non datur &c.„ Conferatur hic locus cum eo quod habet 2. 2. quæſt. 44. art. 4. ad 1. & 1. 2. quæſt. 72. art. 6. doctrina hæc evidens eſt: nemo enim eſt, qui Latomum aut Architectum ad ædificia producenda & protendenda in lineâ rectâ & ad perpendiculum vi contractus expreſſi erigenda obligatum, crederet contractum impleviſſe, & eidem non contraveniſſe, illa obliqua & curva faciendo. Videatur quæſt. 33. cit. ſect. 3. §. 1. num. 4. & quæſt. 23. art. 7. in corp. „ Ea quæ ſunt ad „ finem non dicuntur bona niſi in ordine ad „ finem. Et quæſt. 44. art. 2. ad 3. id quod „ eſt ad finem, habet rationem boni ex or- „ dine ad finem, & ſecundùm hoc etiam re- „ cedere ab eo, habet rationem mali & non „ aliter. Et lib. 2. ad Hannibaldum diſt. 38 „ art. 1. ſed contrà, ea quæ per ſe competunt „ fini, non pertinent ad ea quæ ſunt ad finem, „ niſi ex ordine ad finem. Ergò bonitas vo- „ luntatis judicanda eſt ex fine.

SECTIO

SECTIO SECUNDA.

§. I.

Scriptura Sacra actiones irreligioſas abſolutè reprobat.

1. DIco I. Conformiter ad ſuprà dicta & infrà dicenda, litteræ Sacræ actiones irreligioſas ſimpliciter reprobant, nullo dato indicio modi aut ſubſtantiæ: atqui ſunt intelligendæ in ſenſu obvio, niſi ſequatur abſurdum, quod hic nullum eſt. Ità Theologi communiter poſt S. Auguſtinum lib. 3. de doctrinâ Chriſtianâ cap. 10. & Juriſconſulti poſt Bartolum in l. de pretio ff. de publicanâ, docent nos diſtinguere non debere, ubi jus non diſtinguit.

Pro n. 2. Hoſtiæ veteris teſtamenti non erant de ſe Deo gratę. Ex Apoſt. ad Heb. nec ob populum offerentem, aut ſacerdotem miniſterium ſuum impendentem, quia utriq; erāt vetitæ, ergò nullum bonum effectum parere poterant.

2. PROBATUR I. Ex Levit. 21. v. 17. „Loquere ad Aaron, homo de ſemine tuo per „familiam qui habuerit maculam, non offe„ret panes Deo ſuo nec accedet ad miniſterium „ejus. Cap. 22. v. 20. ſi maculam habuerit „non offeretis.„ Videantur Sancti Patres & Interpretes in iſta loca.

3. PROBATUR II. Preſſius ex Prov. 21. 27. „Hoſtiæ impiorum abominabiles quia offeruntur ex ſcelere. Eccli. 34. v. 23. dona iniquorum non probat altiſſimus. Iſai. 1. v. 11. holocauſta arietum & adipem pinguium &c. „nolui,

Pro aliis in nu. 3. & 4. vide 1. reg. 2. cauſ. 1. q. 1. c. 50.

non ſanat. 80. O Propheta 87. Dom. 98. per Eſaiam cauſ. 24. q. 1. c. 28. odi &c. & Aug. cōtrà Parmenian. l. 2. c. 5. & 6. S. Th. in 4. diſt. 1. q. 1. art. 5. queſtic. 2. ad 1. accepta quidē propter ſignification. & devot. offerentium: ſed non accepta, & abominabilia propter peccata & abuſum offerentium, & quia eadem idolis immolabātur, & ſic in quantum erant Deo accepta poterant eſſe meritoria. Item 1. 2. q. 20. a. 6. ad 3. & 3.

„ nolui. Cùm veniretis ante conſpectum meum, „ quis quæſivit hæc de manibus veſtris, ut „ ambularetis in atriis meis? ne offeratis ultrà ſacrificium fruſtrà, incenſum abominatio eſt mihi.

4. Probatur III. Evidentius ex eodem cap. 66. v. 3. „ Qui immolat bovem, „ quaſi qui interficiat virum, qui mactat pecus, „ quaſi qui excerebret canem, qui offert oblationem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat. Qui recordatur thuris, quaſi qui immolat idolo. Cap. 58. v. 3. Quare jejunavimus, & non aſpexiſti: humiliavimus animas noſtras, & neſciſti? &c. nunquid tale eſt jejunium quod elegi &c. Jerem. 8. v. 11. „ Odi & projeci feſtivitates veſtras; & non „ capiam odorem cœtuum veſtrorum. Quod „ ſi obtuleritis mihi holocautomata, & munera veſtra, non ſuſcipiam: & vota pinguium veſtrorum non reſpiciam. Zachar. 7. „ v. 4. loquere ad omnem populum terræ, & „ ad ſacerdotes, dicens: cum jejunaretis, & „ plangeretis in quinto & ſeptimo per hos „ ſeptuaginta annos: numquid jejunium jejunaſtis mihi? & cum comediſtis & bibiſtis, „ numquid non vobis comediſtis, vobiſmetipſis bibiſtis? Malach. 1. v. 6. Ad vos ô ſacerdotes qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis: in quo deſpeximus nomen tuum? offertis ſuper altare meum panem pollutum, & „ dicitis: in quo polluimus te? &c. offer illud „ duci tuo, ſi placuerit ei? &c. munus non „ ſuſcipiam de manu tuà. Cap. 2. v. 1. Maledicam benedictionibus veſtris &c, diſpergam

„ gam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemni- part.quæſt.
„ tatum veſtrarum. 82. art. 5.

5. Conformiter ad Scripturas Sacras, Canones ac Sancti Patres ità loquuntur de pravis actionibus, nec non de communione ſacrilegâ, ut pro infectis & inutilibus habeant. Sic Auguſtinus refertur de conſecr. diſt. 2. cap. 46. „ Quid eſt Chriſtum manducare ? non hoc „ ſolum eſt in Sacramento corpus ejus accipere. „ Multi enim indignè accipiunt. Sed quomodò manducandus eſt Chriſtus? quomodò ipſe „ dicit. Qui manducat carnem meam, & bibit „ ſanguinem meum, in me manet, & ego in „ eo. Si itaque in me manet, & ego in illo, „ tunc manducat, tunc bibit. Qui autem non „ in me manet, nec ego in illo, etſi accipit Sa„ cramentum, acquirit magnum tormentum.

ad 3.art.6. in O. & 7. in O. & ad 1.art. 8.ad 1.& 2.art. 9. ad 2.

Cap 65. „ Qui diſcordat à Chriſto, nec „ manducat carnem ejus, nec ſanguinem bibit, etiamſi tantæ rei Sacramentum ad judi„ cium ſuæ præſumptionis quotidiè indiffe„ renter accipiat.

6 Serm. 2. de verb. Apoſt. „ Manducent „ ergò qui manducant, & bibant qui bibunt: „ eſuriant & ſitiant, vitam manducent, & vi„ tam bibant. Illud manducare refici eſt: ſed „ ſic reficeris, ut non deficiat undè reficeris. „ Illud bibere quid eſt niſi vivere. Manduca „ vitam, bibe vitam, habebis vitam, & in„ tegra eſt vita. Tunc autem hoc erit, id eſt, „ vita unicuique erit corpus & ſanguis Chriſti: „ ſi quod in Sacramento viſibiliter ſumitur, in „ ipsâ veritate ſpiritualiter manducetur, ſpiri„ taliter bibatur.

Tract.

Tract. 26. in Joan. cit. à S. Thom. in ſuo comment. in cap. 6. Joan. „ Qui manducat „ meam carnem, & bibit meum ſanguinem, „ in me manet, & ego in illo. Hoc eſt, manducare illam eſcam, & illum bibere potum, in Chriſto manere & Chriſtum in ſe „ habere. At per hoc qui non manet in Chriſto, procul dubio nec manducat ejus carnem; nec bibit ejus ſanguinem, ſed magis „ tantæ rei Sacramentum ad judicium ſibi man„ cat & bibit, quia immundus præſumpſit ad „ Chriſti accedere Sacramenta, quæ aliquis „ non dignè ſumit, niſi qui mundus eſt.

Tract. 27. „ Qui manducat carnem meam, „ & bibit ſanguinem meum in me manet, & ego „ in illo, ſignum quia manducavit & bibit, hoc „ eſt, ſi manet & manetur, ſi inhabitat & in„ habitatur, ſi hæret & non deſeratur.

7. Lib. 1. de civit. Dei cap. 25. „ Qui ergò „ eſt in ejus corporis unitate, id eſt, Chriſtianorum compage membrorum, cujus corporis Sacramentum fideles communicantes de „ altari ſumere conſueverunt, ipſe verò dicendus eſt manducare corpus & bibere ſanguinem Chriſti. Ac per hoc hæretici & ſchiſmatici ab unitate corporis ſeparati, poſſunt „ idem percipere Sacramentum, ſed non ſibi „ utile, imò etiam noxium, quò judicentur „ gravius, quam vel tardius liberentur. Non „ ſunt enim in eo vinculo pacis, quod in illo „ exprimitur Sacramento. Sed rurſus etiam iſti „ qui rectè intelligunt, non dicendum eum „ manducare corpus Chriſti, qui in corpore „ non eſt Chriſti.

„ Unde

„Unde nec illi in perditis, & damnabili-
„bus moribus debent eſſe ſecuri, qui uſque
„in finem quidem velut in communione Ec-
„cleſiæ Catholicæ perſeverant intuentes quod
„dictum eſt : qui perſeveraverit uſque in fi-
„nem, hic ſalvus erit : & per vitæ iniquita-
„tem ipſam vitæ juſtitiam, quod eis Chriſtus
„eſt, deſerunt ſive fornicando, ſive alias im-
„munditias flagitiorum, quas nec Apoſto-
„lus exprimere voluit, in ſuo corpore per-
„petrando.

„Nec ergò iſti dicendi ſunt manducare cor-
„pus Chriſti, quoniam nec in membris com-
„putandi ſunt Chriſti. Ut enim alia taceam,
„non poſſunt ſimul eſſe & membra Chriſti, &
„membra meretricis. Denique ipſe dicens:
„qui manducat carnem meam, & bibit ſan-
„guinem meum, in me manet & ego in eo :
„oſtendit quid ſit non Sacramento tenus, ſed
„revera corpus Chriſti manducare, & ejus
„ſanguinem bibere : hoc eſt enim in Chriſto
„manere, ut in illo maneat & Chriſtus.„
Item Pſal.77. v.10. Pſ. 80. v.14. Pſ.118. v.3. &c.

8. Objicies I. S. Auguſtinus quæſt. 5.
de veteri teſtamento, agens de muneribus
Caïn, apertè diſtinguit ſubſtantiam à modo
in ordine ad ſatisfaciendum, his verbis. „Vi-
des ergò quia diviſio incurrit peccatum, dum
non æſtimans quid dignum Deo eſſet, po-
tiora reſervavit ſuis uſibus. Itaque non quia
obtulit reprehenſus eſt, ſed quia indigna ob-
tulit. Neque ex eo damnatus eſt, ſed quia
factum noluit emendare commonitus.„ Ex
quibus hoc videtur rectè inferri, nempè, ſi
ex

ex eo quod obtulerit non fuerit damnatione & reprehenſione dignus, ergò benè ſequitur quod quo ad hoc ſatisfecerit; aliàs enim ſub eâ ratione etiam eſſet reprehendendus juxtà illud Luc. 12. v. 47. „Servus qui cognovit vo„luntatem Domini ſui &c.

Reſp. illum, ut ſatis contextus indicat, velle oblationem Caïn ex objecto bonam fuiſſe; laudabile enim & bonum eſt, Deo offerre ſacrificium. Sed in diviſione erraſſe, cùm medium ad hoc inidoneum aſſumpſerit, quo Deus non tam honoraretur, quam contemneretur. Videatur S. Thom. 2. 2. quæſt. 86. art. 3. ad 3. ſicut ergò benè facit homo quod Deum velit diligere, ſed malè ſi creaturam ei æquet, aut anteponat. Bene facit quis volens reſtituere, ſed malè ſi res inutiles & noxias reddat. Laudabilis eſt Chriſtianus confiteri peccata ſua & ſe Deo reconciliare ſtatuens, ſed minimè confeſſionem faciens nullam. Et ſic de aliis exemplis, de quibus fuſius in ſequentibus, præcipuè ſectione tertiâ & quartâ.

Verba Auguſtini hæc ſunt. „Sæpè enim „reprehenſi ſunt (*Judæi*) cum munera ſua „improvidè Dei altari offerrent, quæ nec ho„minibus digna viderentur, dicente Domino „cœcas & luſcas offertis mihi, non hæc ſuſci„piam de manibus veſtris. Offer eam præpo„ſito tuo aut duci tuo, ſi acceperit ea. Cum „conſtet apud omnes perſonæ ſublimi maxima „offerri debere munera: ideóque Caïn mu„nera refutata ſunt.

Seipſum adhuc magis explicat lib. 15. de Civit. cap. 7. ubi eandem difficultatem verſat.

„Rectè

„ Rectè quippè offertur ſacrificium, cùm offertur Deo vero, cui uni tantummodò ſacrificandum eſt. Non autem rectè dividitur, dum „ non diſcernuntur rectè vel loca, vel tempora, „ vel res ipſæ quæ offeruntur, vel qui offert, „ vel cui offertur, vel hi quibus ad veſcendum „ diſtribuitur quod oblatum eſt, ut diviſionem „ intelligamus, hic diſcretionem: ſive cum „ offertur quod nuſquam & nunquam penitus „ debuit: ſive cum electiora ſibi ejuſdem generis rerum tenet homo, quam ſunt ea quæ „ offert Deo: ſive cum ejus rei quæ oblata eſt, „ fit particeps profanus, aut quilibet quem fas „ non eſt fieri. In quo autem horum Deo diſplicuerit facilè non poteſt inveniri.

Eandem interpretationem adfert Ambroſius lib. 2. de Caïn & Abel extr. cap. 6. & 7. „ Etenim, *inquit*, diviſionis hic ordo eſt, ut „ prima ſecundis, non primis ſecunda præcurrant, & cœleſtia terrenis, non terrena cœleſtibus præferantur. Sed quia Caïn hunc ordinem „ confudit, dicitur ei peccaſti, quieſce.

Adfert & Chryſoſtomus homil. 18. in Geneſ. „ Hoc quidem, *ait*, quod in animum accepiſti „ eſſe offerendum, laude dignum eſt, quod „ verò non rectè dividis, oblati repudiationem operatum eſt. Oportet enim offerentem Deo, in diſcernendo magnam adhibere diligentiam. Et quantum differunt, qui offert, & qui accipit, tanta & in diſcretione facienda diverſitas. At horum nihil tu cogitaſti, ſed ut fortuitò contigit obtuliſti. „ Legatur Tolenſis & Pererius in cap. 4. Geneſ. & apud s Ambroſ. Auguſt. Gregor.

9. Ad hoc totum confirmandum facit illud quod refertur. 1. Reg. 13. v. 8. & 12. ubi Saül reprehenditur, qui, ne amplius dilaberetur populus, ſacrificium inexpectato Samuële obtuliſſet; „ Neceſſitate, *inquiebat*, compulſus „ obtuli Holocauſtum. Dixitque Samuël ad „ Saül: ſtultè egiſti, nec cuſtodiſti mandata „ Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. „ Capite autem ſequenti iterum culpatur, quod offerret ſacrificium; etſi id fieret ex optimis gregibus ovium & armentorum Amalec, ut refertur v. 9. 12. & 21. „ Tulit autem de prædâ „ populus oves & boves, primitias eorum quæ „ cæſa ſunt, ut immolet Domino Deo ſuo in „ Galgalis. Et ait Samuël: numquid vult Do- „ minus Holocauſta & victimas, & non potius „ ut obediatur voci Domini? melior eſt enim „ obedientia quam victimæ: & auſcultare ma- „ gis quam offerre adipem arietum. Quoniam „ quaſi peccatum Ariolandi eſt, repugnare: & „ quaſi ſcelus idololatriæ, nolle acquieſcere. „ Dixi hæc exempla confirmare id quod ex Sanctis Patribus adduximus; nemo enim eſt, qui dixerit Saül Deo ſatisfeciſſe per illa ſacrificia, & ſi eſſent in ſpeciem pia & ob finem bonum. Rationem adfert S. Thomas lib. 2. ad Hannibaldum diſt. 38. art. 1. ad 2. „ In bonitate finis „ includuntur aliæ circumſtantiæ, non enim „ bonum finem appetit, ſi non appetit quandò „ eſt bonus, & ubi eſt bonus, & ſic de aliis. „ Item 1. 2. quæſt. 18. art. 1. in O. & quæſt. 104. art. 3. ad 1. & Auguſt. ſuprà ex lib. 15. de Civit.

10. Quantum abfuerit Auguſtinus ab illâ

ſententiâ, quâ contenditur actionibus noxiis & inutilibus ſatisfieri præceptis divinis & Eccleſiaſticis, ſatis apparet ex iis quæ habet lib. 1. contra Donatiſtas cap. 14. ubi planè aliam viam init. „ Fruſtrà ergò dicunt (*Donatiſtæ*) „ ſi baptiſmum noſtrum acceptatis, quid minùs „ habemus ut nobis de veſtrâ communione „ conſulendum puteris. Reſpondemus enim; „ *inquit*, non veſtrum baptiſmum acceptamus, „ quia non eſt baptiſmus ille hæreticorum „ vel ſchiſmaticorum, ſed Dei & Eccleſiæ, „ ubicunque fuerit inventus & quocunque „ tranſlatus. Veſtrum autem non eſt niſi quod „ pravè ſentitis, & ſacrilegè agitis & impiè ſeparamini. „ Atqui ſub eâ ratione non poſſunt dici ſatisfacere, niſi aſſeratur quod per peccatum formaliter ſumptum ſatisfiat præceptis tam divinis quam Eccleſiaſticis. Videatur ſect. 4. *§*. 2.

Conſtat & ex eo quod tradit in Pſal. 142. „ Non intres cum ſervo tuo. Qui cum illo volunt intrare in judicium, niſi qui ignorantes „ Dei juſtitiam, ſuam volunt conſtituere? quid „ eſt jejunavimus & non vidiſti; defraudavimus animas noſtras & neſciſti? tanquam di„ centes, fecimus quod juſſiſti, quare non „ reddis quod promiſiſti? Reſpondebit tibi „ Deus, ut accipias quod promiſi, ego dedi „ ut faceres: quare acciperes, ego dedi: denique ſuperbis talibus loquitur Propheta, „ quid vultis mecum in judicium contendere? „ omnes dereliquiſtis me, dicit Dominus: „ quid vultis mecum in judicium intrare, & „ veſtras juſtitias commemorare? commemora-

„ te juſtitias veſtras, ego novi facinora veſtra;
„ quomodò approbabo juſtitiam, ubi damnabo
„ ſuperbiam. „ Si Auguſtinus impletionem præceptorum rejiciat ab iis qui de ſuis viribus præſumunt, multò magis, ut arbitror, id faciet ergà apertè tranſgredientes.

11. Objicies II. S. Thomas ad Hannibaldum lib. 4. diſt. 9. art. 2. ad 2. videtur omninò hoc ſenſiſſe. „ De Paſchate dicendum,
„ quod in eo quod quis facit ad quod te-
„ netur non peccat, ſed quia malo modo facit.
„ Undè peccator & in communicando, &
„ omittendo peccat: ſed tamen magis in com-
„ municando, quia communicare in peccato
„ malum eſt de ſe.

Reſp. mentem Sancti Doctoris ſatis claram eſſe ex ſuprà dictis ſect. 1. §. 3. num. 10. & 11. Et dicendis ſectione ſequente. Certum enim eſt, eum non aliud velle, quam quod pro explicando Auguſtino attulimus: ſcilicet actionem illam externam bonam eſſe ex objecto, ut potè ſumptionem corporis Chriſti, malam verò ex circumſtantiâ vitiante totam actionem & in aliam moris ſpeciem trahente. „ Omnis actus,
„ ut docet in 4. diſt. 16. qu. 3. art. 2. quæſtiunc.
„ 3. ad 2. ſecundùm ſuam ſubſtantiam habet
„ ſpeciem ab objecto: ſed ſecundùm rationem
„ malitiæ habet ſpeciem à defectu: & ideò
„ ſecundùm diverſa quæ deficere poſſunt, di-
„ verſæ ſpecies cauſantur malitiæ, & ſecun-
„ dùm hoc diſtinguntur ſpecies peccati non ſo-
„ lum ex objecto. „ Idem habet in O.

„ Ad primùm quæcumque circumſtantia ali-
„ quam ſpeciem peccati in actu cauſat, ad
ſpeciem

„ ſpeciem actus, in quantum eſt moralis, per-„ tinet; undè non habet etiam rationem cir-„ cumſtantiæ peccati, quamvis circumſtet ſub-„ ſtantiam actus.„ Idem habet plurimis in locis 1. 2. qu. 18. art. 4. in O. & ad 3. art. 5. ad 4. qu. 19. art 1. & 2. ad 1. qu. 20. art. 1. qu. 72. art. 3. ad 2. art. 9. qu. 73. art. 7. ad pleniorem horum intelligentiam.

12. Obſervandum 1. Actum externum poſſe conſiderari tanquam quid diſtinctum ab actu interno & à circumſtantiis ei ſpeciem dantibus: ſic conſideratus eſt ad inſtar corporis abſque animâ, aut materiæ ſine formâ, & ut pars rei præceptæ. Præcepta enim ſunt de actibus virtutum, ut infrà ex eodem pluribus probabitur. Tales autem non ſunt, niſi intelligantur adeſſe omnia quæ ad eos ſic conſtituendos ſunt neceſſariò requiſita 1. 2. q. 17. art. 4. q. 18. art. 1. & 10. qu 20. art. 3. ſed contrà.

13. Obſervandum 2. Quod etſi anima ſit corpori extrinſeca, non tamen ideò eſt homini extranea, imò nec ſatis à corpore diſtincta, propter ordinem quem ad illud habet, ut cum eo quid unum conſtituat. Ità ſimiliter quamvis actus interior ſit actui externo, aliiſque extraneus, nihilominus eſt actui præcepto intrinſecus, ut potè ex utroque tam interno quam externo ac circumſtantiis conflato, quo intelligatur undequaque ſatisfactum, imò nec cenſetur eſſe ſatis ab illis diverſus, tum quià ad ſe invicem ordinantur ad componendum unum in genere moris, ut jam diximus: & ob id quod per quamdam redundantiam ſibi mutuò dent manus in ordine ad bonitatem aut malitiam;

nec quidquam referat diſſimilitudo eorumdem in genere naturæ, cum hoc non obſtet in hominis compoſitione, ex partibus tam diſparibus reſultante. Qu. 7. art. 3. 4. q. 17. art. 4. q. 20. art. 3.

14. Obſervandum 3. Actum externum poſſe pertinere ad diverſas ſpecies, ſicut materia ad diverſas formas. Hoc accidit quoties actus ex objecto bonus fit ex fine aut circumſtantiis malus, ex quo habet quod ſit ſubjectum alterius formæ ſed graveolentis. Actus exterior ſic conſideratus, in genere moris cenſetur planè diverſus à ſeipſo ut ſubſtante priori formali bono, & conſequenter deſinit eſſe materia præcepti affirmativi, & fit negativi præcepti materia. Ut clarè docet 2. 2. qu. 33. art. 2. in O. nec mirum id videri debet, cum per formam illam cadavericam amiſerit ſuavitatem odoris, & per modicum illud fermentum totam ſuam ſubſtantiam invenerit corruptam. „ Nam unumquodque ordinatur ad finem per actum ſuum: & „ ideò ratio peccati, quę conſiſtit in deviatione „ ab ordine ad finem, propriè conſiſtit in actu. „ Quæſt. 21. art. 1. in O. & ad 3.

Eccle. 10. v. 1. 1. Cor. 5. v. 6.

Comparo illum actum exteriorem ſuumque authorem ſervo transfugę & alieno Domino ſeſe mancipanti, ille enim non præcisè peccat ob id quod alium adiverit Dominum. Varii enim id laudabiliter faciunt & ex ſuorum dominorum juſſu: ſed quià per eam fugam ſe à proprio ſubtraxit Domino, alterique eo invito ſe mancipavit, unumque cum eo effecit contrà expreſſam in contrarium obligationem rectamque rationem. Undè in poſterum non à primo eoque legitimo Domino eſt accepturus ſtipendium

Nō poteſtis Deo ſervire & mammonæ Luc. 16. v. 13.

pendium, ſed à ſecundo cui impræſentiarum adhæret & inſervit id eſt præteenturus: & meritò quia prior ſervus moraliter eſſe deſiit, etſi phyſicè & à parte rei idem remanſerit: ſic ni fallor ratiocinatur Apoſtolus ad Rom. 6. Videatur in iſtum locum Eſtius Univerſitatis utriuſque Belgicę decus.

15. Obſervandum 4. Ad hoc ut intelligatur per actum aliquem eſſe ſatisfactum, ſaltem ex parte, non eſſe ſatis reſpicere an actus exterior ſit poſitus, (niſi ut ſic aliquem effectum bonum producere poſſit; „ Actio enim mala q.18. „ a. 1. ad 3. poteſt habere aliquem effectum per „ ſe ſecundum id quod habet de bonitate & en„ titate) „ ſed debet conſiderari an adſint omnia ad finem intentum neceſſariò prærequiſita. Contingit enim ſubindè quod homo plus de externo actu poſuerit & tamen minus ſatisfecerit, & è contrà quod alius minus de eodem poſuerit & nihilominus magis ſatisfecerit. Hoc docet Chriſtus Luc. 7. v. 47. cap. 18. v. 12. Apoſtolus 1. Cor. 13. v. 3. & S. Thom. 2. 2. qu. 27. art. 8. ad 3. Illuſtre hujuſce rei exemplum adducit Chriſtus Marc. 12. v. 41. de divitibus variis qui multa jaciebant in Gazophylacium, & de viduâ quæ minuta duo ſive quadrantem unum in idem miſerat; ipſe ſuper iſtorum largitione mentem ſuam ad diſcipulos converſus aperire dignatus eſt his verbis. *Amen dico vobis quoniam vidua hæc plus omnibus miſit, qui miſerunt in Gazophylacium: omnes enim ex eo, quod abundabat illis, miſerunt: hæc verò de penuriâ ſuâ omnia quæ habuit miſit totum victum ſuum*. Illud enim factum manifeſtè oſtendit divites illos in gene-

re phyſico & naturæ per ſuum donarium viduam illam pauperem ſuperaſſe, ſed in genere morali & quoad doni æſtimabilitatem petitam ex omnibus ad eam conferentibus eos longè ab eâ ſuperatos fuiſſe juxtà Chriſti doctrinam, ut eam intelligunt tam ſancti Patres quam Sacræ Scripturæ interpretes: Proptereà quod illa ſuo modo & juxtà ſuam proportionem plus Deum diligeret ipſumque honoraret. Videatur S. Th. 2. 2. qu 32. art. 4. ad 3.

16. Unicum, ne ſim longior, profero Ambroſium ex loco citato ſuprà num. 8. de muneribus Caïn conformiter ad jam dicta verba facientem. ,, Non ergò, *inquit*, quantitas oblationis, ſed animus reddentis & qualitas conſideratur & affectus. Rectè igitur Caïn obtulit, oblatio inſigne devotionis & indicium gratiarum eſt: ſed non rectè diviſit, quia antè omnia Deo debuit deferre primitias, ut à gratiâ inchoaret authoris.

Similiter loquuntur ea quæ ibidem num. 4. protulimus: nam in genere phyſico & naturæ plus erat offerre bovem quam canem, ſed non in genere morali, eo quod Deus non ſe magis cultum ac honoratum exiſtimaret per unum quam per aliud. Idem dico de offerentibus cæcas & luſcas & de bonas offerre negligentibus. Idem pronuntio de Semeï qui magno labore cum cæteris ſed ex adverſo regem comitavit 2. Reg. 16. v. 5. & de majoribus natu Juda qui id agere non fuerant dignati, ſed in ſuâ domo remanſerant, cap. 19. v. 12. quibus omnibus eadem applicanda eſt reſponſio. Qualis reviviſcentia aut potius reminiſcentia, quantaque

cura

cura ac ſollicitudo manſerit penes regem illum ſecundum cor Dei Prophetamque eximium in remunerando illo inſigni ſacrilegio: Patet luculentè 3. Reg. 2. v. 8. & 9. Etiam factâ obicis ſublatione & ſacramento dato 2. Reg. 19. v. 23. Obedientia verò filii ejus in eo exequendo habetur 3. Reg. 2. cap. 2. v. 36. 37. 43. &c. 1. Reg. 14. v. 7. 11.

His ità ſtabilitis, non erit difficile ſatisfacere objectioni factæ aliiſque ſimilibus, quas ſuo loco diluemus.

17. Dicimus enim 1. verum eſſe quod nullus damnabitur aut reprehendetur ob id quod præcisè communicaverit: ut res eſt certa & evidens: aliàs omnes eſſent culpandi & puniendi qui communicarent, ſivè malè ſivè benè id egiſſent; ſed quia malè communicavit. Per quam indignitatem tracta & detorta eſt illa ſumptio ad aliam moris ſpeciem, factaque materia præcepti negativi, objectum divinæ indignationis, homo verò reus corporis & ſanguinis Domini effectus, qui non præcepto affirmativo ſatisfecit, non Deo comedit, ſed ſibi in ſuam perniciem. Zachar. 7. v. 4. 1. Cor. 11. v. 27.

18. Dicimus 2. communicantem in peccato plus ponere in genere naturę quam communicare omittentem: ſumit enim corpus Chriſti quod alter non facit, ſed in genere moris & æſtimabilitatis actus in ordine ad Deum movendum, finemque ſumptionis obtinendum eos eſſe æquiparandos. Tradere enim alteri rem ſuam, operam eidem debitam exolvere, ſed omninò inutilem, idem fit ac ſi nihil prorſus præſtaretur. Habere ſclopum, pulverem, horologium, pecuniam, ſed nullo modo poſſe uti, Eccle. 6.

 idem

idem cenſetur in genere moris ac non habere Videatur Gen. 38. v. 8. & 9. Matth. 15. v. 4. 5. & 6. rationem adfert S. Thom. 1. 2. queſtion. 18. artic. 1. & 2. ad 1. & 3. ,, Quod ,, licet res exteriores ſint in ſeipſis bonæ, ,, tamen non ſemper habent debitam propor- ,, tionem ad hanc vel illam actionem; & ,, ideò in quantum conſiderantur ut objecta ,, talium actionum, non habent rationem ,, boni: ex hoc enim dicitur actio bona, ,, quod bonum effectum inducere poteſt, & ,, ipſa proportio actionis ad effectum eſt ra- ,, tio bonitatis ipſius.,, Item art. 4. in O. & ad 3.

19. Dicimus 3. in genere moris plus peccare communicantem, minuſque ſatisfacere quam communicare omittentem. Ratio eſt clara: magis ſe elongat à termino & fine: circumſtantiam enim novam addit, quâ non ſolum per defectum & obicem negativum peccat & ideò ad finem pertingere nequit; ſed etiam ob tranſgreſſionem, alium poſitivum obicem opponit. Ità ubique gentium moribus creditum ac receptum eſt. Miles v. g. transfuga plus duci ſuo diſplicebit, minuſque dux ſibi eum obedire exiſtimabit tranſeundo ad hoſtes, quam apud ſuos ſe recipiendo aut in caſtris otioſus remanendo. Similiter nonnè mallet Dominus hortum ſuoſque floſculos non irrigandos, quam id fieri aquâ fervente. Nonnè mallet ſibi non reſtitui vinum, quam reddi veneno infectum & ſic de ſimilibus exemplis. Atqui ſi id fuiſſet omiſſum à debitore non fuiſſet ſatisfactum, ergò nec ſi fuerit ſimili modo reſti-

tutum. Nihilominùs Sancti Patres utrumque ſubindè pro eodem ſumunt & ut unum confundunt, ut Ambroſius dum dicit : „ Quiſquis paſcendo hominem ſervare poteras, ſi non paviſti occidiſti. „ Refertur 1 part. decret. diſtinct. 86. cap. 21. paſce. Cauſ. 26. quæſt. 6. cap. 12. ſi Presbyter & 13. agnovimus. Ezech. 3. v. 18. 20.

20. Dicimus 4. Ad finiendam hanc difficultatem operę pretium eſſe adferre quod habet S. Thom. in 4. diſt. 16. quæſt. 3. art. 1. quæſtiunc. 2. ad 2. „ Aliqui actus, *ait*, ex „ ſuo genere ſunt mali vel boni : & ideò ex „ ipſo genere actus poteſt ſumi circumſtantia „ actus moralis. Hoc autem, ex quo actus reperitur in tali genere, quamvis ſit de ſubſtantiâ ejus, in quantum eſt in genere moris, „ tamen eſt extrà ſubſtantiam actus abſolutè, „ unde aliqui actus ſunt idem in ſpecie naturæ, „ qui differunt in ſpecie moris, ſicut fornicatio „ & actus matrimonialis.

Quid plenius & exactius adferri poteſt ? applicemus jam doctrinam illam noſtræ difficultati : ſumptio externa corporis Chriſti in peccato facta, & ſumptio ejuſdem facta in gratiâ, non differunt in genere naturæ : ſunt enim ſumptio ejuſdem rei, & eſſe in gratiâ vel peccato eſt quid extrà ſubſtantiam iſtius ſumptionis in ſpecie naturæ conſideratæ, & eidem accidit. Ex 1. 2. quæſt. 1. art. 3. ad 3. Ubi iterum examinat & tradit quod hic ex eodem adferimus; ſed in genere moris eſt de ſubſtantiâ ejus & meritò : quia ſubſtantia ſive ſumptio illa ſins tali modo in ge-

nere

nere moris non cenſetur ſubſtantia nec medium ut ſic, cum ſit ad finem intentum improportionata, ac prorsùs inutilis pertineatque ad aliam moris ſpeciem. Ut habet 1. 2. quæſt. 18. art. 6. ad 2. „ Ordinari, *inquit*, ad talem finem, etſi accidat actui exteriori: non „ tamen accidit actui interiori voluntatis, „ qui comparatur ad exteriorem, ſicut for„ male ad materiale. „ Et articulo 7. in O. & ad 1. & quæſtione 19. articulo 2. ad 1. „ Finis eſt objectum voluntatis, non au„ tem aliarum virium. Undè quantum ad „ actum voluntatis non differt bonitas quæ „ eſt ex objecto, à bonitate quæ ex eſt fine. „ Fruſtrà igitur unum ab altero ſeparatur, utrumque conjungere oportet ut proportio & commenſuratio habeatur quâ mediante finis tam Sacramenti quam præcipientis obtineatur.

§. II.

§. II.

Æquiparatio Confeſſionis & Communionis.

1. DIco II. Confeſſione ſacrilegâ non ſatisfit præcepto Eccleſiaſtico, ut docet Alexander ſeptimus in propoſitione decimâ quartâ inter confixas, his verbis. „ Qui facit „ confeſſionem voluntariè nullam ſatisfacit præ„cepto Eccleſiæ.„ Sed confeſſio ſacrilega poteſt eſſe tam integra quo ad ſubſtantiam quam communio, ergò ſi per eam non ſatisfit, neque per communionem ſacrilegam ſatisfiet.

Theſis 27. ponit totã eſſentiam ſacramenti pœnitẽtiæ in abſolutione.

28. Agit de contritione.

2. Probatur minor ex Trident. ſeſſ. 14. cap. 5. ubi agens de confeſſione ut diſtinctâ ab aliis partibus, de quibus ſingulis agit ſeorſim & diſtinctis capitibus: hoc ſolum requirit, ut ſit omnium peccatorum mortalium poſt baptiſmum commiſſorum, tam internorum quam externorum & circumſtantiarum mutantium ſpeciem. Quæ omnia haberi poſſunt, ſtante nullitate aut ſacrilegio confeſſionis*, defectu verb. grat. doloris (etſi confeſſario manifeſtari) aut abſolutionis ex causâ rationabili dilatæ.

29. Juri divino non ſatisfit per confeſſionem ſacrilegam.

30. Refert quòd dicimus ex Trid. de integritate confeſſionis.

Pater Boſco eã habet nullã, dum deeſt dolor.

3. Neque ſolvitur difficultas, dicendo quod talis confeſſio, non erit confeſſio, nec Sacramentalis, Nam,

Ex quibus ſic arguimus. Confeſſio eſt quid diſtinctum à cõtritione & abſolutione. Non eſt Sacramentum, nec pars ejus eſſentialis, & tamen requirit dolorẽ ad ſatisfaciendum, etſi ſibi & Sacramento extrinſecum. Cur nõſimiliter Euchariſt. Sacramentum imò Sacramentorum ſanctiſſimum & auguſtiſſimum? Si per cõfeſſionem, dicat Pontificem intelligere Sacramentum pœnitẽtiæ. Cum juxtà ipſum conſiſtat in ab-

Primum conſtat ex Trid. cit. & ex S. Thom. in ſuppl. quæſt. 9. art. 1. ad 3. „ Ille qui peccata „ quæ habet, narrat verè loquitur; & ſic cor „ concordat voci vel verbis quantum ad ſub„ ſtantiam confeſſionis, quamvis diſcordet à „ confeſſionis fine.

Secundum verò tantùm probabit, quod confeſſio poteſt eſſe nulla, & tamen non ideò ſacrilega: ſed non probabit, quod dum eſt ſacrilega, quod non ſit ſacramentalis; nam ſi non eſſet, ſacrilegium non committeretur. Deindè evincitur ex eodem S. Doctore part. cit. quæſt. 11. art. 1. ad 1. „ Sed hæc opinio vide„ tur erronea, cum hoc ſit contrà veritatem „ Sacramenti. Sicut enim baptiſmus eſt Sacra„ mentum, quamvis quis fictus accedat; nec „ eſt mutatum aliquid de eſſentialibus Sa„ cramenti, ità confeſſio non deſinit eſſe ſa„ cramentalis, quamvis ille qui confitetur, „ emendationem non promittat. „ Videatur art. 2. fateor equidem Sacramentum pœnitentiæ tunc adæquatè non ſubſiſtere: nego tamen nullam ejus partem extare; nam ut ad 2. art. 1. reſolvit. „ Præceptum, *inquit*, de confeſſione „ celandâ conſequitur ipſum Sacramentum. „ Quæſt. 8. art. 2. ad 1. & quæſt. 11. art. 2. in O.

3. Covarruvias qui ſtat pro ſententiâ oppoſitâ, iſta duo inter ſe ità habet connexa, ut unum ex alio ſequi fateatur. Sic loquitur cap. alma mater part. 1. §. 5. „ Præcepto de recipiendo „ Sacramento pœnitentiæ, cujus effectui obi„ cem ponit, quia extrà charitatem eſt, nihi„ lominùs in hoc ſenſu ſatisfacit, ut evadat

novam

„ novam ex tranſgreſſione præcepti culpam, „ hinc denique authores qui hanc concluſio„ nem defendunt, quos ibi citavimus, planè „ concedunt, primam hujus paragraphi aſſer„ tionem etiam in præceptis de Sacramentis ob„ tinere.„ Cùm primum hodiè nequeat amplius ſuſtineri, conſequenter etiam juxtà ipſum nec ſecundum.

ſolutione, ergò eâ receptâ in peccato ſatisfiet. Quod erit in iſtâ hypptheſi cōtrà cenſuram.

4. DICES. ſi quis contenderet Pontificem per confeſſionem intelligere Sacramentum pœnitentiæ.

In 4.d.ſt. 21.q.3.a.1. quæſtic. 1. ad 1.

Reſp. 1. Sub judice litem eſſe dicet idem, in quo eſſentialiter conſiſtat Sacramentum pœnitentiæ (quamvis ſententia S. Thomæ ſit communiter recepta & benè fundata in Florentino & Tridentino) conſequenter faciens confeſſionem ſacrilegam cauſabitur ſe non impegiſſe directè in cenſuram, quia eſt de Sacramento pœnitentiæ intelligenda: at juxtà Scotiſtas illa non eſt de ratione ejus eſſentiali; undè cenſura Pontificia eluderetur iſto modo artificioſo.

5. Reſp. 2. Cenſuram intelligendam eſſe directè de ipſâ confeſſione quæ ad omnes fideles dirigitur, abſolutio verò ad ſacerdotes. Fideles plerique circà confeſſionem magnam reperiunt difficultatem & pudorem; quidam verò Theologi ſuper hoc varia docebant & ad confeſſionum nullarum ſacrilegia mitiganda, & ad cenſuras evitandas.

Suarez de præcepto cōfeſſionis diſp. 36. ſect.7.n.4. & lib.4.de leg.c.13,n. 10. Licet hoc excedat poteſtatem humanam in ordine ad forum externum:nō tamen eſt, cur excedat poteſtatem Eccleſiaſticam in ordine ad forum internum & ſalutem animæ.

6. Reſp. 3. Denique in quocumque conſtituatur eſſentia pœnitentiæ Sacramenti, & quodcumque intellexerit Pontifex per confeſſionem (quæ debet intelligi in ſenſu communi

Num. 11. & obvio, niſi contrarium apertè probetur) dico cauſam non effici meliorem. Ut inf. à ſect. 4. §. 2. oſtenditur. Quod valet etiam pro aliis ſuprà dictis, & dicendis; ſitque ſemel dictum.

minor autem patet, tum ex univerſalitate præcepti, & communi intelligentiâ illius, tum maximè, quia ille tenetur ex præcepto divino confiteri, Eccleſia autem indiſtinctè & abſolutè determinavit tempus pro quo tale præceptum obligat ...... & hæc eſt ratio generalis etiam pro defectu doloris ..... quia Eccleſia præcipit ità confiteri ut poſſit quis abſolvi.

Trident. ſeſſ. 14. cap. 3. qui, quatenus in pœnitente ad integritatem Sacramenti &c. Sanè verò res & effectus hujus Sacramenti, quantum ad ejus vim & efficaciam pertinet, reconciliatio eſt cum Deo &c.

Hoc intendit Eccleſia, undè præcipit ità confiteri, ut poſſit quis abſolvi. Ut ſapientiſſimè docet Suarez.

§. III.

Præcepto ſpeciali tenemur ad ſanctitatem procurandam pro hoc Sacramento.

1. DIco III. Si ſolùm contrà præceptum negativum, & contrà jus naturale ſacrilegè ſive indignè tractando corpus Chriſti, peccaremus: ſequeretur quod is qui eſt conſcius peccati mortalis, ſufficienter diſpoſitus accederet ſi contritus communicaret, atqui per ſe loquendo hoc eſt falſum. Ergò &c.

Trid. ſeſſ. 6. cap. 14. ſeſſ. 14. c. 4. Theſis 28. contritio

2. Probatur ſequela: ad Sacramenta alia miniſtranda aut recipienda, etſi ſanctitatem exigant ut ſect. 1. vidimus, ſufficit confeſſio aut contritio, ſive ſtatus gratiæ per alterutram

utram procuratus (tametſi confeſſio ſit maximè conſulenda & probanda) ergò eadem ſufficiet pro hoc Sacramento. Conſequens tamen eſt proſcriptum à Trident. ſeſſ. 13. cap. 7. ibi enim expreſsè definitur, quod nullus extrà caſum neceſſitatis, quantumvis contritus audeat communicare non præmiſsâ confeſſione, docetque locum Apoſtoli 1. Cor. 11. v. 28. *Probet autem ſeipſum homo* &c. huc uſque ſemper ab Eccleſiâ intellectum de probatione per Sacramentum pœnitentiæ, vultque extrà neceſſitatem ab omnibus obſervandum.

quantumvis remiſſa juſtificat.

Catechiſ. de pœnit. num. 32.

Ut enim hoc concedamus cō-tritione peccata deleri; quis ignorat illam adeò vehementē, acrem, incenſam eſſe oportere, ut doloris acerbitas, cum ſcelerum magnitudine æquari, conferrique poſſit.

Hoc olim etiam docuerat Cyprianus epiſt. 10. „ Nondum pœnitentiâ actâ, nondum exo-„ mologeſi factâ nondum manu, eis ab Epiſco-„ po & Clero impoſitâ, Euchariſtia illis datur, „ cum ſcriptum ſit: *Qui ederit panem aut bi-„ berit calicem Domini indignè, reus erit cor-„ poris & ſanguinis Domini.* Sed nunc illi rei „ non ſunt, qui minus ſcripturæ legem non „ noverunt; erunt autem rei, qui præſunt & „ hæc fratribus non ſuggerunt, ut inſtructi à „ præpoſitis faciant omnia cum Dei timore, „ & cum datâ ab eo, & præſcriptâ obſerva-„ tione.

Idem inculcat epiſt. 11. his verbis. „ Illi con-„ trà Evangelii legem, contrà veſtram quoque „ honorificam petitionem, anteactam pœni-„ tentiam, antè exomologeſim graviſſimi, at-„ que extremi delicti factam, antè manum ab „ Epiſcopo & Clero in pœnitentiam impoſi-„ tam, offerre lapſis pacem, & Euchariſtiam „ dare, id eſt, ſanctum Domini corpus pro-„ fanare audeant, cum ſcriptum ſit: *Qui*

„ *ederit*

„ *ederit panem* &c. „ Ep. 12. & Leo Ep. 91. c. 2.

5. Ambroſius relatus de pœnitentiâ cauſ. 33. diſt. 1. quæſt. 3. cap. 55. „ Nonnulli, *inquit*, „ ideò poſcunt pœnitentiam, ut ſtatim ſibi „ reddi communionem velint. Hi non tam ſe „ ſolvere cupiunt, quam ſacerdotem ligare. „ Cui præceptum eſt, *Nolite ſanctum dare canibus, neque miſeritis margaritas veſtras ante porcos:* „ hoc eſt immundis ſpiritibus Sacræ communionis non impendenda conſortia. „ Si ita inveħantur in non publicè aut nimis citò reconciliatos: quid dicerent de iis qui omnem reconciliationem omittunt?

6. Aug. tr. 45. in Joan. „ Quanta nobis cura „ eſſe debet in ædificandis fidelibus, ut proſit eis „ quod accedunt, ne tales epulas in judicium „ ſibi manducent & bibant, benè vivant.

7. Sanctorum Patrum veſtigia premens S. Thomas, ſic habet in ſuo commentario in eundem locum Apoſtoli lect. 7. „ Per contritionem „ quidem, quæ tollit voluntatem peccandi, „ cum propoſito confitendi & ſatisfaciendi, „ quantum ad remiſſionem culpæ & pœnæ æ- „ ternæ; per confeſſionem autem & ſatisfactio- „ nem, quantum ad totalem remiſſionem pœnæ „ & reconciliationem ad membra Eccleſiæ. Et „ ideò in neceſſitate quidem, puta quandò ali- „ quis copiam confeſſionis habere non po- „ teſt, ſufficit contritio ad ſumptionem hu- „ jus Sacramenti. Regulariter autem debet „ confeſſio præcedere cum aliquâ ſatisfactio- „ ne. „ Et in 4. diſtict. 17. quæſtion. 3. artic. 1. quæſtiunc. 4. in O. „ Uno modo per accidens, „ ſcilicet quandò ad aliquid tenetur quod non

„ poteſt

„ poteſt ſine peccato facere niſi confeſſus, tunc „ enim confiteri tenetur: ſicut ſi debeat Euchariſtiam percipere, ad quam nullus poſt peccatum „ accedere debet, copiâ ſacerdotis oblatâ & neceſſitate non urgente. „ Et in ſuppl. q. 8. art. 2. ad 3. Scot. in 4. diſt. 9. q. unic.

8. Ex quibus omnibus colligitur, quod ad hoc Sacramentum ritè ſuſcipiendum aut conficiendum, non ſatis eſſe ſi non indignè quis hoc faciat, ut Laïcus extrà gratiam in neceſſitate baptizans, aut quis ignorans ſuum ſtatum mortalem, aut hoſtiam eſſe conſecratam: nec ſolum dignè ut in cæteris Sacramentis ex jure naturali de ſanctis ſanctè tractandis per ſtatum gratiæ quomodocunque procuratum, ſed ut dignè dignitate habitâ per Sacramentum pœnitentiæ, ex jure divino, aut Apoſtolico, ſimul & Eccleſiaſtico id præſtare tenetur: ergò qui illud culpabiliter omittit, impingit in præceptum affirmativum, & non ſolùm in negativum. S.Thom. 3. part. q. 64. art. 6. quæſt. 80. art. 4. ad 5.

9. Egregiè illud ipſum annotavit Chryſoſtomus homil. 17. ſuper epiſt. ad Heb. „ Quandò dicit, ſancta ſanctis; hoc dicit: ſi quis „ non eſt ſanctus, non accedat; non ſimpliciter dicit, à peccatis mundus, ſed ſanctus, „ ſanctum enim non mundatio peccati tantùm „ facit ſed etiam præſentia ſpiritus, & bonorum operum opulentia, non enim, inquit, „ volo à cœno vos mundos eſſe, ſed etiam albos eſſe & pulchros. „ Undè Auguſtinus aliquoties, ut tract. 26. in Joan. & ſerm. 1. de temp. ingeminat: „ Innocentiam ad altare „ apportate,

10. Eandem ſollicitudinem atque ſanctitatem commendat lib. de ſalutaribus documentis cap. 33. „ Ab his, *inquit*, venenis pietas Do„mini noſtri Jesu Christi nos liberet, „ & ſeipſum nobis edendum tribuat, quæ dixit, „ ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi: „ qui manducat carnem meam & bibit ſangui„nem meum, habet vitam æternam in ſemet„ipſo, ſed unuſquiſque antequam corpus & „ ſanguinem Domini noſtri Jesu Christi „ accipiat, ſeipſum probet, & ſecundùm Apo„ſtoli præceptum. „ *Sic de pane illo edat, & de calice bibat: quià qui indignè manducat & bibit judicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.* „ Quandò enim „ illud accipere debemus, anteà ad confeſſio„nem & pœnitentiam recurrere debemus, & „ omnes actus noſtros curioſius diſcutere: & „ peccata obnoxia, ſi in nobis ſenſerimus, citò „ feſtinemus per confeſſionem & veram pœni„tentiam abluere, ne cum Judâ proditore dia„bolum intrà nos celantes pereamus, protra„hentes & celantes peccatum noſtrum de die „ in diem.

11. Nemini dubium eſſe debet, res eo modò fieri oportere quo vult præcipiens aut contrahens, & ſi quid voluerit curioſius factum debere impleri. Sic ratiocinabatur David Rex loquens ad omnem Eccleſiam 1. Paral. 29. v. 1. „ *Opus namquè grande eſt, neque enim* „ *homini præparatur habitatio ſed Deo. Ego* „ *autem totis viribus meis præparavi impenſas* „ *domûs Dei mei.* „ Id ipſum agnoverat Centurio etſi Gentilis, Matth. 8. v. 7. & 8.

3. Reg. 6. v. 7.

12. Quid

12. Quid ergò mirum ſi Eccleſia Chriſti ſponſa, in illis peccatorum conſciis voluerit reconciliationis eorumdem eſſe arbitra, & explorare an ſe priùs probaverint & inſtruxerint, ut veſtem nuptialem induti, ad divinam hanc menſam accedere mereantur. Verùm enim verò ignoratnè illa Regem ipſum hunc laborem de more ſubire, ut veniat, luſtret & dignoſcat an tales ſint, ut refertur apud Matth. cap. 22. v. 11. *Intravit autem rex ut videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. Et ait illi: amice, quomodò huc intraſti non habens veſtem nuptialem?* &c. Videatur ſect. 1. §. 2. num. 6. & §. 3. num. 6. & Catechiſ. tit. de Euchariſt. num. 42. 43. & 45. & S. Thom. in 4. diſt. 9. quæſt. 1. art. 3. quæſtiunc. 1. in O.

Epheſ. 5. Trid. 13. cap. 8.

SECTIO TERTIA.

De re præceptâ.

§. I.

Res præcepta debet ducere & diſponere ad finem proximum intentum à legiſlatore.

1. DIco I. Quod ab omni legiſlatore præcipitur, illud præcipitur quatenùs habet ordinem ad finem proximum intentum ab eo, ſed communio ſacrilega nec in ratione cultus, nec in ratione cibi, nec Medecinæ, nec Symboli, nec Paſſionis Chriſti commemorationis ducit ad finem proximum intentum à legiſlatore; ergò tali non ſatisfit. Minor probabitur §. ſequente.

Matth. 25. v. 18. & 1. Theſſal. 4. v. 3. hęc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio veſtra.

2. PROBATUR major ex S. Thomâ 1. 2. quæſt 99. art. 1. in O. „ Præceptum legis cum „ ſit obligatorium, eſt de aliquo quod fieri debet, quod autem aliquid debeat fieri, hoc „ provenit ex neceſſitate alicujus finis, undè „ manifeſtum eſt quod de ratione præcepti eſt, „ quod importet ordinem, in quantum ſcilicet „ illud præcipitur quod eſt neceſſarium vel „ expediens ad finem. „ Ad 1. & 2. & art. 5. in O.

3. Quæſt.

3. Quæſt. 100. art. 9. ad 2. „ Intentio legi-
„ ſlatoris eſt de duobus, de uno quidem ad
„ quod intendit per præcepta legis inducere &
„ hoc eſt virtus, aliud eſt de quo intendit præ-
„ ceptum ferre, & hoc eſt quod ducit vel diſpo-
„ nit ad virtutem, ſcilicet actus virtutis. Nequè
„ enim idem eſt finis præcepti, & id de quo
„ præceptum datur: ſicut nequè in aliis rebus
„ idem eſt finis & quod eſt ad finem. „ Item
q. 1. a. 3. in O. & ad 1. & q. 102. art. 1. in O. q. 107.
a. 1. in O. & ad 2. & l. 3 contrà Gent. c. 115. & 116.

4. In 2. 2. quæſt. 33. art. 2. in O. „ Sicut præ-
„ cepta negativa legis prohibent actus pecca-
„ torum; ità præcepta affirmativa inducunt ad
„ actus virtutum. Actus autem peccatorum ſunt
„ ſecundùm ſe mali, & nullo modo benè fieri
„ poſſunt, nec aliquo tempore aut loco, quià
„ ſecundùm ſe conjuncti malo fini, ut dicitur
„ in 2. Ethicorum, & ideò præcepta negativa
„ obligant ſemper & ad ſemper. Sed actus vir-
„ tutum non quolibet modo fieri debent, ſed
„ obſervatis debitis circumſtantiis, quę requi-
„ runtur ad hoc quod ſit actus virtuoſus, ut
„ ſcilicet fiat ubi debet, & quandò debet, &
„ ſecundùm quod debet. Et quia diſpoſitio eo-
„ rum, quę ſunt ad finem, attenditur ſecun-
„ dum rationem finis: in iſtis circumſtantiis
„ virtuoſi actus præcipuè attendenda eſt ratio
„ finis, qui eſt bonum virtutis. Si ergò ſit ali-
„ qua talis omiſſio alicujus circumſtantię circà
„ virtuoſum actum, quę totaliter tollat bo-
„ num virtutis; hic actus contrariatur præ-
„ cepto. Si autem ſit defectus alicujus circum-
„ ſtantiæ, qui non totaliter tollat virtutem,

Verſ. 7. nō enim vocavit nos Deus in immunditiā, ſed in ſanctificationem.

Itaque qui hæc ſpernit non hominē ſpernit, ſed Deum.

S. Thom. ibid. quaſi dicat, omnia præcepta Dei ſunt ad hoc, quod ſitis ſancti. Sanctas enim dicit munditiā & firmitatē, & omnia Dei præcepta inducunt ad iſta, ut quis mundus ſit à malo, & firmus in bono.

 „ licet

„ licet non perfectè attingat ad bonum virtu-
„ tis; non eſt contrà præceptum. Undè & Phi-
„ loſophus dicit in 2. Ethic. quod ſi parum diſ-
„ cedatur à medio non eſt contrà virtutem, ſed
„ ſi multum diſcedatur, corrumpitur virtus in
„ ſuo actu. „ Item art. 6. ad 2. & 3. & quæſt.
32. art. 5. in O.

5. Quæſt. 44. art. 4. in O. „ Præcepta dan-
„ tur de actibus virtutum, hoc modo aliquis
„ actus cadit ſub præcepto, ſecundùm quod eſt
„ actus virtutis, requiritur autem ad actum
„ virtutis, non ſolum quod cadat ſuper debi-
„ tam materiam, ſed etiam quod veſtiatur de-
„ bitis circumſtantiis, quibus ſit proportio-
„ natus tali materiæ.

6 „ Ad primùm ſub prçcepto quod datur de
„ actu alicujus virtutis, non cadit modus quem
„ habet ille actus ex aliâ ſuperiori virtute; ca-
„ dit tamen ſub prçcepto modus ille, qui perti-
„ net ad rationem propriæ virtutis. „ Art. 5. in
O. art. 8. in O. q. 10. art. 4. qu. 13. art. 7. in O.
& ad 1. quæſt. 27. art. 6. in O. qu. 87. art. 2. ad
3. qu. 104. art. 2. ad 2. qu. 147. art. 3. in O.
& ad 1.

7. Quæſt. 184 art. 3. ad 2. „ Cum autem id
„ quod cadit ſub prçcepto, diverſimodè poſſit
„ impleri; non efficitur præcepti tranſgreſſor
„ ex hoc, quod non optimo modo implet, ſed
„ ſufficit quod quocunque modo impleat illud.
„ Perfectio autem divinæ dilectionis univerſa-
„ liter quidem cadit ſub præcepto, ità quod
„ etiam perfectio patriæ non excluditur ab hoc
„ præcepto, ut dicit Auguſt. ſed tranſgreſſio-
„ nem præcepti evadit, qui quocunque modo

„ perfe-

„ perfectionem divinæ dilectionis attingit.
„ Eſt autem infimus divinæ dilectionis gradus, ut nihil ſuprà eum, aut contrà eum, „ aut æqualiter ei diligatur : à quo gradu perfectionis qui deficit, nullo modo implet „ præceptum.

8. Sic infero quandò dilectio Dei eſt ità imperfecta, ut ea non pertingat ad rationem ſpecificam virtutis, per talem nullo modo impletur præceptum. Ergò ſimiliter dum communio eſt tam imperfecta ut non attingat rationem ſpecificam communionis ſpiritualis ſive virtutis, per eam ſive ſacramentalem ſolam, nullo modo implebitur præceptum. A paritate rationis. Videatur 3. part. qu. 80. art. 1. in O. & ad 2. Matth. 19. v. 37.

9. Doctrina S. Thomæ eſt evidens: legiſlator aliquid exigit à ſuis ſubditis in ordine ad aliquem finem, cum autem aſſequi non poterit, niſi actus ad eum proportionem habeat. „ Omne „ enim, *inquit*, 1. 2. qu. 7. art. 2. in O. Quod „ ordinatur ad finem, oportet eſſe proportionatum fini; actus autem proportionatur fini ſecundùm commenſurationem quandam quæ fit per debitas circumſtantias.

10. In 4. diſt. 16. qu. 3. art. 1. quæſtiunc. 1. in O. „ Actus noſtri dicuntur morales, ſecundùm quod à ratione ordinantur in finem voluntatis, ex hoc enim habent rationem boni, „ vel mali. Omne quod ordinatur ad finem, „ oportet eſſe proportionatum fini : & ideò „ ratio, quæ actum noſtrum in finem ordinat, „ attendit proportionem actus ad ea, quæ ad „ finem concurrere poſſunt, & iſta commen- „ ſuratio circumſtantia dicitur. Ad 2.

11. Oſtendit autem art. 2. quæſtiune 2. in Q. Defectum ſive peccatum dupliciter contingere poſſe; „ Vel ex eo, *inquit*, quod actus non eſt „ proportionatus fini, ſicut in his, quæ ex ſe „ mala ſunt: vel quia inordinatè refertur in „ finem, ſicut patet in his, quæ malâ inten- „ tione fiunt, etiamſi ex ſe bonum ſit quod „ fit &c. quantitas malitiæ peccati magis con- „ ſideratur ſecundùm relationem inordinatam „ in finem, quam etiam ſecundùm impropor- „ tionem ad finem &c.

§. II.

Communio ſacrilega minimè conducit ad finem proximum à legiſlatore intentum.

DIco II. Effectus Sacramenti Euchariſtiæ à Tridentino ſeſſ. 13. cap. 2. in hunc modum recenſentur.

1. „ Sumi autem *Chriſtus* voluit Sacra- „ mentum hoc tanquam ſpiritualem animarum „ cibum, quo alantur & confortentur viven- „ tes vitâ illius, qui dixit: qui manducat me „ & ipſe vivet propter me: & tanquam anti- „ dotum, quo liberemur à culpis quotidianis, „ & à peccatis mortalibus præſervemur. Si- „ gnus præthereà id eſſe voluit futuræ noſtræ „ gloriæ & perpetuæ felicitatis, adeòque ſym- „ bolum unius illius corporis, cujus ipſe ca-

put

„ put exiſtit, cuique nos tanquam membra, „ arctiſſimâ fidei, ſpei & charitatis connexione „ adſtrictos eſſe voluit, ut id ipſum omnes di- „ ceremus, neque eſſent in nobis ſchiſmata. „ Florentinum in ſuo decreto de Sacramentis ſic habet agens de hoc Sacramento. „ Sequitur „ quod per hoc Sacramentum in ſumentibus di- „ gnè gratia augeatur omnemque effectum, quem „ materialis cibus & potus quoad vitam agunt „ corporalem, hoc idem quo ad vitam ſpiritua- „ lem & hoc Sacramentum operatur. „ Cate- chiſ. de Sacram. in Gen. num. 7. de conſecrat. diſt. 2. cap. 57. Chriſtus panis.

2. Cap. 8. „ Memoreſque tantæ majeſtatis „ & tam eximii amoris Jesu Christi Do- mini noſtri, qui dilectam animam ſuam in no- „ ſtræ ſalutis pretium, & carnem ſuam nobis „ ad manducandum, hæc Sacra Myſteria cor- „ poris & ſanguinis ejus, eâ fidei conſtantiâ „ & firmitate, eâ animi devotione, eâ pietate „ & cultu credant & venerentur, ut panem il- „ lum ſuperſubſtantialem frequenter ſuſcipe- „ re poſſint, & is verè eis ſit animæ vita, & „ perpetua ſanitas mentis cujus vigore confor- „ tati, ex hujus miſeræ peregrinationis itinere „ ad cœleſtem patriam pervenire valeant &c. „ Idem refert Catechiſmus de Sacram. in Gen. num. 12. „ Tum Euchariſtia, quâ tanquam „ cibo verè cœleſti ſpiritus noſter alitur & „ ſuſtinetur &c. tit. de Euchariſt. num. 54. „ ut cœleſte animæ noſtræ alimentum eſſet, „ quo vitam ſpiritualem tueri & conſerva- „ re poſſemus. „ S. Thom. in 4. diſtinct. 9. quæſt. 1. art. 1. quæſtiunc. 3. in O. & art. 2. Trid. ſeſſ. 13.

quæſtiunc.

quæſtiunc. 1. ad 2. & 3. part. quæſt. 74. art. 1. in O. & qu. 79. art. 5. 6. in O. Quibus ſuppoſitis.

3. Dico III. Communio ſacrilega non conducit in ratione cultus. De quo Trident. cap. 5. & 6. ſeſſ. cit. Quia per eam non exhibetur legitimus & Deo debitus, ſed è contrà magnum peccatum & ſacrilegium committitur. Ut ex Apoſtolo & Tridentino ſuprà ſect. 1. §. 3. vidimus. Illam S. Thomas 3. part. quæſt. 80. art. 5. comparat actioni eorum qui Chriſtum crucifixerunt. Et ad ſecundum ex Hieronymo oſculo Judæ. Idem ſimiliter habet & ipſe Beda apud eundem in commentario ſuper Luc. 17. „Veh homini illi, qui ad men„ſam Domini accedens in exemplum Judę fi„lium hominis tradit, non quidem Judæis, „ſed peccatoribus membris ſuis.

Auguſtinus ſerm. 67. de temp. ità invehitur in ſacrilegos alioſque peccatores. „Cur „habitaculum quod mihi in te ſacraveram, „luxurię ſordibus polluiſti: cur corpus meum „illecebrarum turpitudine maculaſti? cur me „graviore criminum tuorum cruce, quam illâ „in quâ quondam pependeram, afflixiſti?„ Alia loca habentur ſect. 1. §. 3. num. 4. & §. penult.

Denique S. Thom. art. 5. jam cit. ad 2. dicit fideles cum conſcientiâ peccati Sacramentum hoc ſumentes ipſum contemnere. Art. 4. falſitatis crimen committere. Ergò ſacrilega communio non conducit ad cultum Dei.

4. Dico IV. Non conducit in ratione cibi. Quod ex iiſdem probatur oraculis

culis, deinde.

PROBATUR I. *Nam judicium ſibi manducat & bibit, non di-udicans corpus Domini* ex Apoſtolo ſuprà. Mortem & condemnationem ex Trident. ſeſſ. 13. can. 11. Catechiſm. num. 42. tit. de Euchariſt.

5. Probatur II. Ex eodem Catechiſ. n. 40. tit. eodem. „Conſtat enim, *ait*, quemadmodum „mortuis corporibus naturale alimentum nihil „prodeſt, ità etiam animæ quæ ſpiritu non „vivit, Sacra Myſteria non prodeſſe, ac propterea panis ac vini ſpeciem habent, ut ſigni„ficetur, non quidem revocandæ ad vitam „animæ ſed in vitâ conſervandæ cauſâ inſtitu„ta eſſe: Verùm hoc ideò dictum eſt, quo„niam prima etiam gratia (quâ omnes præ„ditos eſſe oportet antequam ſacram Eu„chariſtiam contingere audeant, ne judi„cium ſibi manducent & bibant) nemini tri„buitur &c.

Num 42. ſic proſequitur. „Cibi qui ore „accepti, in ſtomachum benè affectum illa„buntur, corpora alunt & ſuſtentant; qui „verò in ſtomachum vitioſis humoribus ple„num infundi ſolent, graves morbos effi„ciunt

6. Hoc ipſum anteà docuerat S. Thom. 3. part. qu. 79. art. 3. „Non debet, *inquit*, pec„cator, ſpirituale nutrimentum ſuſcipere, „quod non eſt niſi viventis. Ad 2. homo ſu„mit in ſe Chriſtum per modum ſpiritualis „nutrimenti, quod non competit mortuo in „peccatis. Ad Hannibald. lib. 4. diſt. 12. art. 4. in O. & ad 2. ſicut alimentum naturale ſe

habet

habet vitam naturalem, ſic ſpirituale ad ſpiritualem. Alimentum verò naturale prodeſt viventi non mortuo. Item in 4. diſt. 9. q. 1. art. 3. quæſtiunc. 1. in O.

7. His ità poſitis ſic ratiocinamur: ſi quis tali modo cibum ſumeret, ut ei nullo modo prodeſſet, ſed è contrà valdè obeſſet, non ſatisfaceret præcepto de cibo ſumendo & de ſe conſervando: ergò ſimiliter qui ità ſumit hunc cibum, ut ſe non nutriat aut conforret ſed ſeipſum occidat ſpiritualiter, non ſatifacit præcepto de ſe conſervando in vitâ ſupernaturali.

Probatur conſequentia I. Non enim minus eſt neceſſarius cibus hic ad vitam ſpiritualem quam materialis ad corporalem ut docet Catech. num. 46. ,, Quarè, *ait*, Parochi ,, partes erunt, fideles crebrò adhortari, ut ,, quemadmodum corpori in ſingulos dies ali-,, mentum ſubminiſtrare neceſſarium putant; ,, ità etiam quotidie hoc Sacramento alendæ, ,, & nutriendæ animæ curam non abjiciant, ,, nequè enim minùs ſpirituali cibo animam, ,, quam naturali corpus indigere perſpicuum ,, eſt.

8. Probatur II. Ex Auguſtin. idem aſſerente tract. 26. in Joan. ,, Hanc ergò, *ſcili-* ,, *cet vitam*, non habet, qui iſtum panem non ,, manducat, nec iſtum ſanguinem bibit. Nam ,, temporalem vitam ſine illo habere homines ,, poſſunt, æternam verò habere omninò non ,, poſſunt.

Tract. 27. ,, O Domine, magiſter bone, ,, quomodò caro non prodeſt quidquam, cum

,, tu

„ tu dixeris : niſi quis manducaverit carnem
„ meam, & bibit ſanguinem meum, non habebit in ſe vitam? an vita non prodeſt quidquam, & propter quid ſumus, quod ſumus, niſi ut habeamus vitam æternam, quam tuâ carne promittis.

9. PROBATUR III. Ex S. Thom. 3. p. q. 65. art. 1. in O. „ Per nutritionem, *inquit*, quâ conſervatur in homine vita & virtus, & loco hujus in vitâ ſpirituali eſt Euchariſtia. Undè dicitur Joan. 6. niſi manducaveritis &c.„ Quæſt. 79. art. 4. in O. „ Hoc Sacramentum ſumitur ſub ſpecie cibi nutrientis, nutrimentum autem eſt neceſſarium corpori &c.„ Quæſt. 80. art. 11. &c.

10. DICO V. Nec conducit in ratione medecinæ. Præter ea quæ jam diximus & hic applicari poſſunt. **S.Th. 3.p. q. 60. a. 6. in O.**

PROBATUR I. Ex Auguſtino tract. 6. in Joan. „ Certè enim fratres novimus quid accipiamus, utique ſanctum eſt quod accipimus, & nemo dicit non eſſe ſanctum: & quid ait Apoſtolus? qui autem manducat & bibit indignè, judicium ſibi manducat & bibit: non ait quia res illa mala eſt, ſed quia ille malus malè accipiendo ad judicium accipit bonum quod accipit. Num enim mala erat buccella quæ tradita eſt Judæ à Domino? abſit. Medicus non daret venenum: ſalutem medicus dedit, ſed indignè accipiendo ad perniciem accepit, quia non pacatus accepit.

Tract. 26. „ Nonnè, *inquit*, bucella Dominica venenum fuit Judæ?„ Undè ut hoc

caveatur

caveatur ſic ſubjungit. „ Videte ergò fratres, „ panem cœleſtem ſpiritualiter manducate, in„ nocentiam ad altare apportate. Peccata etſi „ ſint quotidiana, vel non ſint mortifera. An„ tequam ad altare accedatis, attendite quod „ dicatis, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & „ nos dimittimus debitoribus noſtris. Si dimit„ tis dimittetur tibi: ſecurus accede, panis eſt „ non venenum. Sed vide ſi dimittis. Nam ſi „ non dimittis, mentiris, & ei mentiris, quem „ non fallis. Mentiri Deo potes, Deum fallere „ non potes.„ Item de conſecrat. diſt. 2. cap. 15. ſi non ſunt ex eodem. Et de verbis Domini cap. 28.

11. PROBATUR II. Ex Catechiſ. num. 40. „ Quare, *ait*, meritò à D. Ambroſio de „ hoc cœleſti Sacramento dictum eſt: iſte panis „ quotidianus ſumitur in remedium quotidia„ næ infirmitatis verùm hæc de iis peccatis in„ telligenda ſunt, quorum ſenſu, & delecta„ tione animus non permovetur.

Item num. 42. „ Fideles intelligant, quem„ admodum ſi optimè affecto & comparato „ animo Euchariſtiam aliquis ſumat, ampliſſi„ mis cœleſtis gratiæ muneribus ornatur: ità „ contrà, ſi imparatus accipiat, non ſolum ni„ hil commodi, ſed maxima etiam incommo„ da, & detrimenta eum accipere.„ Legantur ſequentia.

12. PROBATUR III. Ex S. Thom. in Comment. ſuper 1. Epiſt ad Corinth. 11. verſ. 29. & 2. 2. quæſt. 89. artic. 5. ad 3. „ Mede„ cina, *inquit*, eſt utilis ad ſanandum, & ta„ men quantò eſt virtuoſior, tantò majus

nocumen-

nocumentum inducit, ſi non debitè ſumatur.

Item 3. p. q. 80. art. 4. ad 2. „ Non qualibet medecina competit ſecundùm quemlibet „ ſtatum infirmitatis, nam medecina quæ da„ tur jam liberatis à febre ad confortationem, „ noceret ſi daretur adhuc febricitantibus, ità „ etiam baptiſmus & pœnitentia ſunt quaſi me„ decinæ purgativę quæ dantur ad tollendam „ febrem peccati, hoc autem Sacramentum „ eſt medicina purgativa, quæ non debet dari „ niſi liberatis à febre.

In ſupplem. quæſt. 36. art. 1. ad 3. „ Aliquæ „ medecinæ ſunt quę exigunt robur naturæ, „ aliàs cum periculo mortis aſſumuntur. Et aliæ „ ſunt, quæ debilibus dari poſſunt: ità etiam „ in ſpiritualibus quædam Sacramenta ſunt or„ dinata ad remedium peccati, & talia pecca„ toribus ſunt exhibenda, ſicut baptiſmus & „ pœnitentia, alia verò quæ perfectionem gra„ tiæ conferunt, requirunt hominem per gra„ tiam confortatum.

13. Dico IV & ultimò, non conducit etiam in ratione memoriæ, ſive commemorationis paſſionis Chriſti Domini, nam debet eſſe grata talis memoria.

Probatur I. Ex Epiſtolâ ſynodi Epheſinæ ad Neſtorium. „ Unigeniti filii Dei, hoc „ eſt Jesu Christi mortem, & ex mortuis „ reſurrectionem annuntiantes, ejuſdemque in „ cœlum aſſumptionem profitentes, incruen„ tum in Eccleſiâ Dei cultum obimus.

14. Probatur II. Ex Baſilio apud S. Thom. in ſuo Comment. ſuper Luc. 22.

„ Diſce

„ Diſce autem, *inquit*, quo pacto decet edere „ corpus Chriſti in memoriam, ſcilicet obe- „ dientiæ Chriſti uſque ad mortem, ut qui „ vivunt, non amplius in ſe vivant, ſed in „ eo qui pro eis mortuus eſt & reſurrexit. „ Et in Breviorib. regul. 234. „ Mortem Domi- „ ni annuntiamus cum morimur peccato, vi- „ vimus Chriſto, ſeu cum mundus nobis cru- „ cifixus eſt & nos mundo.

15. Probatur III. Ex Chryſoſtomo apud eundem loco cit. „ Hoc facite in meam „ commemorationem hoc fecit Chriſtus ducens „ nos ad majus amicitię fœdus, ſuamque cha- „ ritatem declarans ergà nos, præſtans non ſo- „ lum videri deſiderantibus, ſed & palpare, & „ comedere & amplecti, & totum affectum „ explere, igitur ut leones flammam ſpirantes, „ ſic ab illâ menſâ diſcedimus, terribiles facti „ Diabolo.

16. Probatur IV. Ex Auguſtino ſerm. 133. de temp. „ Hæc enim virtutum fidelis me- „ moria, quæ intrà ſe continens Chriſtum, „ lædi eum hæreticorum corruptione non pa- „ titur. De quâ memoriâ in Sacramentis Do- „ minus dicit: „ *Quotieſcumque feceritis hæc, in memoriam mei facietis, donec veniam,* „ Quotieſcumque enim Chriſtum loquimur, „ toties eum ſanctiori memoriæ commenda- „ mus.

17. Probatur V. Ex S. Thom. in opuſc. 58. de Venerabili Sacramento altaris cap. 1. „ Me- „ moria ergò ſalvatoris contrà oblivionem eſt „ prima cauſa, ut hoc ſcilicet admoniti, to- „ tam mentem, & omnes ſenſus noſtros quos

„ à Deo avertimus, & cum pravis quandoque „ cogitationibus & delectationibus vagari per- „ miſimus, à noxiis abſtrahentes integraliter „ ad Deum referamus. Hinc dicit, hoc facite „ in meam commemorationem.„ Et 3. part. qu. 66. art. 9. ad 5. qu. 73. art. 3. ad 3. qu. 79. art. 1. in O.

De communione ut ſymbolum eſt Chriſtianorum Deo & Eccleſię reconciliatorum, agetur Paragrapho ultimo.

Ex quibus omnibus ſic concludimus. Per communionem ſacrilegam Deus non colitur, nec grata paſſionis filii ejus memoria recolitur: homo non nutritur, non ſanatur, non confortatur, nec ullum bonum ſibi procurat: ſed è contrà Deus inhonoratur, ingrata crucifixorum filii ejus, ut num. 3. & ſect. 1. §. 3. vidimus, memoria peragitur; contemnitur, graviter offenditur. Homo mortem & condemnationem ſibi accerſit, venenum & pharmacum nocens ſumit, ergò eâ non ſatisfit: cum non ducat, nec diſponat ad finem proximum ab ipſo legiſlatore intentum.

SECTIO QUARTA.

Proponuntur varii caſus ac difficultates.

§. I.

Proponuntur & ſolvuntur objectiones petitæ ab authoritate Sancti Thomæ.

Scriptura Sacra nuſpiã Eccleſiæ poteſtatẽ limitat. Matth. 16. v.19.quodcumq; ligaveris ſuper terram &c. Luc. 10. v. 16. qui vos audit, me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit. Ad Coloſſ. 3. verſ.23. quodcumque facitis &c.

OBJICIES I. S. Thomas 1. 2. qu.100. art. 9. Docet quod modus virtutis non cadat ſub præcepto.

Secundò idem docuit in 2. diſt. 28. art. 3. & in 3. diſt. 36. art. 6. ibi enim vult ſatis eſſe ponere præcepti ſubſtantiam, modumque non cadere ſub præcepto.

Tertiò art. 9. qu. 100. cit. dicit quod legiſlator humanus non poſſit legem ferre de interioribus, quia de iis non poteſt judicare, nec pœnam infligere. Item qu. 91. art. 4. & 2. 2. qu. 104. art. 5.

Quartò art. 10. probat parentes non eſſe honorandos ex charitate vi præcepti de honorandis parentibus.

Quintò in 2. 2. qu. 104. art. 2. ad 1. aſſerit militem muniendo caſtrum ſatisfacere duci id præcipienti, quacumque intentione id faciat.

1. Reſp.

1. Reſp. ad 1. illum eſſe intelligendum, quod non ſit opus ut quis operetur ex habitu virtutis ut explicat in O. Et ad 1. eò quod habitus non ſit res præcepta, ſed finis ejus, ut ibidem & qu. 105. art. 2. ejuſdem partis ad 4. declarat. ,, Intentio, *inquit*, legis erat aſſuefacere homines ſuis præceptis. ,, Non verò eſt intelligendus de modo quo actus dicitur virtuoſus, & ut talis ducit ad finem. Ut docet ad 2. & qu. 96. art 3. ad 2.

Ad Hebr. 13. v. 17. obedite præpoſitis veſtris &c.

S. Tho. in 4. diſt. 18. q. 2. art. 2. quæſtiunc. 1. in foro cōſcientiæ agitur cauſa inter hominem & Deum, in foro autem exterioris judicii, cauſa agitur hominis ad hominem.

2. Ad 2. eum non aliud velle, quam quod non ſit neceſſe ut omnia noſtra opera fiant ex gratiâ aut charitate: quod ex titulis articulorum & toto contextu liquidò conſtat: ſed ſatis eſſe quod ſint de genere bonorum, etſi ab iis non procedant; aliàs qui non honoraret parentes, ut ibidem demonſtrat, ex charitate: præceptum de honorandis parentibus tranſgrederetur, ipſumque non impleret. Prout repetit 1. 2. qu. 100. art. 10. in O. quod tamen utrobique improbat.

Suarez de leg. lib. 4. cap. 12. n. 9. & c. 13.

Per modum ergò, gratiam aut charitatem intelligit; per ſubſtantiam verò operis, actum qui bonus eſt intelligit, ſed qui non ſit neceſſariò ab illis procedens, niſi quis velit per omne opus bonum mereri. Hæc ſunt ejus verba ex diſt. 36. art. 6. in O. ,, Dicimur ad mandata teneri dupliciter. Uno modo, ità quod ,, niſi impleamus hoc ad quod tenemur, ſumus ,, omiſſionis vel tranſgreſſionis rei: & ſecundùm hoc tenemur ſolum ad ſubſtantiam mandati, non ad modum. alio modo ità quod ſi ,, non impleamus id ad quod tenemur non percipimus mandati fructum, & ſic tenemur ad

In 2. diſt. 28. art. 3. utrum homo poſſit implere præcepta ſinè gratiâ.

In 3. diſt. 36. art. 6. utrum modus charitatis ſit in præcepto.

„ ſubſtantiam operis & ad modum, ſine quo „ quantumcumque homo ſubſtantiam operis „ exequatur, ad vitam non perveniet. „ Videatur ad 2. & in aliis utriuſque articuli reſponſionibus. Item 1. 2. qu. 100. art. 10. ad 3. Ubi oſtendit talem modum in quibuſdam actibus eſſe neceſſarium, & in O. Uno modo ſecundùm quod &c. Et 2. 2. q. 44. art. 1. ad 1.

Hanc doctrinam tradit variis in locis, ità ut de ejus mente meritò dubitari nequeat, undè non video quomodò citetur ab adverſæ partis Authoribus. Lib. 2. ad Hannibaldum diſt. 28. art. 3. in O. ità ponit, „ Impletio præceptorum legis poteſt accipi dupliciter, uno modo quantum ad modum faciendi, quem legiſlator intendit, ut ſcilicet ea quæ lex præcepit taliter „ fiant, ut ſint meritoria vitæ æternæ: & ſic „ nullo modo impletio legis ſine gratiâ eſſe po„ teſt. Alio modo poteſt ſumi impletio legis, „ quantùm ad ſubſtantiam facti, quod lege „ imperatur, & ſic ſine gratiâ aliquis poteſt „ ſingula legis præcepta ſervare per liberum ar„ bitrium, ſed non ſubjacet poteſtati liberi ar„ bitrii, ut totaliter legem ſervet, in nullo „ tranſgrediens, vel omittens ſicut non ſubja„ cet libero arbitrio omnia peccata vitare. Alii „ tamen dicunt, quod ſubjacet libero arbitrio „ ſervare omnia præcepta, quantum ad vita„ tionem peccati, ſed non ad meriti gloriæ „ adeptionem. „ Ad 2.

„ Ad tertium rectè homo, *ait*, corripitur, qui „ præcepta non implet, quia poteſt ex libero „ arbitrio ſervare mandata quantum ad ſub„ ſtantiam, neque eſt ſine ejus negligentiâ,

„ quod

„ quod gratiâ caret, per quam poteſt ſervare „ præcepta, etiam quantum ad modum.

Clarius totum demonſtrat 1. 2. qu. 109. art. 4. in O. ubi illud ad incudem revocans ſic habet. „ Impleri mandata contingit dupliciter. „ Uno modo quantum ad ſubſtantiam operum; „ prout ſcilicet homo operatur juſta & fortia, & alia virtutis opera &c. Alio modo „ poſſunt impleri mandata legis non ſolum „ quantum ad ſubſtantiam operis, ſed etiam „ quantum ad modum agendi, ut ſcilicet ex „ charitate fiant.

Similiter loquitur in ſuppl. qu. 12. art. 1. in O. „ Aliquis actus dicitur eſſe actus virtutis dupliciter. Uno modo materialiter. Et ſic quilibet actus, qui malitiam non habet implicitam, vel defectam debitæ circumſtantiæ, „ actus virtutis dici poteſt &c. „ Legatur ſi placet, 2. 2. qu. 10. art. 4. & q. 23. art. 7. ad 1. q. 31. art. 1. ad 1.

3. Ad 3. omiſſis variis reſponſionibus quas adducit Sylvius in illa loca. Dico S. Doctorem eſſe intelligendum de legibus humanis per ordinem ad homines inter ſe. De quibus ſic diſcurrit in 3. diſt. 37. q. 1. a. 2. quæſtiunc. 2. in O. „ Lex civilis dirigit ſuis præceptis hominem in „ ſuis communicationibus, quæ ſunt ad alterum ſecundùm viam politicam, quę quidem „ non poteſt eſſe, niſi hominis ad hominem &c. „ Sed lex divina dirigit nos ſuis præceptis in „ ſpirituali vitâ, ſecundùm quam, ſocietatem „ habemus ad Deum &c.

Iterum lib. 3. contrà Gentiles cap. 115. nu. 1. „ Manifeſtum eſt enim, quod unuſquiſque le-

 „ giſlator

„ giſlator ad ſuum finem principaliter per leges „ homines dirigere intendit: ſicut dux exerci- „ tus ad victoriam, & rector civitatis ad pa- „ cem. Finis autem quem Deus intendit, eſt „ ipſemet Deus: lex igitur divina hominem principaliter in Deum ordinare intendit. „ Videantur ſequentia & cap. 116. & 1. 2. qu. 21. art. 4. ad 3.

Item primâ ſecundæ quæſt. 98. art. 1. in O. „ Eſt autem, *inquit*, ſciendum quod eſt alius „ finis legis humanæ, & alius legis divinæ. Le- „ gis enim humanæ finis, eſt temporalis tran- „ quillitas civitatis; ad quem finem pervenit „ lex cohibendo exteriores actus, quantum ad „ illa mala quæ poſſunt perturbare pacificum „ ſtatum civitatis. Finis legis divinæ eſt perdu- „ cere hominem ad finem felicitatis æternæ, „ qui quidem finis impeditur per quodcumque „ peccatum. Et ideò non ſolum per actus ex- „ teriores ſed etiam per interiores. „ Item qu. 95. art. 3. qu. 96. art. 1. 2. & 3. qu. 108. art. 1. in O. & ad 1. & art. 2. 3.

Ad idem collimat qu. 100. art 2. & 2. 2. qu. 58. art. 9. & 10. Oſtendens virtutem juſtitiæ habere pro materiâ res exteriores, & eam virtutem conſiſtere in medio rei, ſive in quadam proportionis æqualitate rei exterioris ad perſonam exteriorem. Et art. 11. in O. & ad Hannibaldum lib. 2. diſt. 27. art. 2 ad 4. „ Rectitu- „ do, *inquit*, conſtituta in rebus exterioribus „ quæ in judicium veniunt, eſt propria juſti- „ tiæ, ſed rectitudo actus, ſecundùm quod „ regulatur à ratione, eſt communis omnibus „ virtutibus.

Aut

Aut denique eſſe eum fortè intelligendum de actibus merè internis. In noſtro autem caſu actus eſt externus, & Eccleſia Chriſti præceptum determinat. Pro quo videatur ſi placet, Trident. ſeſſ. 21. cap. 2. & Apoſtolus ab eo cit. Item 2. Corinthior. 5. v. 20. Catechiſ. tit. de Euchariſt. num. 47. *Quamvis*, ait, *hæc lex Dei, & Eccleſia authoritate ſancita, ad omnes fideles pertineat.* Num. 46. item S. Thom. 3. part. qu. 80. art. 11. in O. „ Manifeſtum eſt, *ſunt ejus verba*, quod homo tenetur hoc Sacra„mentum ſumere, non ſolùm ex ſtatuto Ec„cleſiæ, ſed ex mandato Domini Luc. 22. hoc „facite in meam commemorationem. „ *Ex ſtatuto autem Eccleſiæ ſunt determinata tempora exequendi Chriſti præceptum.* Pro determinatione variorum legatur 1. 2. qu. 95. art. 2. qu. 108. art. 1. in O. & art. 3. in O. & 2. 2. q. 86. art. 4. in O. & qu. 87. art. 1. ad 2. & qu. 147. art. 3. in O. & ad 1. & 3. part. qu. 80. art. 10. ad 5. & art. 12. & qu. 84. art. 7. ad 1. & 2.

4. Ad 4. fateor hoc verum eſſe, quia ut jam ex parte diximus, charitas non eſt de ratione præcepti aut virtutis de honorandis parentibus, undè honor qui eſt finis ejus proximus, haberi poteſt etiamſi ab eâ non procedat, ut declarat in concluſ. in O. & 2. 2. qu. 23. art. 7. in O. „ Si accipiatur, *inquit*, ſecundùm quod „eſt in ordine ad aliquem finem particularem; „ſic poteſt aliqua virtus dici ſine charitate, in „quantum ordinat ad aliquod particulare bo„num. „ Item ad 1. & qu. 44. art. 6. in O. & qu. 123. art. 7.

5. Ad 5. ſimilis recurrit ſolutio, nam mi-

les verè ponit medium, quo dux finem à ſe intentum aſſequitur, non verò in noſtro caſu. Legatur 1. 2. quæſt. 21. art. 1. ad 2. quæſt. 96. art. 3. ad 2.

§. II.

Solutio & reſponſio ad objectionem de præcepto affirmativo & negativo.

Malè facere & nõ facere in jure æquiparantur. Regul. 64. juris. Quæ contrà jus fiunt, debẽt utique prò infectis haberi.

DIces quarè non ſufficit, ſi dicamus eſſe hic in re duo præcepta, unum affirmativum de communione ſumendâ cui ſatisfiat illam ponendo: alterum verò negativum de eâ non indignè ſumendâ, cui per ſacrilegium contravenitur. Sic enim non multiplicantur peccata, non incurruntur cenſuræ ſi quæ eſſent latæ, nec iteratò opus erit Sacramentum ſumere.

1. Reſp. hoc non poſſe dici: quia illa duo, ut ſect. 1. §. 3. oſtendimus, ſunt inter ſe implexa, ut præceptum de colendo Deo, honorandis parentibus, juvandis pauperibus &c. quæ non poſſunt impleri per actum qui opponatur & deſtruat eorum finem proximum, aut cum non aſſequatur. Prout indicavimus ſect. 3. §. 1. num. 4. & 7. Undè in ordine ad ſatisfaciendum ſeparari non debet unum ab altero. Nego ergò quod aſſumitur, & dico illam diſtinctionem tantùm habere locum dum ità ponitur rei præceptæ ſubſtantia, ut non obſtante modo tali, ea adhuc permaneat bona aut utilis ad finem

finem deſtinatum à præcipiente vel contrahente: non autem dum deſtituta iſto modo ſit planè inutilis & inepta ad eundem finem. Cum in hoc vertatur cardo totiùs præſentis controverſię & difficultatis, illique innitantur omnia tam hactenus dicta quam adhuc dicenda; quamvis non pauca ſuprà attulerimus quibus ſufficienter reſponderi poſſit, tamen hic ex profeſſo illam difficultatem examinare propoſuimus. Pro ejus ergò ampliore intelligentiâ.

2. Notandum 1. ſubſtantiam rei præceptæ pendere ſubindè ab actu interno, aliquandò non dependere. Dependet dum medium eſt indifferens ad diverſos fines. ,, Ut baptiſmus qui poteſt ordinari & ad munditiam corporalem, ,, *inquit*, S. Thom. 3. part. qu. 64. art. 8. in O. ,, & ad ſanitatem corporalem, & ad ludum, & ,, ad alia multa hujuſmodi: & ideò oportet, ,, quod determinetur ad unum', id eſt, *Ad ſacramentalem effectum, per intentionem abluentis.* Et art. 10. Horarum canonicarum lectio, quæ ob ſtudium, curioſitatem, contemptum, aut religionis virtutem fieri poteſt. Solutio vel pecuniæ datio, quæ titulo oneroſo, vel gratuito, vel liberali &c. Ratio horum eſt, quod fines morales, ait S. Thom. 1. 2. qu. 1. art. 3. ad 3. ,, Accidunt rei naturali; & è con- ,, verſo ratio naturalis finis accidit morali. Et ,, ideò nihil prohibet, actus qui ſunt iidem ſe- ,, cundùm ſpeciem naturæ, eſſe diverſos ſecun- ,, dùm ſpeciem moris; & è converſo. Et 2. 2. ,, qu. 32. art. 1. in O. Exteriores actus ad illam ,, virtutem referuntur, ad quam pertinet id

,, quod

„ quod eſt motivum ad agendum hujuſmodi. „
Item in ſuppl. qu. 51. art. 1. ad 3.

3. Notandum 2. in quibuſdam non dependere. Ut in exemplo de milite ſuprà, de ſeminante, architecto &c. qui utiliter operantur, & conſequenter ſatisfaciunt præceptis aut contractui, ponendo ſubſtantiam rei præceptę aut conventæ eo modo extrinſeco quo præcipiens aut contrahens intendit : quacumque tandem intentione & affectu operentur. Ratio eſt evidens : quia præciſo & abſtracto omni actu interno verum eſt quod ſic operando muniat, ſeminet, ædificet & quidem, ut ſupponitur, appoſitè ad finem. Quod dici non poteſt de caſibus notabilis præcedentis. S. Thom. 1. 2. qu. 21. art. 2. ad 2.

4. Notandum 3. modum actus, modum ſivè qualitatem rei, quandoque impedire effectum actus vel rei totaliter, ſubindè tantùm partem, & aliquandò nihil. In exemplo res melius patebit. Peccatum mortale impedit omnem effectum pœnitentiæ, Euchariſtiæ & Extremæ-Unctionis : at baptiſmi ſolùm partem, ſive ſolùm aliquem. Si autem ille circà quem exercetur, & cui quantum eſt ex parte miniſtri & Sacramenti confertur, interius penitus reſiſtat, omnem baptiſmi effectum impediet. Si verò recipiens ſit benè diſpoſitus, & peccatum teneat ſe ex parte ſolius miniſtri, omnem Sacramenti effectum accipiet. In iſtis tamen caſibus poteſt eſſe idem miniſter, idem recipiens ſive paſſum & idem baptiſmus. In primo caſu quantum ad pœnitentiam, Euchariſtiam & Extremam-Unctionem

in nullo, quantum ad baptiſmum ex parte. In ſecundo in nullo. In tertio ex toto ſatisfecit.

5. Notandum quartò iſta omnia applicari poſſe aliis rebus externis. Nam modus, accidens ſivè qualitas, modò totum, modò partem, ſubindè in nullo rem vitiat ut deſtinatam certo fini, ut patet in ſolutionibus, reſtitutionibus, contractibus &c. Si exempl. cauſ. vaſa, aliaque alicujus momenti mobilia commodatò aut furtivè acceperim, ſed bona & integra; ſimiliter ſi merces ut bonas & pretioſas vendiderim, à nemine cenſebor ſatisfeciſſe tradendo corruptas, totas infectas & per meam malitiam nec non per artem magicam redditas planè inutiles, imò & noxias effectas.

Nihilominùs ponam integram rei ſubſtantiam & in caſu ultimo, ut ſuppono, omninò invariatam. Pro ratione ergò vitii ſivè ineptitudinis ad finem: plus, minus, aut nihil ſatisfecero. Idem contingere poteſt in exemplis notabili ſecundo allatis, ut res eſt clara. Videatur ſect. 2. §. 1. num. 19. de hortulano aut ſervo hortum irrigari juſſo. Et 2. 2. quæſt. 77. art. 2. & 3. Prætereà quæ ſuprà ad hæc omnia ſtabilienda adduximus, unum aut alterum locum ex S. Thomâ producemus, quo hoc totum ampliùs confirmetur, & poſtremò ex Innocentio 3.

6. Primus eſt deſumptus ex 2. ſent. diſt. 40. qu. 1. art. 3. in O. Ubi probat actum externum & internum ſe mutuò juvare in ordine ad finem obtinendum, & utrumque ab ipsâ circumſtantiarum commenſuratione bonitatem ac proportionem

tionem accipere. Hæc ſunt ejus verba. „ Actus, „ *inquit*, exterior & actus interior voluntatis, „ hoc modo comparantur ad invicem, quod „ uterque quodammodò eſt alteri bonitatis „ cauſa, & uterque quantum in ſe eſt, quan„ dam bonitatem habet ex circumſtantiarum „ commenſuratione, ſecundùm quam propor„ tionatus eſt ad finem hominis conſequen„ dum. „ Lib. 3. ad Hannibaldum diſt. 29. art. 2. ad 3. declarat fieri poſſe ut per unum eundemque actum aliquis impingat in unum præceptum & tamen alteri faciat ſatis: Propterea quod finem unius ſed non alterius fuerit conſecutus. „ Ille, *inquit*, qui impendit quod de„ bet alicui ſine affectu, quamvis non ſit reus „ præcepti, quod eſt de actu juſtitiç, eſt tamen „ reus præcepti, quod eſt de actu charitatis. „ Si ratio ab eo petatur? reſpondebit hoc ideò eſſe, quià „ Nihil prohibet unum & eundem actum, „ habere bonitatem ex unâ circumſtantiâ, & „ malitiam ex alterâ. „ Lib. 2. diſt. 38. art. 4. ad 3. Videatur ſect. 2. §. 1. num. 13. 14. & 15. imò & totum quod ibi habetur. Et 1. 2. q. 18. art. 4. ad 3. & 2. 2. q. 99. art. 2. ad 3.

7. Secundus habetur in 3. diſt. 36. art. 6. in O. Fusè probat ibidem poſſe ſatisfieri præcepto de honorandis parentibus, tametſi quis non exiſtat in gratiâ: quià aliud eſt nos debere Deo impendere ſervitutem, & in eum benè affici: & aliud honorem deferre parentibus, ideoquè unum haberi poteſt, etſi ſecundùm non ſubſiſtat: aliàs quicumquè parentibus perfectè obediret eoſquè in omnibus honoraret, ſed in peccato manens, reus atquè tranſgreſſor eſſet

præcepti

præcepti de honorandis parentibus, quod tamen falſum eſt. Ubi apertè ſupponit eum præcepti tranſgreſſorem habendum eſſe, dùm non ponit modum quo actus finem præcepti reſpicit & ſinè quo finis obtineri nequit.,, Si modus *charitas* eſt de ſubſtantiâ præcepti, *redundat magnoperè in ſubſtantiam rei præceptæ*, ſimul ,, currit obligatio ad actum & ad modum &c. ,, Sed hoc non poteſt ſtare, quià aliquis in pec- ,, cato mortali exiſtens, in quolibet actu de ge- ,, nere bonorum, quo præceptum impleret ,, quoad ſubſtantiam operis, peccaret peccato ,, omiſſionis; in quantùm omitteret modum: ,, *charitatem* quod falſum eſt &c.,, Lib. 2. ad Hannibald. diſt. 28. art. 3. ad 2.

8. Tertius eſt in ſuppl. qu. 14. art. 3 ad 3. in eo oſtendit ſatisfactionem, quæ nullum in ſatisfaciente poſuit effectum, eſſe iterandam. Hoc eſt quod directè intendimus pro noſtrâ difficultate; Euchariſtia enim, ut ſect. 3. §. 2. viſum eſt, nullum habere poteſt effectum in eo qui ad eam fictus & in peccato accedit, ergò ſimiliter eſt repetenda ad præcepto ſatisfaciendum. Hæc ſunt verba S. Doctoris. ,, Aliquæ ,, ſatisfactiones ſunt ex quibus manet aliquis ,, effectus in ſatisfacientibus, etiam poſtquam ,, actus tranſiit, ſicut ex jejunio manet corporis ,, debilitatio; & ex eleëmoſinarum largitione, ,, ſubſtantiæ diminutio: & ſic de ſimilibus: & ,, tales ſatisfactiones in peccatis factę non oportet ut iterentur, quià quantum ad hoc quod ,, de eis manet, per pœnitentiam Deo acceptę ,, ſunt. Satisfactiones autem quęnon relinquunt ,, aliquem effectum in ſatisfaciente, poſtquam

In 4. diſt. 15. qu. 1. art. 3. quæſtiunc. 3. ad 2. & 3.

„ actus tranſiit, oportet ut iterentur, ſicut „ orationes & alia hujuſmodi. Actus autem in- „ terior nullo modo vivificatur, ſed oportet ut „ iteretur.„ Idem repetit lib. 4. ad Hannibald. diſt. 15. art. 2. in O. „ Satisfactio non eſt ſuffi- „ ciens, niſi prout eſt Deo accepta, accepta au- „ tem non eſt niſi per gratiam: ideò ut ſit ſuffi- „ ciens ſatisfactio, oportet quod ſit informata „ gratiâ &c. Ad 4. Quædam verò ſunt in qui- „ bus non manet aliquid hujuſmodi, & ideò „ ſunt totaliter iteranda.

9. Quartus habetur in 4. diſt. 23. q. 1. art. 2. quæſtiunc. 1. docet eo in loco „ Quodlibet Sa- „ mentum eſſe inſtitutum ad unum effectum; „ quamvis & alios ex conſequenti inducere poſ- „ ſit, quià Sacramentum efficit quod figurat: „ ideò ex ipsâ ſignificatione Sacramenti debet „ accipi ejus principalis effectus.„ Et diſt. 6. qu. 2. art 1. quæſtiunc. 1. ad 2. „ Quod quam- „ vis gratia ſit dignior effectus baptiſmi, quam „ character, & ſit quodammodò principalis, *Non tamen eſt ità proprius effectus ejus & in hoc non ità principalis*: quia gratia amiſſa per alia Sacra- „ menta recuperari poteſt, *& ideò* non oportet, „ quod ad ipſam recuperandam iteretur baptiſ- „ mus.„ Ex his ſic arguo: Sacramentum Euchari- ſtiæ habet aliquem effectum proprium ut ex Trid. ſect. 3. §. 2. n. 1. vidimus; ſed effectus proprius cujuſlibet Sacramenti debet haberi neceſſariò ab eodem Sacramento, & ſi non ſit inductus effectus repetendum eſt illud Sacramentum, ergò repe- tenda eſt Sacramenti ſumptio, quandò Euchari- ſtia ſuum proprium, imò nullum ſortita eſt effe- ctum. Videatur num. 7. & ſequent. §. jam cit.

10. Et

10. Et poſtremò probatur idem ex Innocentio Tertio lib. 3. decret. tit. 42. de baptiſmo cap. 3. Majores. Decidit ibi Pontifex baptiſmum, qui nullum effectum ne quidem characterem induxit, neceſſariò eſſe iterandum. Cito aliquot verba. „ Utrum dormientibus & amentibus Sacramenti ſaltem character imprimatur; ut ab ægritudine liberati non ſint denuò baptizandi &c. Ille qui nunquam conſentit, ſed penitus contradicit, nec rem, nec characterem ſuſcipit Sacramenti &c. „ Gloſſa verò ſic habet. „ Non ſuſcipiunt, ſed quod ſi excitati à ſomno ratum habeant, non prodeſt; *Quià nihil recipit: & ideò non eſt quod ratum habeat, ſed iterum baptizetur.* „ Ratio repetendi baptiſmi, quæ in eo canone & ejus Gloſsâ profertur, hæc eſt unica: quia ex tali baptiſmo nihil effectum & nihil receptum eſt in baptizando, ergò ſimiliter cauſa repetendæ ſumptionis Sacramenti Euchariſtiæ eſt, quia per talem communionem nihil effectum & receptum eſt in animâ ſumentis. Et ideò non eſt quod talem communionem ratam habeat, ſed iterùm communicet.

Tunc ergò characterē ſacramentalis imprimit operatio, cum obicē voluntatis contrariæ nō invenit obſiſtentem &c.

11. Ex dictis remanet firmum ſolidumquè fundamentum noſtrum hactenus jactum, ut per ipſum facillimo negotio diluantur objectiones fieri ab Adverſariis ſolitæ; cum è contrà ipſi tot ferè adſtruant formentquè regulas, quot placita libuerit propugnare. Maneamus ergò in eo, dicamuſquè I. cum S. Tho. quod „ Ex circumſtantiis „ dicitur actus bonus, ſecundùm quod circum„ ſtantiæ faciunt actum proportionatum ad fi„ nem debitum, & ideò principaliter bonitas „ actus ex fine pendet. „ In 2. diſt. 38. q. 1. a. 5. ad 4.

12. Aſſe-

12. Aſſeramus prætereà cum eodem in corp. ejuſdem articuli: quod ideò fruſtrà laborant „ Qui per malos actus, bonos fines conſequi „ intendunt, quod quærunt ſortiri finem in- „ convenienti modo. Sicut enim non quælibet „ materia eſt diſpoſita ad quamlibet formam, „ nec quodlibet inſtrumentum ad quemlibet „ effectum, nec quodlibet medium ad quamli- „ bet concluſionem, ità nec quilibet actus ad „ quemlibet finem.

13. Teneamus 3. cum illo non eſſe ſatis ad ſatisfaciendum præceptò affirmativò regulariter loquendo, ponere actum externum cum libertate & advertentiâ: cum illa duo tantum, finem plerumque nec aſſequantur nec aſſequi poſſint, & ob id quòd ſub eo reſpectu ſolo non ſint actus virtutis. „ Præcepta *enim* affirmativa præci- „ piunt aliquem actum bonum: bonum autem „ conſurgit ex diverſis coadunatis ad perfectio „ nem ſuam, quod eſt ex unâ & totâ causâ ut di- „ cit Dion. *Et ideò hoc ipſo quo aliquis actus bonus præcipitur, omnes conditiones implicantur, quæ ad bonitatem requiruntur.* „ Et ideò præcepta „ affirmativa non fuerunt diſtincta circà idem „ genus per præceptum operis & cordis. Pecca- „ tum autem quod præcepto negativo prohi- „ betur, contigit omnifariam ex ſingularibus „ defectibus. „ In 3. diſt. 40. q. 1. art 1. ad 2. & in O. ad Hannibald. lib. 2. diſt. 40 art. 1. ad 2. & a. 2. ad 3. & 1. 2. q. 4. art. 4. in O. & ad 3 q. 7. art. 2. in O. q. 21. art. 2. ad 2. q. 95. art. 3. in O.

14. Dicamus 4. quod ſi finis poſſet obtineri abſque actu interno, quod homo tunc certo ſenſu ſatisfaceret & ob id ad eum actum repe-

tendum

rendum minimè teneretur. Ut patet in baptizatis in infantiâ, qui adulti non rebaptizantur. Item in baptizatis in amentiâ, furiâ, ſomno; modò id priùs ſui compotes poſtularint. Idem de reſtitutione factâ per tertium inſcio fure & Domino. 3. Part. qu. 68. art. 9. & 12.

15. Dicamus 5. quod ſi martyrium (idem eſſe debet de aliis exemplis) induceret omnem effectum quem ponit baptiſmus, non eſſet amplius opus baptiſmo aquæ. Ex quo perſpicuum evadit, actum ipſum non aliter conſiderari, mediumquè non aliter præcipi, niſi quatenus per ipſum legiſlator finem à ſe intentum conſequitur. Sic ſentit Angelicus Doctor in cap. 6. ad Hebr. lect. 1. „Iſtud, *inquit*, baptiſma „*Martyrium* habet totum effectum baptiſmi, „quantum ad hoc, quod purgat omnem culpam & pœnam peccati, non tamen imprimit „characterem aliquem. *Et ideò* ſi recipiens „martyrium ſinè baptiſmo aquæ reſurgeret eſſet „baptizandus. Pœnitentia dicitur baptiſmus, „*in quantum* ſupplet vicem baptiſmi. Et quia „non licet iterari, *ideò* inſtituta eſt pœnitentia.

Clarius loquitur ad Hannibald. lib. 4. diſt. 4. art 4. in O. „Sciendum, *ait*, quod quamvis prædicta duo, *Baptiſmus ſanguinis & flaminis in adultis* ſuppleant vicem baptiſmi, „quantum ad ultimum effectum, qui eſt gratiæ „infuſio & culpæ remiſſio, non tamen quantum ad primum, qui eſt characteris impreſſio, *aliàs contritus non indigeret baptiſmum ſuſcipere.* In 4. diſt. 6. q. 1. art. 1. quæſtiunc. 3. diſt. 26. q. 1. art. 3. ad 6. in ſuppl. q. 8. art. 2. ad 3.

Fruſtrà ergò ſe torquent Adverſarii in diſquirendis aliis principiis quibus ſua fulciant. Hoc unicum eſt ſufficiens & unicè neceſſarium, actum videlicet debere eſſe proportionatum fini ab ipſo legiſlatore intento. „ Nam finis, & „ id quod eſt ad finem, in quantum hujuſmodi „ conſideratum, non ſunt diverſa objecta, ſed „ unum objectum, in quo finis ſicut formale „ eſt quaſi ratio quædam volendi, ſed id quod „ eſt ad finem, ſicut materiale: ſicut etiam lu„ men & color ſunt unum objectum. „ In 2. diſt. 38. qu. 1. art. 4. ad 1 & 3. & art. 1. ad 4. diſt. 40. qu. 1. art. 1. in O. In 3. diſt. 38. qu. 1. art. 1. ad 4. ad Hannibald. lib. 2. diſt. 37. art. 2. ad 2. diſt. 40. art 1. ad 2. & 1. 2. qu. 20. art. 6. in concl. & O. Videatur ſect. 2. §. 1. num. 12. & ſequent.

16. Dicamus 6. illum præcepto ſatisfeciſſe cenſendum non eſſe, qui verba præcepti ſervat ſed non finem. Neque id mirum videri debet, cum nemo ſit qui vellet aut crederet per ſimilem agendi modum ſibi eſſe ſatisfactum: proptereà quod illicò ſint plurimi caſus ſeſe oblaturi, in quibus incongruitas atque regulæ abſurditas apparebit.

Matth. 7. Verſ. 12. Si verò nolimus nec credamus nobis ſic obtemperari noſtriſquè mandatis ſatisfieri; ſed potiùs ea contemni noſquè irrideri, eſtnè rationi atquè æquitati naturali conſentaneum id de divinis ac Eccleſiaſticis præceptis perſuaſum habere? tam fortiter reclamantibus Scripturis Sacris, Conciliis, Sanctis Patribus.

Diſtinctionem ab Adverſariis adferri ſolitam non patiuntur plurima ſcripturæ loca aſſerentia

rentia eos qui Deum offendunt in viis ejus non ambulare 1. Reg. 8. v. 3. 5. & 4. Reg. 21. v. 22. Pſal. 88. v. 31. Jerem. 6. v. 16. 19. 20. cap. 44. v. 10. 23. &c. nullum in iſtis omnibus diſtinctionis allatæ veſtigium conſpicitur.

Neque patiuntur ea quæ ſect. 2. § 1. Attulimus, perque Deus ſacerdotes alioſvè commonefacit quod ſacrificia offerrent fruſtrà, quod ritus ac feſtivitates eorum odiſſet, à ſe projiceret, non reſpiceret, nequè ſuſciperet. Si enim ii quo ad ſubſtantiam ſatisfecerant, Deus debuit ea quo ad hoc reſpicere; ſicut debitor ſuo creditori mille aureos probatæ monetæ ipſi debitos perſolvens, ſed modo planè tetrico & injurioſo, non dicitur ſolvere fruſtrà; nequè dicitur creditor eos non reſpexiſſe, aut à ſe projeciſſe, ſi eos acceperit acceptaveritquè, etſi ob eum ſolvendi modum graviter offenſus. Ità ſimiliter ratiocinari deberemus de Deo. Plus ergò voluit, ut ſatis verba præſeferunt, & exemplum de duce ab eo allatum cui indigna offeruntur, evincit.

17. Plus eum voluiſſe ſatis etiam oſtendunt Sancti Patres ibidem citati. Solummodò addam hæc verba ex Chryſoſtomo homil 18. in Geneſ. huc uſquè reſervata; ad propoſitum, ut opinor, non parum facientia. „ Num homini, *agit de Cain ejuſquè muneribus*, ſacrificium obtuliſti, qui falli poſſit? ignoras quod mihi „ non eſt opus ut aliquid offeratur, ſed ſanam „ offerentium mentem volo, quarè concidit „ vultus tuus? &c. idcircò non potuerunt eſſe Pſal. 49.
„ accepta munera tua: nam nihil diſtare exiſti- „ mans, rejectanea fecit, quæ à te oblata ſunt,

In 2. diſt. 38. qu. 1. a. 5. in O. ,, ſic fratris tui animus, qui rectus fuit, & dignum in diſcernendo ſtudium habuit, accepta ,, illius dona fecit. Eſtnè putes, inquit, licet ,, tuum averſatus ſim ſacrificium ob pravam ,, mentem, fratriſque oblationem acceptam ha- ,, buerim ob ſanam intentionem &c.

Deniquè illam Adverſariorum regulam, eorumquè circà præcepta obſervanda diſtinctionem deſtruit S. Thomas 2. 2. qu. 33. art. 2. in O. cit. ſect. 3. §. 1. num. 4. ,, Actus virtu- 2. 2. q. 21. a. 1. in O. art. 4. ad 1. ,, tum, *inquit*, non quolibet modo fieri debent, ,, ſed obſervatis debitis circumſtantiis &c. & ,, quià diſpoſitio eorum, quæ ſunt ad finem, ,, attenditur ſecundum rationem finis: in iſtis ,, circumſtantiis virtuoſi actus *Præcipuè attendenda eſt ratio finis.* Si ergò ſit aliqua talis ,, omiſſio alicujus circumſtantiæ circà virtuo- ,, ſum actum, quæ totaliter tollat bonum vir- ,, tutis, *Hic actus contrariatur præcepto.* En regula ei quam impugnamus è diametro oppoſita, ab eo procedens, quem Deus mirâ eruditione clarificavit ſanctîquè operatione fecundavit, cujus doctrinam precatur Eccleſia intellectu conſpicere, & quæ egit imitatione complere. Ipſum ſequi oportet juxtà conſilium quod dat Auguſtinus lib. de ſalutaribus documentis cap. 6. amici tibi ſint multi, conſiliarius autem unus.

APPEN-

APPENDIX PRIMA.

Fundamenta ac Adverſariorum quorumdam rationes examinantur.

HUic opuſculo plenius me ſatisfacturum judicavi, ſi non ſolum ea proferrem quæ pro noſtrâ aſſertione ſtabiliendâ facere videntur; ſed inſuper ſi rationes partis adverſæ ac ejus fundamenta in medium adducerem, eoquè fine ut lector viſis auditiſquè in utramquè partem allegatis & probatis; judicium certius ac promptius eliciat de cauſæ merito. Oppoſita enim juxtà commune axioma contrà ſe poſita melius eluceſcunt. Illi ergò authores·

Docent 1. Præcepta alia, tum Sacramentorum, tum in aliis materiis impleri poſſe per actum peccaminoſum.

Docent 2. Quod lex præcipiens actum, præcipit & ſubſtantiam ejus, non autem modum: niſi modus ſit ſubſtantialis actui ſecundùm ſe, vel prout ſub legem cadit.

Docent 3. Devotionem internam eſſe de ſubſtantiâ orationis canonicalis ex cap. dolentes de celebrat. miſſar. Similiter dilectionem Dei ſuper omnia eſſe modum intrinſecum charitatis Dei.

Docent 4. Suſcipere Sacramentum cum de-

 bita

bitâ diſpoſitione non eſſe modum intrinſecum communioni ſacramentali ut ſic, nam licet quis indignè communicet, tamen revera ſacramentaliter communicat, dummodò voluntariè & ſcienter Sacramentum ſumat.

Docent 5. Voluntatem ſumendi Sacramentum eſſe de eſſentiâ ſacramentalis ſumptionis; hæc autem eſt quæ ab Eccleſiâ præcipitur, non autem ſumptio etiam ſpiritualis: quia hæc potiùs pertinet ad effectum Sacramenti, qui conſequitur actum præcepti, quam ad ipſum actum ſumendi qui præcipitur.

Docent 6. Quod etſi effectus ille pendeat aliquo modo ex actu ipſius hominis, tamen ille actus eſt merè interior & non eſt de intrinſecâ ratione ipſius ſumptionis Sacramenti prout actus humanus eſt, & ideò non comprehenditur ſub præcepto ipſius.

Docent 7. Quod talis actus non eſt expreſſus verbis legis eò quod ea verba ex Concilio Lateranenſi cap. omnis utriuſquè ſexus ſuſcipiat reverenter, ad minus in Paſcha, Euchariſtię Sacramentum &c. non ſatis ſint ad inducendam hanc ſpecialem obligationem.

Docent 8. Quod illa cum ſit valdè difficilis, debuiſſet clarius exprimi. Undè probabile ipſis eſt hanc particulam *Reverenter* non eſſe additam ad aliquid ſpecialiter præcipiendum, ſed tantum ad exprimendum actum cum conditione ſibi debitâ ex naturâ ſuâ.

Docent 9. Non eſſe inconveniens ſi illa particula explicetur de reverentiâ exteriori, de quâ Eccleſia poteſt judicare. Vel de reverentiâ intrinſecâ, conſiſtente in recognitione ſanctitatis

tatis

tatis hujus Sacramenti, & voluntate recipiendi illud ut rem ſacram & divinam.

Docent 10. Quod præceptum Eccleſiæ ſit determinatio juris divini.

Docent 11. Quod ex fine legis, quandò eſt maximè proprius & principalis, rectè conjectemus ſenſum & intentionem legis & materiam ejus.

Docent 12. Quod ex vi hujus præcepti teneamur communicare in Parochiâ aut alibi ex facultate Parochi.

Docent 13. Quod ſumere Euchariſtiam ut Sacramentum & eandem ſumere in memoriam Chriſti non ſint duo ſed unum, undè utrumquè eſt de ſubſtantiâ præcepti.

Docent 14. Verum eſſe quod per actum peccaminoſum non impleantur omnia divina præcepta, cum aliquod violetur ratione cujus actus ille fiat peccaminoſus.

APPENDIX SECUNDA.

Reſponſio ad fundamenta Adverſariorum.

1. AD 1. Dicimus regulam illam nimis eſſe generalem, nequè ad caſus pleroſquè extendi poſſe, niſi velimus patrocinari fraudibus innumeris, contractibuſquè ſubdolis & injuſtis cum maximo totius humanæ ſocietatis detrimento. Quandò & quomodò Sacramentis applicari poſſit? ſuprà num. 4. & 5. ſequ. demonſtratur.

2. Ad 2. Idem reſpondemus dicimuſquè regulam illam nimium probare ut patet ex num. 4. & 5. ſuprà. Illa ergò regula tantum, ut ibi diximus, locum habet dum modus non impedit actum præceptum, quò minùs finem præcipientis ſaltem ex parte conſequatur. Peccatum autem mortale actum ſivè ſumptionem præceptam totaliter præfocat, eamquè prorsùs inutilem reddit ad omnem effectum, ut ſect. 3 §. 2. vidimus.

3. Ad 3. Reſpondemus illa exempla facere contrà Adverſarios. Quod ſic probamus: tam accidit horarum canonicarum recitationi devotio vel indevotio, relatio ad bonum vel malum finem, quam ſumptioni ſacramentali accidit devotio vel indevotio, relatio ad iſtum vel illum finem verb. grat. ad Sacramentum ſervandum ab incendio, profanatione, aut ad ſpiritualem aut corporalem refectionem, ludum, contemptum, ſortilegium &c.

Pſal. 77. verſ. 36. Luc. 8. verſ. 13. Joan. 3. v. 19. & 12. v. 43. Auguſt. lib. 15. de Civit. cap. 7.

4. Similiter accidit Deo quod tali vel tali dilectione diligatur verb. grat. propter finem minùs bonum, verè perfectum, aut propter malum. Deindè tam accidit dilectioni Dei ut ſic, quod ſit virtuoſa aut vitioſa, aut minus perfecta: quam idem accidat ipſi ſumptioni ſacramentali. His ità explicatis facile erit oſtendere hæc exempla eandem ac cætera ſub ire legem. Quod ſic oſtendo.

5. Sicut non eſt ſatis ad ſatisfaciendum præcepto de horis canonicis perſolvendis, eas quomodocumquè voluntariè perſolvere, ſed debet ea recitatio habere conditiones orationis, quatenus oratio actus eſt virtutis religio-

nis, debetquè affici ejus formali ſpecificativo. Ità ſimiliter non eſt ſatis ad ſatisfaciendum præcepto ſumptionis ſacramentalis, qualemcumque ſumptionem cum libertate ponere, ſed debet ea ſumptio habere conditiones veræ perfectæque ſumptionis ut actus eſt virtutis religionis, & conſequenter debet illa ſumptio affici ejus formali ratione ſpecificativâ. A paritate rationis.

6. Eodem modo loquimur de Dei dilectione. Dicendo videlicet non eſſe ſatis ad ſatisfaciendum præcepto de eo diligendo, ſi Deus quomodocumquè diligatur, ſivè non ſufficere quod homo in Deum tendat per quamlibet affectuoſam tendentiam, ſed debet ea tendentia pertingere ad rationem ſpecificam veræ & perfectæ dilectionis.

7. Si ratio vera petatur? non debemus dicere cum Adverſariis hoc ideò eſſe quià amor Dei ſuper omnia eſt de eſſentiâ dilectionis perfectæ, hoc enim non quæritur ſed ab omnibus ut verum ſupponitur. Hoc præcisè quæritur quarè ad ſatisfaciendum præcepto de Deo diligendo neceſſariò requiratur dilectio perfecta ſivè ea quæ Dei amorem ſuper omnia includat? & quarè non ſufficiat alia inferior aut mala; ſicut dicunt de ſumptione ſacramentali aut de aliis actibus præceptis?

8. Recurramus ergò ad Solem angelicum qui hæc involucra diſpellat tenebraſquè, quibus offunditur mens noſtra, diſſipet. Sic ipſe difficultatem ſolvit. „ Cum, *inquit*, præcepta „ dentur de actibus virtutum, hoc modo ali„ quis actus cadit ſub præcepto, ſecundùm „ quod

„ quod eſt actus virtutis, requiritur autem ad „ actum virtutis, non ſolùm quod cadat ſuper „ debitam materiam, ſed etiam quod veſtiatur „ debitis circumſtantiis, quibus ſit proportio „ natus tali materiæ. Deus autem eſt diligen- „ dus ſicut finis ultimus. „ 2. 2. Qu. 44. art. 4. in O. & ad 1. illam regulam tam altè habet infixam ut art. 8. in concl. dicat: „ Ordo cha- „ ritatis, cum pertineat ad rationem virtutis, „ *procul dubio ſub præcepto cadit.* „ Videatur in corp. & ad 1.

9. Similiter ſi interrogetur cur dum homo communicat vel vult communicare, id fieri neceſſariò oporteat cum ſummâ reverentiâ & cautelâ? Reſpondebit „ *ne* aliquid accidat *quod* vergat ad injuriam tanti myſterii. *Vel quià ibi* „ eſt ipſe Chriſtus qui eſt Sanctus Sanctorum, „ *undè* receptaculum ejus debet eſſe ſanctum. „ Quæ reſponſiones coincidunt cum præcedente ex ſecundâ ſecundæ jam cit. 3. part. q. 80. art. 12. in O. in 4. diſt. 9. q. 1. art. 3. quæſtiunc. 1. in O. 2. 2. q. 99. art. 1. 2. & 3.

Dices I. Quarè non poſſet intelligi de impletione præcepti perfectâ & integrâ, ſed non de impletione imperfectâ & partiali?

10. Reſp. hanc diſtinctionem non admittere, cum dicat in terminis eum qui ab eo gradu perfectionis deficit, nullo modo implere præceptum. 2. 2. queſt. 184. art. 3. ad 2. cit. ſect. 3. §. 1. num. 7.

Dices II. Aſſignetur ratio aliqua iſtius aſſertionis?

11. Reſpondebit iterum quià illa proportio ſivè perfectio medii eſt de ratione eſſentiali

præcepti

præcepti. Hæc ſunt ejus verba in O. „ Medicus „ non habet menſuram quantum ſanet, ſed „ quantâ medecinâ vel diætâ utatur ad ſanan- „ dum, *& ſic patet quod perfectio eſſentialiter* „ *conſiſtit in præceptis.* „ Undè juxtà ipſum vel actus habet proportionem ad ſuum finem & conſequenter bonus eſt, vel non habet & conſequenter eſt malus. Prout docet 1. 2. q. 21. art. 1. in O. „ Peccatum *propriè* conſiſtit in actu, qui „ agitur propter finem aliquem, cum non habet „ debitum ordinem ad finem illum. „ Sed oratio ſine devotione, dilectio ſine ſufficienti appretiatione, ſumptio ſacramentalis ſine ſufficienti reverentiâ non habent ſuffi ientem nec debitum ordinem ad ſuum finem ergò in iis propriè conſiſtit peccatum. Si in illis conſiſtat peccatum, ergò in iis non conſiſtit ratio virtutis vel præcepti affirmativi: cum non poſſint reſpectu ejuſdem finis habere proportionem omnimodam & non habere. 1. 2. qu. 20. art. 6. in concl.

In 2. diſt. 40. q. 1. a. 1. in O. quià malum & bonum ſumuntur ſecundùm ordinem ad finem: ideò oportet quod ſint eſſentiales differentiæ in genere moris.

Ad Hannib. lib. 2. diſt. 42. a. 1. in O.

12. Ad 4. ſicut fateri oportet dari aliquam ſumptionem ſpiritualem, quæ Sacramenti effectum conſequitur & quę eſt materia remota & finis præcepti; ità nemo negare poteſt dari aliam ſumptionem ſpiritualem, quę ſe tenet ex parte cauſæ ſubjectivæ ſive materialis, quam præparationem debitam appellamus, per quam homo fit idoneus qui ad hanc menſam accedat. Ea autem eſt de quâ hic movetur quæſtio & de quâ fusè diximus ſect. 1. §. 2. & 3. & de quâ loquitur Trident. ſeſſ. 13. cap. 7. cujus titulus ſic habet. „ De præparatione quę adhibenda „ ut dignè quis ſanctam Euchariſtiam perci- „ piat. „ Cap. verò 8. ſic ponit. „ Tertios porrò

In 4. diſt. 9. q. 1. a. 1. quæſtiunc. 3. ad. 1.

doce-

docuerunt id ſumere ſacramentaliter ſimul & ſpi-„ritualiter: ii autem ſunt, qui ità ſe priùs pro-„bant & inſtruunt, ut veſtem nuptialem indu-„ti, ad divinam hanc menſam accedant.

13. S. Thomas clarè hanc ſpiritualem ſumptionem, tanquam quid Sacramenti effectui prævium, nec non ipſius Sacramenti effectum cauſans agnoſcit 3. part. q. 80. a. 1. in concl. Duo „ſunt, *ait*, manducandi Sacramentum modi, „alter ſacramentalis per quem ſolùm percipi-„tur Sacramentum: alter ſpiritualis per quem „ſuſcipitur effectus Sacramenti.„ In O. ad 2. „Sacramentalis, *inquit*, manducatio quæ pertin-„git ad ſpiritualem, non dividitur contrà ſpi-„tualem, ſed includitur ab eâ.„ Deniquè eo in articulo ſolum eas diſtinguit tanquam perfectum & imperfectum.

14. Ad 5. nullibi, quod ſciam, præcipitur voluntas ſuſcipiendi Sacramentum, ſed bene receptio & quidem devota ipſius Sacramenti præcipitur ut ſect. 1. vidimus. In eâ autem indubiè implicatur illa voluntas, eò quod non poſſit eſſe meritoria, devota & virtutis actus, niſi ſit humana & conſequenter niſi ſupponatur voluntaria. 1. 2. Quæſt. 1. art. 1. quęſt. 21. art. 2. Si tamen contingere poſſit, quod Sacramenti effectus obtineri credatur abſquè actuali & pręſente diſpoſitione, ut creditur fieri reſpectu communionis datæ iis qui ſunt in mortis articulo ſed phreneticis aut in amentiam lapſis, Eccleſia ut tali modo communio concedatur, permittit. Idem concedebat olim infantibus. Videatur Trident. ſeſſ. 21. cap. 4.

Unde totum quod præcipitur, ſemper per

ordinem

ordinem ad aliquem finem præcipitur, ad cujus conſecutionem talia media cum talibus circumſtantiis ſivè potiùs & tales circumſtantiæ, ut ſæpius indicavimus, compræcipiuntur. Sicut dum actio humana præcipitur, ea omnia, quæ ad eam ſic habendam ſunt neceſſariò requiſita compræcipiuntur: ità ſimiliter dùm actio devota & virtuoſa præcipitur, ea omnia, quę ad eam ſic conſtituendam ſunt neceſſaria, compræcipiuntur. Et eò quidem magis, quò illa devotio tam ſignatè & tam expreſſe præcepta declaratur, ut ſect. 1. §. 2. & 3. oſtendimus.

15. Ad 6. Adverſarii ſibi jus ademerunt confugiendi ad hoc Aſylum, cum nobiſcum ſentiant doceantquè prę̨ceptum de communione ſumendâ eſſe divinum; Eccleſiam verò præceptum illud divinum determinare. Nullus dubitat aut dubitare poteſt Deum poſſe, imò & præcipere actus interiores. Prætereà fruſtrà eò recurrunt cum doceant præcepto tum divino tum Eccleſiaſtico ſatisfieri per communionem ſacrilegam, undè fateri debent actus, ut ità loquar, interioritatem non eſſe neceſſariam ad præcepti quoad ſubſtantiam impletionem. Prout revera fatentur. Ut num. 12. & 13. & infrà annotamus.

Redibunt prætereà argumenta facta ſuprà de voluntate ponendi actionem, de intentione & attentione horarum canonicarum, de dilectione Dei quę eſt merè interna. Quibus omnibus non uſuveniet illa ratio, ut res eſt evidens. Non plus ſubſidii accipient, dicendo per ſumptionem ſacrilegam verè Chriſtum ſumi; nam

ſumitur

ſumitur tantum vere veritate imperfectionis & peccati, ſed non verè veritate virtutis. Similiter qui Deum malè diligit, verè etiam in eum tendit & eum diligit; ſed ſolum verè veritate tendentiæ imperfectæ & peccaminoſę. Utrobique tenditur in objectum & quidem vere tenditur, ſed non verè ut oportet, ut duobus verbis oſtendo.

16. Habet dilectio Dei, etiam peccaminoſa, bonitatem in genere entis ſive naturæ, tam benè quam ſumptio ſacramentalis peccaminoſa, ut docent communiter Theologi poſt S. Thomam 1. 2. qu. 79. art. 2. Eſt inſuper voluntaria, humana, ſecundùm ſuam entitatem materialem indifferens ut ſit ſubjectum iſtius vel illius motivi aut finis, boni vel mali: poteſt veſtiri debitis circumſtantiis quibus ſic fiat proportionata ſuæ materiæ, ſivè fiat ſummè appretiativa ſummi boni: ſed tamdiù illis caret, per ſe ſolam tametſi cum libertate & advertentiâ poſitam, non ſatisfaciet homo præcepto de Deô diligendo; ergò ſimiliter tamdiù ſumptio ſacramentalis non fit proportionata ſuæ materiæ, ſive non eſt ſummè appretiativa ſummi ſancti, per ſe ſolam quamvis cum libertate & advertentiâ poſitam non ſatisfaciet homo præcepto de Corporis & ſanguinis Chriſti Sacramento recipiendo. Videatur ſect. 2. §. 1. num. 11. &c. nominatim 15. &c. ubi varia huc pertinentia referuntur. Item num. 2. 3. 6. hujus §. & ſuppl. qu. 48. art. 2.

17. Ad 7. dicimus quod ſicut reverenter poſitum in cap. dolentes de celebrat. miſſar. ſufficit ad inducendam juxtà Adverſarios devotionem

votionem & reverentiam internam ad ſatisfaciendum præcepto de horis canonicis; ità idem reverenter poſitum in cap. Omnis utriuſquè ſexus ex Concil. Lateran. ſufficere etiam debet ad inducendam devotionem & reverentiam internam ad ſatisfaciendum præcepto de communione ſumendâ.

18. Ad 8. non evitatur difficultas replicando illam devotionem eſſe admodùm difficilem & gravem, & conſequenter ad credendam ejus obligationem opus eſſe clariore expreſſione.

Nam 1. difficile etiam eſt admodùm retinere devotionem internam in officio divino & canonico ad multas horas perſæpè duranti, & tamen creditur præcepta per cap. Dolentes, ergò credi etiam debet præcepta devotio in communione ſacramentali nonobſtante ejus difficultate per cap. Omnis utriuſque.

Prætereà nonne ſatis eam clarè expreſſit Apoſtolus, Catechiſmus, ſancti Patres ſect. 1. cit. quid clarius his verbis Tridentini ſeſſ.13. cap.7. ,, Quare communicare volenti revocandum eſt ,, in memoriam ejus *Apoſtoli* præceptum, probet ,, autem ſeipſum homo. Eccleſiaſtica autem ,, conſuetudo declarat eam probationem neceſ- ,, ſariam eſſe, ut nullus ſibi conſcius mortalis ,, peccati, *quantumvis ſibi contritus videatur*, ,, abſquè præmiſsâ ſacramentali confeſſione ad ,, ſacram Euchariſtiam accedere debeat: quod ,, à Chriſtianis omnibus, etiam ab eis ſacerdo- ,, tibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, ,, hæc ſancta ſynodus perpetuò ſervandum eſſe ,, decrevit, modò non deſit illis copia confeſſo- ,, ris. ,, Poteſtnè quid clarius exprimi?

Poſtre-

Poſtremò dicetur cum S. Auguſtino lib. de ſalutaribus documentis cap. 7. „ Præcepta; *ait*, „ namquè ejus nolentibus gravia ſunt, volen- „ tibus levia, ſicut ipſe ait, jugum meum ſuave „ eſt & onus meum leve.

Ad aliud quod ibi dicitur reſpondemus illam explicationem non pati ea quæ ſect. 2. §. 3. diximus: prætereà totum retorquebitur in orationem canonicalem, dilectionem Dei aliavè, in quibus totum præcipitur quod actus exigit ex rei naturâ. Videatur ſect. 3. §. 1.

19 Ad 9. ſuprà diximus num. 15. Adverſarios renuntiaſſe iſti reſponſioni dum admiſerunt eſſe præceptum divinum & Eccleſiam illud per ſuum præceptum determinare. Deindè Tridentinum jam citatum & alia ſect. 1. allata illam reſponſionem reſpuunt. Et meritò cum regnum Dei principaliter conſiſtat in actibus interioribus. Eſſet mirum quod Eccleſia quæ habet claves regni cœlorum non poſſet ea quę maximè ad regnum Dei & novæ legis pertinent, præcipere. Nullus eſt princeps qui non agnoſcat & non præcipiat ea quæ maxime regnum ſuum ſtabiliunt. Cur illud ipſum Eccleſiæ denegare & ex quo capite? ut omittam argumenta de horis canonicis aliaque ſuprà facta. Deindè nullo modo opus eſt ut eò veniamus.

1. 2. Quæſt. 108. art. 2. ad 1.

Reverentia illa interna, quâ quis per fidem agnoſcit rem illam Sacroſanctam, eamquè ut talem ſumit cum advertentiâ inſufficientię ſuæ diſpoſitionis, meo quidem judicio rectius appellaretur ipſummet peccatum & ſacrilegium. Quid enim aliud eſt peccatum & ſacrilegium, quam tendentia hominis improportionata in rem

rem ſacram cum libertate & advertentiâ? Videatur S. Thom. 3. part. qu. 80. art. 5. in O. 1.2. Quæſtion. 99.

20. Ad 10. convenimus in regulâ, ſed diſconvenimus in ejus applicatione, ut aliquoties indicavimus.

21. Ad 11. nulla difficultas pro regulæ acceptatione, ſed habetur aliqua pro ejus applicatione, cùm credamus eam convenire optimè ſubjecto noſtro. Quod ſic probamus Sacramentum hoc eſt cibus: finis proprius & principalis cibi & quidem ex rei naturâ eſt cibare: „ Sumi autem voluit *Chriſtus* Sacramentum hoc „ tanquam ſpiritalem animarum cibum quo „ alantur & confortentur &c. „ *Ly* voluit voluntatem juxtà eoſdem Authores præcipientem indicat, ergò talis actus ſivè ea ſumptio eſt materia legis & ob id de ſubſtantiâ ejus. In 4. diſt. 9. qu. 1. art. 1. quæſtiunc. 3. in O. & 3. part. qu. 79. art. 5. in O. Joan. 6. Trid. ſeſſ. 13. cap. 2. Catech. de Euchar. n. 42.

22. Ad 12. verum eſſe fatemur quod communicare in propriâ Parochiâ ſit de ſubſtantiâ præcepti communionis Paſchalis, ſed tantum juxtà noſtra principia, non autem juxtà aliorum nobis adverſantium. Nam illi volunt eſſe de præcepti ſubſtantiâ ſolummodò id quod eſt quodam modo intrinſecum rei præceptę, locus aut tempus non ſunt talia, ut res eſt certa. Tam benè caro aut alius cibus ſumitur feriâ ſextâ quàm quintâ, in domo alienâ quam propriâ, & tam bonus eſt in genere entis & naturæ: uno verbo cibus non alligatur loco aut tempori, ſed alligatur & dependet à bonâ ſtomachi diſpoſitione.

Præciſam rationem, cur ſit de ſubſtantiâ præ-

cepti dabit S. Thomas ſupplem. qu. 6. art. 3. in O. Præparatio ſive ,, Confeſſio præcipitur, ,, ut cum majori reverentiâ ad Euchariſtiam accedatur: *locus verò* ut Eccleſiæ Rectoribus ſubditi innoteſcant, ne lupus intrà gregem lateat. ,, Juxtà Adverſarios lupus ſemper latebit impunè; juxtà nos non ità, nam illa duo intenduntur & præcipiuntur: quod ſi ſecundum negligatur, peccatur mortaliter & ob id primum non amplius ſubſiſtet, fietquè ex conſequenti cibus ille ad nutritionem ſpiritualem ob obicem prorſus ineptus, quî fiat ut præcepto tum divino tum Eccleſiaſtico divinum determinanti nullo modo ſatisfiat.

23. Ad 13. Reſpondemus quod ſicut ſumere Sacramentum in memoriam & illud ipſum ſumere ut Sacramentum non ſunt duo, ſed unum; ità ſimili modò ſumere Sacramentum ut cibum, & idipſum ſumere ut Sacramentum non ſunt duo, ſed unum: & ideò tam unum eſt de ſubſtantiâ præcepti quam alterum. Vel detur diſparitas.

PROBATUR conſequentia ex Joann. 6. Ubi aliquoties Chriſtus hoc Sacramentum vocat panem, cibum. *Pater meus*, ait, *dat vobis panem de cœlo verum. Panis enim Dei eſt qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo. Ego ſum panis vitæ. Caro mea verè eſt cibus*

PROBATUR etiam ex Tridentino cit. ſect. 3. §. 2. num. 1. id ipſum primo loco referente.

Ad Hannib. lib. 2. diſt. 35. art. 3. Ad ultimum dicimus illam regulam ſtare à nobis. Nulla enim congrua & præciſa ratio adferri poteſt cur ea ſumptio in iis circumſtantiis ſit peccaminoſa, niſi quia non habet debitum

bitum ordinem ad ſuum finem. Ille autem defectus imputatur actui; & utrumquè, hoc eſt, tam actus quam ejus inſufficientia ſivè defectus imputatur agenti. 1. 2. quæſt. 21. art. 2. ad Hannibald. lib. 2. diſt. 41. artic. 4. diſt. 42. art. 1.

Quæret 1. aliquis ad quid in tot difficultates incidere pro hoc negotio, cum utraquè pars in eo conveniat, quod peccaminoſa ſit communio, graviterquè Deo diſpliceat?

Reſp. ut initio hujus §. dictum eſt. Primò nè homo duo peccata committat, unum commiſſionis, & alterum omiſſionis; & quo ad hoc omnia prædicta procedunt, tam de præcepto divino, quam de Eccleſiaſtico. Secundò, ne pœnas, vel cenſuras Eccleſiaſticas incurrat etiamſi contrà hujus præcepti tranſgreſſores latæ ſint.

Quæret 2. an non ſit melius incidere in pœnas medecinales Eccleſiæ quam in æternas Dei ipſius?

Reſpondeo ſic ſenſiſſe Apoſtolum ut videre eſt 1. Corinth. 5. verſ. 5. & 2. cap. 2. verſ. 7. ad Hebr. 10. verſ. 29. 30. & 31. & cap. 12. verſ. 6.

APPENDIX TERTIA.

Compendioſa doctrinæ noſtræ repetitio.

CUm ſummatim, benigne Lector, adverſæ Partis fundamenta ac principia veſtris ſubjecerim oculis, non omninò me perditurum operam exiſtimavi, ſi ſimiliter quæ à nobis hactenus calamo fuſiore producta & extenſa ſunt, in epitomem coarctentur modo quo poſſim clariſſimo: ut ſi quid obſcurius dictum fuerit, aut memoriâ exciderit; totum unico quaſi momento ac oculorum ictu denuò luſtretur, & ſi itâ viſum fuerit cum compendio doctrinæ adverſæ suprà relatæ conferatur. Ut ergò incipiamus.

1. Sect. 1. §. 1. antequam materiam principalem aggrederemur, expedire judicavimus adferre definitionem præcepti tum affirmativi tum negativi. Dein oſtendere utramquè apprimè convenire communioni, ſed diverſimodè ſumptę.

2. §. ſecundo dari præceptum communionis clarè probavimus ex Joan. 6. Concilio Lateranenſi 3. cap. Omnis utriuſquè ſexus. Concilio Tridentino ſeſſ. 13. can. 9. his verbis „ Si „ quis negaverit omnes & ſingulos Chriſti fi„ deles utriuſquè ſexus, cum ad annos diſcre„ tionis pervenerint, teneri ſingulis annis ſal„ tem in Paſchate, ad communicandum, jux„ tà præceptum Sanctæ Matris Eccleſiæ, Ana„ thema ſit,

3. Dari

3. Dari autem præceptum affirmativum, ſivè dari præceptum communionis virtuoſæ, oſtendimus ex quam plurimis Sacræ Scripturæ locis, Concilio Lateran. 3. Tridentino, Catechiſmo, Sanctis Patribus, magnam devotionem ac reverentiam in res ſacras & præcipuè in diviniſſimum hoc Sacramentum expreſsè & diſtrictè poſtulantibus vehementerquè commendantibus.

Poſtremò advertimus præceptum illud eſſe de genere purè affirmativorum, & conſequenter non ſtatim obligare ut facit præceptum de reſtitutione &c. ſed tantum certis temporibus hominem adſtringere ad communicandum. Rationem verò dedimus ex ipſiſmet oraculis ibid. adductis deſumptam, iſtiuſmodi reverentiæ & devotionis obligationem efferentibus & enuntiantibus per rationem affirmativam. Dicendo verb. grat. ideò eſſe tali modo agendum, quià Sancta Sanctè tractanda ſunt, eò quod in hoc Sacramento ſit ſalutis noſtræ pretium, animæ noſtræ cibus, Deus ipſe &c. Sylvius 2. 2. qu. 62. art. 2. & 8. ad 1.

4. §. 3. oſtendimus dari etiam præceptum communionis (videlicet peccaminoſæ) negativum. Ad hoc probandum plurima occurrerunt ex locis & fontibus Theologicis hauſta, quæ ſummoperè nos ab eo facinore deterrent. Solus Apoſtolus abundè ſufficit ad hoc perſuadendum & ad hominem percellendum, tam ſeverè & toties communiones indignas prohibens, nec non pœnas, quæ ſacrilegos manent, tam operoſè denuntians. 1. Cor. 11. v. 27. ad Heb. 6. v. 6. cap. 11. v. 29.

Diximus tamen præceptum illud virtualiter includi atquè imbibi in affirmativo, nequè

opus eſſe ipſum ab illo tanquam quid diſtinctum ſeparare diverſumquè facere. Eò quod illud præceptum ſit ad inſtar ignis vel ſolis lumen & calorem producentis, tenebras ac frigus ſimul depellentis.

In 3. diſt. 40. qu. 1. art. 1. in O. & ad 2.

Nemo enim eſt qui non videat ſtatimquè non intelligat licitum minime eſſe quid attentare contrà id quod lege ſancitum eſt: ut verò rem exemplificem, nonnè illicò convincimur Deum non eſſe odio habendum ſi ſui amorem tantoperè à nobis expoſcat. Nonnè ſtatim fateri cogimur, quod ſi ſui honorem velit, vetet ſui contemptum, ſi proportionem actus ad finem à ſe præſtitutum præcipiat, quod hoc ipſo interdicat improportionem, reiquè præceptæ inutilitatem reſpuat. Eſt ne aliquis qui rem aliter intelligit dum agitur de ſuis præceptis & contractibus? exempl. cauſ. ſi emerit papyrum albam ad ſcribendum, acceptabitnè nigram? & ſic de aliis exemplis.

Malach. 1. v. 8. 13. 14.

5. Sectionis ſecundæ §. 1. conformiter ad jam dicta demonſtravimus litteras ſacras, impias & irreligioſas actiones improbare ac tanquam nullius momenti factas deſpicere. Canones ac Sanctos Patres communiones ſacrilegas velut non communiones declarare, ac taliter communicantes quaſi non communicantes habere ac numerare. Similiter Caïn & Saül ſacrificia rejicere ac reprobare: propterea quod ea omnia etſi in ſpeciem pia eſſent & bona: revera tamen coram oculis Dei talia non haberentur, eò quod eſſent tempore, loco, rebus &c. peracta: in quibus Deus non ſe honoratum aut cultum exiſtimaret, ſed potius ſe

contemni, ſuamquè ſupremam ac Divinam Majeſtatem ſuaquè mandata vilipendi palam declararet. 1. Reg. 13. v. 13. Malach. 1. v. 6.

His ità explicatis ulterius oſtendimus vehementer falli eos, qui ſolâ entitate materiali cum libertate poſitâ, contenti ſunt ad ſatisfaciendum præceptis tum divinis tum Eccleſiaſticis: cum præceptum feratur totumquè afficiat, quod neceſſarium eſt ad dandam actioni proportionem, quâ finem ab ipſo legiſlatore intentum, & quantum eſt ex parte ſuâ efficaciter volitum aſſequatur. Malach. 2. v. 12. c. 2. v. 8.

6. Undè deduximus actionem illam externam eſſe tantùm partem rei præceptæ, niſi ſe ſolâ quid boni efficere poſſit. Præceptum enim actum virtutis poſtulat, reſpectu cujus actio externa pars eſt ſolum ſubjectiva & materialis, bonitas verò eſt pars formalis. Si ergò actio conjungatur & ſubjiceat bono formali? ſit materia virtutis & præcepti affirmativi: ſi autem formali malo? ſit materia vitii ac præcepti negativi, ut ibidem variis exemplis indicavimus. Idem videre eſt in artificialibus ſpecie in iſto genere quodammodò aut accidentaliter differentibus. Lignum verb. grat. ſubſtans figuræ ſedis non eſt materia præcepti aut contractus de feneſtrâ. Qui enim præcipit aut paciſcitur de ſede non paciſcitur de feneſtrâ: etſi operarius potuiſſet idem lignum ſubſternere formæ feneſtræ: tamen quià non fecit juxtà conventionem aut imperium & finem præcipientis, ideò non ſatisfecit. Idem dici debet de aliis ſimilibus exemplis. 1. 2. qu. 72. art. 6. qu. 75. art. 1. 2. 2. q. 77. art. 2. ad 3.

7. Si operarius ille innixus Authoribus, ac

ac diſtinctione modi & ſubſtantiæ, vellet perſiſtere in ſuo contractu, allegando mentalem illam præciſionem ligni à ſuâ figurâ, ferri à ſuâ formâ artificiali à nemine audiretur, nequidem ab Authoribus nobis adverſis: poſſet tamen non ineptè, meo quidem judicio, ſic ratiocinari. Dum aliquis ponit ſubſtantiam rei à Deo aut Eccleſiâ præceptę tametſi modum non ponat, Deo & Eccleſię ſatisfacit, nec tenetur actionem repetere, ergò ſimiliter ſi quis ponat ſubſtantiam rei præceptæ ab homine etſi non modum, homini ſatisfeciſſe cenſendus eſt, nec tenetur ad reincipiendum. *Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſervus ſuper Dominum ſuum. Sufficit diſcipulo ut ſit ſicut magiſter ejus; & ſervo ſicut Dominus ejus.* Matth. 10. verſ. 24. S. Thom. ſuppl qu 51. art. 2. ad 7.

8. Unum in margine notatu dignum poſuimus, videlicet actionem aliquam poſſe reſpectu unius bonam eſſe, & malam reſpectu alterius. Paſſio & mors Chriſti domini, mala & Patri æterno ſummoperè odioſa fuit, quatenus à Crucifixoribus procedebat: bona verò eidemquè Patri accepriſſima per ordinem ad Chriſtum patientem, eam aceptantem & ad Dei gloriam, noſtramquè redemptionem ordinantem. Ideò Chriſtus ſatisfecit non item ejus Crucifixores.

3. Part. qu. 22. art. 2. ad 2. q. 47. art. 4. ad 2.

Si res ad plures uſus ſubſervire poſſit, & ad aliquos tantum in his circumſtantiis proportionem habeat; omnes tamen ſint intenti ac in ſuo medio præcepti? taliter rem adimpleis inadequatè ſatisfaciet. Ut patet in baptiſmo in

peccato mortali accepto. De quo §. ſequente. 2. 2. qu. 77. art. 3. & ſect. 4. §. 2. num. 15.

9. §. 2. Comparavimus communionem ſacrilegam cum confeſſione nullâ & ſacrilegâ, ac probare ſtuduimus tam poſſe confeſſionem eſſe integram quo ad ſe & ſua componentia quam communionem ſacrilegam; ſed, ut ibidem diximus, per confeſſionem nullam & ſacrilegam non ſatisfacit Chriſtianus præcepto Eccleſiæ de confeſſione faciendâ, ergò ſimiliter non ſatisfacit idem Chriſtianus præcepto Dei & Eccleſiæ per communionem nullam & ſacrilegam.

Advertimus deſuper non ſufficienter, ut nobis videtur, occurri difficultati, ſi replicetur quod Summus Pontifex per confeſſionem nullam intellexerit Sacramentum pœnitentiæ, non verò directè ipſam confeſſionem. **Alexander 7. 1665. Septemb. 24.**

10. Hac ratione ad improbandum tale temperamentum inducti fuimus. Scilicet ſi ſubtilitatibus ac effugiis detur locus? cenſura pontificia in fumum evaneſcet. Nam illicò aliquis diverſas ſibi coarcervans opiniones circà hoc Sacramentum concludet confeſſionem nullam & ſacrilegam non condemnatam eſſe nec confixam à ſummo Eccleſiæ Capite: hoc aut ſimili modo arguendo.

Probabile eſt Summum Pontificem directè ſolum condemnare eos qui docebant Chriſtianum per Sacramentum pœnitentię in peccato receptum ſatisfacere præcepto de eo recipiendo: ſed eſt etiam probabile Sacramentum pœnitentiæ quo ad ſe & ſuas partes eſſentiales non eſſe ipſam confeſſionem ſed benè abſolutionem,

nem, ità enim docent Scotiſtæ, ergò eſt probabile quod abſolutio ſacrilega directè ſolùm ſit condemnata ſed non confeſſio nulla. Odia enim ſunt reſtringenda & ſtrictæ interpretationis.

Leg. 42. ff. de pœnis. Reg. 15. & 49. in 6. cauſ. 33. q. 3. de pœnit. diſt. 1. cap. 18. pœnæ.

11. §. 3 Oſtendimus præceptam eſſe ſpecialem devotionem & animi præparationem in eo, qui gravioris alicujus noxæ conſcius extiterit, quantumvis contritus ſibi videatur, ſi ad hoc Sacramentum Euchariſtiæ accedere voluerit. Neque id mirum cuiquam videri debere diximus: cum enim Sacramentum hoc, ſuâ dignitate atque excellentiâ cætera longè antecellat, ideò homo frui eo exoptans, majorem adhibere debet cautelam ac animi pietatem: quam reverentiam & devotionem ſi negligat, ſit graviter Deum offenſurus, & ob id Sacroſanctum cibum illum ad finem ſuum, ipſiuſquè præcipientis prorsùs inutilem, immò & noxium ſit effecturus: & conſequenter per talem ſumptionem ſive communionem præcepto ſibi dato non ſatisfacturus. Rès enim ut ibi diximus, eo modo fieri debet quo vult præcipiens & rei natura poſtulat, & ſi quid curioſius faciendum ſit quià præceptum aut conventum, debet adimpleri ad hoc, ut quis ſuo contractui aut præcepto ſibi dato ſatisfeciſſe cenſeatur.

Trid. ſeſſ. 13. cap. 7. S. Thom. 2. 2. q. 105. art. 2.

12. Sect. 3. §. 1. Plurima ex Sancto Thomâ deſumpta attulimus, quibus oſtenderemus illum conſtanter in eâ perſtitiſſe ſententiâ, ut ab eâ nunquam diſceſſerit: videlicet quod ad ſatisfaciendum præcepto, non ſolum opus ſit actu externo cum libertate poſito, ſed inſuper quod opus ſit illa adhibere omnia quę ad actum

virtutis

virtutis conſtituendum requiruntur, & quibus actus redditur idoneus ac proximè proportionatus ad finem legiſlatoris aut præcipientis aſſequendum: ità ut ſi modum vel circumſtantiam ad eò perveniendum neceſſariam voluntariè ſubditus omiſerit, per talem actum ſit contrariaturus præcepto. 2.2.quæſt. 2. art. 5. in O. & q. 33. art. 2. in O.

Advertit tamen quandoque modum in actu repertum non obſtare quò minùs idem actus finem particularem obtineat, eò quod actus in præſentiâ iſtius modi vel circumſtantiæ, non amittat ſed retineat proportionem ad aliquem effectum bonum producendum, & tunc ille modus non cadit ſub præcepto iſtius virtutis nec eſt de ſubſtantiâ ejus: undè fiat ut nonobſtante illo modo homo ſatisfaciat illi particulari præcepto etſi non omni. Lib. 3. ad Hannib. diſt. 29. art. 2. ad 3.

At enimverò ſi talis modus inficeret totaliter actum, eumque redderet omninò reprobum & ad omnia ineptum, homo per eum actum nullo modo impleret præceptum, ob id quod talis actus totaliter deſineret eſſe bonus & utilis, & conſequenter totaliter deſineret eſſe materia præcepti affirmativi, cum ſub omni reſpectu improportionatus eſſet ad quid boni efficiendum, quod bonum attamen habetur materia iſtiuſmodi præcepti. 2.2. quæſt. 184. art. 3. ad 2.

Poſtremò notat in his omnibus præ oculis ſemper habendam eſſe rationem finis, à quo actus noſtri dicuntur humani & morales, & à quo ſpeciem ſortiuntur, & ob proportionem aut improportionem quam habent aut habere debent ad ipſum; boni vel mali reputantur: tametſi majorem agnoſcat deformitatem in

actu relato in malum finem quam in actu negativè defectuoſo ſivè deſtituto aliquo ad agendum neceſſario. 1.2.qu.21. art. 1. in O. & q.72. art.1.3.& in 4.diſt.16.q.3.a.2.quęſtiunc.2.in O.

1.2.Quęſt. 81.art.1.2. ad 3. & 4. art.3.ad 2. quæſt. 99. art. 3.

13. §. 2. His ità ſuppoſitis, ex Concilio Tridentino ſeſſ. 13. cap. 2. effectus Sacramenti Euchariſtiæ recenſuimus, videlicet quod Sacramenti hujus receptio ſit actus religionis quo Deus colatur ipſiquè inſerviatur: quod Sacramentum hoc ſit cibus ſpiritualis quo animæ alantur & confortentur, ſit antidotum contrà peccata tam venialia quam mortalia, ſit pignus futuræ gloriæ, ac ſymbolum quo ſignificamur connexi, & Chriſto tanquam membra capiti vinculo fidei, ſpei, & charitatis adſtricti.

Deindè ſingulatim monſtravimus nihil iſtorum efficere poſſe communionem ſacrilegam, ſed effectus iſtis prorsùs oppoſitos progignere. Non enim per eam homo Deum colit ipſiquè inſervit; ſed id attentat quod Deus ſummoperè execratur & abominatur.

Nec ex cibo illo divino etiam ſimili modo ſumpto nutritur aut confortatur, aut ſanatur, aut grata mortis & paſſionis Chriſti memoria celebratur, aut aliud bonum procreatur aut ſignificatur: ſed è contrà Deus inhonoratur, deſpicitur: homo verò mortem atquè condemnationem ſibi infert, pharmacum noxium & lethale ſumit, ac infelicem Crucifixorum memoriam celebrat.

Ad Rom. 7.V. 12.

Undè intulimus juxtà hactenus dicta & præcipuè paragraphum præcedentem, Chriſtianum non ſatisfacere præcepto communionis per ſumptionem ſacrilegam, cum effectum nullum intentum à legiſlatore producere valeat.

14. Sect. 4. §. 1. Accuratè, ut credimus, loca omnia quæ ex Doctore Angelico ac ſcholæ magiſtro, reperire potuimus, ſaltem in ſpeciem adverſantia citavimus ac nobis objecimus; ut tota difficultas magis ac magis appareat; & ut unuſquiſquè videat an in eo explicando ſyncerum ac genuinum ſenſum inveſtigemus. Plurimùm enim intereſt in re tanti momenti ac controverſâ, & ubi ſola veritas magno molimine quæritur, eos adire & ab eis veritatem addiſcere, quos divina ſapientia cibavit pane vitæ & intellectus, ac in medio Eccleſiæ aperuit os eorum. Eccli. 15. v. 3. & cap. 29. v. 9.

15. Ad mentem ipſius rectè intelligendam quædam reflexione digna annotavimus.

Et primò quidem quod modus ſumi poſſit pro facilitate ac operandi promptitudine, ſivè pro eò quod eſt actum ab habitu procedere. Talem modum negat in actu neceſſarium ad mandatorum impletionem. 1. 2. quæſt. 100. art. 9. In 2. diſt. 18. quæſt. 1. art. 3. in O. & ad 2. & 3.

16. Secundò quod modus ſumi poſſit pro charitate vel gratiâ, ſivè pro actu ab iiſdem procedente. Talem modum etiam declarat minimè eſſe neceſſarium in iis actibus, qui finem ſuum atque præcipientis aſſequi poſſunt, abſquè eo quod ſint informati gratiâ aut charitate. Verb. grat. ad honorandos parentes, juvandos pauperes, reddendum depoſitum &c. non eſt de neceſſitate ut quis ſit in gratiâ, aut ad id operandum motivo charitatis inducatur, ſed ſatis eſt ſi finem iſtorum ſpecialium præceptorum conſequatur. Non enim omnia omnibus ſtatim conveniunt, aut ab unoquo-

que

que per quemcunque actum exiguntur. Art. 10. in 3. diſt. 36. art. 6. in O.

17. Tertiò modum charitatis vel gratiam requirit, dum præceptum fertur de mediis ſive de actibus ſupernaturalibus, qui abſque illis ſubſiſtere nequeunt nec ad finem intentum pertingere: eò quod tendant in objecta totas naturæ ſibi relictæ vires ſuperantia: quales ſunt actus fidei, ſpei, charitatis, religionis, per quos homo fini ſuo ultimo propiùs conjungitur: quibus omnibus præceptis homo numquam ſatisfaciet ſinè gratiâ aut charitate ad iſtorum fines & objecta proportionem conferente, & ideò de illorum præceptorum ſubſtantiâ exiſtimatâ.

1.2.q.100. art. 10. q. 3. art. 5. q. 62. art. 1. quæſt. 110. art. 3. & 2. 2. quæſt. 2. art. 5.

18. Quartò ad ſciendum & cognoſcendum an quid ſit de ſubſtantiâ alterius, ſolùm reſpiciendum an illud alterum poſſit ſe ſolo ad finem pertingere eumque aſſequi. Si ſic? ergò primum non eſt de ejus ſubſtantiâ per ordinem ad iſtum finem: ſi non poſſit? bene infertur in genere ſcilicet morali quod ſit de ejus ſubſtantiâ. Ille modus complet illam entitatem materialem, eamquè dirigit & ad finem præſtitutum determinat. Videatur 1. 2. quæſt. 71. art. 6. & quæſt. 72. art. 3.

19. Quintò advertimus S. Doctorem poteſtatem in actus internos removiſſe ac denegaſſe legiſlatori humano, ſuas leges ad homines ut inter ſe ſociales ſunt dirigenti ac proponenti. Ratio ejus eſt quod legiſlator humanus ſub eo reſpectu bonum pacis externum atque tranquillitatem ſubditorum communem & politicam intendit: eam autem aſſequi poteſt per actus

Ad Rom. 13. v. 4.

externos

externos virtuoſos à ſe præceptos & per malos externos à ſe prohibitos, tametſi omnes bonos præcipere aut omnes malos prohibere nec expediat, nec id agere lex humana ſoleat. 1. Timoth. 2. v. 2. & 1. 2. qu. 95. art. 1. 3. 4. qu. 96. art. 2. qu. 98. art. 1. in O. qu. 100. art. 2. 5. & 6. in O.

Aug. lib. 1. ad Simplic. q. 2. cap. 4. dando & accipiendo hominum ſocietas connectitur.

Undè non habet idem legiſlator quod directè circà actus ſuorum ſubditorum interiores ſeſe immiſceat, cum ad finem à ſe præſtitutum neque ſint abſolutè neceſſarii, nec ejuſdem ſufficienter violativi vel impeditivi: nam ſicut pax illa publica membrorumque Corporis iſtius inter ſe connexio & œconomia, per actum internum bonum non intelligitur ſatis ſtabilita; ità in eodem foro externo per actum internum malum non intelligitur ſufficienter ſublata, ſed bene concepta, ac in voto aut radice intus pullulans. Læſa verò in actu ſecundo cenſebitur poſtquam actus in lucem editus ſit, & peccatum conſummatum fuerit: ob id quod tunc & jus alterius perfectè violatum fuerit, ac ſcandalum datum: ex quibus orietur membrorum à ſe invicem divulſio, inordinatio, mortiſque generatio ab ipſo legiſlatore, „ Secundum quod „ fungitur publicâ poteſtate „ inferendę, ſi adſint alia juris adminicula. „ In his enim quæ „ pertinent ad publicam poteſtatem, debet in„ formare conſcientiam ſuam ſecundum ea quę „ in publico judicio ſciri poſſunt. „ Ob hæc duo ſuperfluit in actus interiores poteſtas in legiſlatore humano reſpectu ſuorum ſubditorum. 2. 2. qu. 67. art. 2. in O. & ad 4. qu. 66. art. 6. ad 2. qu. 77. art. 1. ad 1.

Luc. 10. v. 37. Jacob. 2. v. 15. 1. Joan. 3. v. 17. 2. 2. q. 34. art. 4.

Jacob. 1. v. 15.

Conformiter ad hæc dicta docent Theologi, neminem teneri ad reſtitutionem ob damnificandi voluntatem, ſi aliud ſubſecutum non ſit, neque etiam puniri quemquam ob actum merè internum, juxtà illud Cogitationis pœnam nemo patitur. Cauſ. 33. qu. 3. diſt. 1. de pœnit. cap. 14. & cap. 17. Hæc autem verba & 18. pœnæ. Cap 20. Cogitatio.

1.Reg.16. 20. Aliò modo haud dubiè ratiocinandum
v.7. de Deo: ipſe enim ſtatim offenditur ejuſque lex
Jerem.17. violatur, per actum quemcumque malum etiam
v.9. Aug.lib.de occultiſſimum ac maximè internum. Propterea
ſalut. do- quod interiora hominis pervadat, in quibus
cum. c.34. peccatum legi ſuę oppoſitum, divinę ſuæ bonitati contrarium atque illius utriuſque deſpe-
1.2.qu.47. ctivum conſpicit. Accedit inſuper quod cum
art.1.ad 1. ſit finis ultimus, totius Univerſi gubernator & rector, ideò omnium omninò legiſlator, occultiſſimorumque ſcrutator ac Judex exiſtit. Non ergò mirum eſt ſi tam actum internum
Matth. 5. v. 28. quam externum prohibeat, judicet, ſupplicio-
1. Joan. 3. que afficiat, cùm coram illo velle mœchari, &
v. 15. reipſa agere, velle occidere & idipſum exequi, eadem reputentur, non item coram humano legiſlatore. Ut eleganter habetur expreſſum
Pſal. 118. cauſ. 2 q 5. cap. 20. Conſuluiſti, „Spontaneâ,
v. 137. „ *ait*, confeſſione vel teſtium approbatione pu-
Ad Rom. „blicata delicta habito præ oculis Dei timore,
2, v. 15. „commiſſa ſunt regimini noſtro judicare, oc-
1. Cor. 4. „culta verò & incognita illi ſunt relinquenda,
v. 5. „qui ſolus novit corda filiorum hominum.„ Cauſ. 22. qu. 5. cap. 11. Humanæ aures. Cauſ. 33 qu 3. diſt. 1. cap. 26. Numquid. 1.2. qu. 21. art. 4. & 2.2. qu. 67 art. 3.

21. Sextò quamvis S. Thomas, ut anteà diximus, legiſlatori humano facultatem ligandi directè ſubditos, quatenus communitatem viſibilem conſlant, & prout ii ad ſe invicem ordinantur, quo ad actus interiores denegare viſus ſit, propter rationes ibidem allatas, aliaſvè ſimiles: eamquè facultatem Deo ſoli, utpotè ipſi propriam, reſervaverit atquè attribuerit; nemo tamen meritò ambigere poteſt, eum docuiſſe ac tenuiſſe, legiſlatorem humanum ſuis ſubditis actus virtutum præcipere poſſe, per quos bonum commune, ad quod lex ordinatur, procuraretur, civeſquè boni & virtuoſi efficerentur. Hoc enim tradit locis non paucis. „ Sicut, „ *inquit*, Principis eſt benè imperare, ſic Sub„ ditorum propria virtus, quæ eos bonos fa„ cit, eſt benè obedire: ad quod lex inducit. „ 1. 2. qu. 92. art. 1. in concl. & O. articulo verò ſecundo ſic ponit. „ Quidam actus ſunt boni „ ex genere, qui ſunt actus virtutum: & reſpe„ ctu horum ponitur legis actus præcipere vel „ imperare: præcipit enim lex omnes actus vir„ tutum. „ Videatur qu. 96. art. 3. in concl. O. & ad 1. ubi occurrit objectioni & diſtinctioni Adverſariorum, eamque improbat. Quæſt. 65. art. 1. qu. 73. art. 7. ad 3. qu. 107. art. 4. in O. quæſt. 108. articul. 1. & 8. & 2. 2. quæſt. 129. art. 1. in O.

Deut. 32. v. 4. Pſalm. 18. v. 8. & 9. Mich. 3. v. 9.

Rom. 2. v. 15. & 12. v. 19.

Aug. ſerm. 49. de temp. eſt enim quædã juſtitia quã homo poteſt implere, ut nullus hominũ quęraturde homine &c. aliquandò cõcupiſcis & non rapis: ſed ſententia Dei ſuprà te eſt.

22. Eandem Doctrinam tradit S. Auguſtinus in epiſtol. ad Rom. propoſ. 72. „ Si quis ergò, „ *inquit*, putat quoniam Chriſtianus eſt, non „ ſibi eſſe vectigal reddendum, aut tributum, „ aut non eſſe exhibendum honorem debitum „ eis qui hæc curant poteſtatibus, in magno

Aug. in Pſ. 124. v. 3. Diſtinguebant Dominũ æternum à Domino temporali: &

tamen ſubditi erant propter Dominū, etiam Domino temporali.

„ errore verſatur &c. modus iſte ſervandus eſt „ quem Dominus ipſe præſcribit, ut reddamus „ Cæſari quæ Cæſaris ſunt, & Deo quæ Dei „ ſunt &c. *Nihil ſimulatè facientes* & in eo ipſo „ non tam hominibus quam Deo qui hæc jubet „ obtemperantes.

De decem chordis c. 10. ſervus ille qui tibi ſervit indigno dignè, id eſt, qui indigno tibi benè ſervit, & fideliter ſervit, & purè diligit, Deo debet non tibi. Juſtū eſt ergò ut tu attēdas, quia ſub Domino es ad quem & ille attēdit, ut ſerviat tibi: Imple ergò quod dictum eſt, quod tibi fieri non vis, alii nè feceris.

Idem proſequitur propoſit. 74. his verbis: „ Ne quis non integro animo & purâ dilectio„ne ſubditus fieret hujuſmodi poteſtatibus, „ addidit *Apoſtolus* dicens, non ſolum propter „ iram, ſed etiam propter conſcientiam: id eſt, „ non ſolum ad iram evadendam, quod poteſt „ etiam ſimulatè fieri, ſed ut in tuâ conſcientiâ „ certus ſis, illius dilectione te facere cui ſub„ditus fueris juſſu Domini tui, qui omnes vult „ ſalvos fieri & in agnitionem veritatis venire. „ Et hoc enim cum diceret Apoſtolus, de ipſis „ poteſtatibus ajebat. Hoc eſt quod ſervis alio „ loco ſuadet, non ad oculum ſervientes, quaſi „ hominibus placentes: ut idipſum quod ſub„duntur dominis ſuis, non eos oderint, aut „ fallaciis promereri deſiderent.

Propoſit. autem 79. eodem prorſus modo quo nos ſuprà num. 20. ità concludit. „ Ad „ hoc dicit, ut in his rebus quæ poſſunt & „ bono animo fieri & malo, judicium Deo „ dimittamus, nec audeamus de alterius cor„de, quod non videmus, ferre ſenten„tiam &c. ergò quæcumque facta ità mani„feſtantur, ut non poſſit dicere, bono ani„mo feci, judicanda ſunt à nobis: quæ„cumque ità fiunt, ut quo animo fiant in„certum ſit, non ſunt judicanda, ſed ſervan„da judicio Dei ſicut ſcriptum eſt, quæ oc-

„ culta

„ culta ſunt, Deo: quæ autem palam ſunt,
„ vobis & filiis veſtris.

23. Fortaſsè non aliud voluit S. Thomas 1. 2. qu. 91. art. 4. in O quam quod hic docet S. Auguſtinus, videlicet legiſlatorem humanum non poſſe convenienter directè præcipere actus interiores, ſi ipſe conſideretur ut homo humana curans, propterea quod in ſuis legibus deficere poteſt, ſivè propter incertitudinem, ut ibi loquitur, judicii humani: ſivè quià de tranſgreſſionibus interioribus ſententiam ferre non poteſt. Nihilominus cum „ ad perfectionem virtutis, *inquit*, requiratur quod in „ utriſque actibus homo rectus exiſtat, ideò „ lex humana non potuit cohibere & ordinare *ſufficienter* interiores actus: ſed neceſſarium „ fuit, quod ad hoc ſuperveniret lex divina. „ 2. 2. qu. 26. art. 7. qu. 27. art. 6. qu. 129. art. 3. in O. art. 4. in O.

Juxtà ergò duo hęc clariſſima Eccleſię lumina, non eſt ſatis ad perfectè implendum pręceptum, ſi res externæ præceptæ taliter qualiter adimpleantur: ſed debent fieri prout rationis ordo poſtulat, & lex divina præcipit. Satisfaciet quidem ſuo Principi Subditus, ſuo Domino ſervus, ſuo contractui operarius, ſi rem externam ponat eo modo extrinſeco quo debet, etſi id totum ex pravo fine peregerit: eò quod res remanebit utilis ad finem præſtitutum. Sed non ſatisfaciet idem ſubditus præcepto quod habet de ſervandâ illâ ordinatione & ſubordinatione prout ratio virtutis exigit. „ Antè Deum es, *inquit Auguſtinus in Epiſt. Beat. Joan. tract. 6.* „ interroga cor tuum, vide quid feciſti, & quid

1. 2. quæſt. 55. art. 4. ad 4. qu. 65. art. 4. & 2. 2. qu. 105. art. 1. in O. & art. 5. in O

„ ibi appetiſti: ſalutem tuam, an laudem hu-
„ manam ventoſam. Intus vide, nam homo
„ judicare non poteſt, quem videre non poteſt.
„ Si perſuademus cordi noſtro, coram illo per-
„ ſuadeamus: quià ſi malè ſentiat cor noſtrum,
„ id eſt accuſet nos intus, quià non eo animo
„ facimus quo faciendum ſit, major eſt Deus
„ corde noſtro, & novit omnia. Cor tuum
„ abſcondis ab homine: à Deo abſconde ſi po-
„ tes. „ 2. 2. quæſt. 33. artic. 7. ad 1. & 1. 2. qu. 100. art. 6. & qu. 102. art. 1. qu. 107. art. 1. qu. 113. art. 1. & 2.

1. 2. quæſt. 111. art. 1. in O. art. 5. ad 1. & 2. 2. q. 104. a. 1. in O.

24. Septimò diximus Eccleſiam ejuſque præcepta modo omni poteſtate purè humanâ altiore conſiderandam eſſe. Non enim eam hic ſpectamus ut Principem temporalem aut Superiorem quendam particularem, qui multis ex capitibus in legibus aut præceptis ferendis deficere poſſunt. Neque etiam hic eam attendimus ut legem imponentem de rebus politicis & temporalibus, de quibus habentur aliqua in decretalibus & alibi: ſed nos eam præcisè intuemur, ut eſt omnium fidelium mater, Chriſti ſponſa, ac ut eſt tam dogmatum fidei quam morum regula infallibilis, divina mandata ſuis ſubditis intimans ac proponens, nec non velut Sancti Spiritus interpres ac organum, clarè & certò media ad ſalutem neceſſaria eiſdem declarans ac promulgans, nihil præ oculis habens aliud, quam ſpirituale ac divinum bonum filiorum ſuorum, quorum mentes velut aquila pullos ſuos, ad finem ſibi ipſis propoſitum, hoc eſt ad cœleſtia & æterna provocat ac ſublimat, cupiens eos omnes, quos jugiter partu-

1. 2. qu. 96. art. 4. in O. & 2. 2. qu. 33. art. 7. ad 5.

1. Timoth. 3. v. 15.

Bellar. lib. 2. de Conciſ. author. cap. 1.

1. 2. quæſt. 100. art. 1. 6.

rit, *Habere in viſceribus IESV CHRISTI. Hoc orans ut eorum charitas magis ac magis abundet, donec formetur in illis CHRISTVS.* Deut. 32. v. 11. Phil. 1. v. 8. Gal. 4. v. 19. & 1. 2. qu. 72. art. 4. qu. 91. art. 4 & 5. & 2. 2. qu. 3. art. 2. qu. 44. art. 1. in O.

25. Rebus ità conſtitutis & ſuppoſitis, omninò deduci rectè arbitramur, præcepta Dei & Eccleſiæ debere eſſe de actibus bonis, virtuoſis, atque fini ab eiſdem intento ac volito proportionatis. Non enim datur præceptum de aliquo, niſi ſecundum quod eſt actus virtutis, hoc autem eſt ſecundum quod proportionatur fini: ſi autem ſit ejuſdem finis impeditivum, non pertinet ad veritatem vitæ, nec cadit ſub præcepto, eò quod non erit virtutis actus, ſed vitii. Si non cadit ſub præcepto, ergò eidem ſatisfacere nequibit, cum ad obedientiam pertineant omnes actus virtutum prout ſunt in præcepto. 2. 2. qu. 33. art. 6. in O. & ad 2. qu. 101. art. 4. in O. qu. 104. art. 3. ad 2.

Aug. de diſcip. Chriſtian. cap. 1. præcepta multa ſunt in lege, quibus ipſa bona vita continetur, imperatur & diſcitur.

26. Enimverò niſi hoc concedatur, Chriſtianæ leges atque præcepta, Principum terrenorum, aliorumque Superiorum ac hominum imperiis erunt longè inferiora: cum illi ad unum omnes, ità ſibi obediri velint à ſuis ſubditis, ut finem à ſe præſtitutum per ſua præcepta aſſequantur. Et ſi ad eò tendendum Subditi media inutilia, imò quod majus eſt, nociva voluntariè adhibuerint, per illa Princeps aut alius quilibet, minimè præceptis aut legibus à ſe latis exiſtimabit factum ſatis. 1. 2. qu. 85. art. 4. qu. 90. art. 3. ad 3. & 2. 2. qu. 104. art. 2. ad 3. qu. 105. art. 2. in O.

Sola ergò Eccleſia reperietur deſtituta ſimili ac pari facultate, imò tantâ præciſè pollebit poteſtate, quantâ opus eſt ad homines faciendos inſigniter hypocritas & Phariſæos, quo non vitam, ſed mortem & æternam gehennam ejus ſubditi, magno labore comparent. Hoc mihi ſanè perſuadere nequeo, ſed potius in alteram partem abripior, ac Evangeliſtæ ſubſcribo referenti, Chriſtum Dominum antequam cœlos conſcenderet, diſcipulis ſuo juſſu congregatis dixiſſe. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terrâ. Euntes ergò docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Docentes eos ſervare omnia quæcumque mandavi vobis.* Matth. 28. v. 17. & 1. 2. quæſt. 91. art. 5. in O. & 2. 2. quæſt. 88. art. 12. ad 3.

2. Cor. 10. v. 8. 11. 12. 13. Similiter magis adhæreo Apoſtolo de ſuâ poteſtate glorianti, ei datâ, ut aſſerit, in ædificationem & non in deſtructionem. At ſi ſit vera ſententia nobis adverſa, non habet, ut opinor, magnam Apoſtolus gloriandi materiam: imò verò ejus poteſtas non eſſet ſufficienter in ædificationem, cum Corinthii fideles illi ſatisfacere potuiſſent per actus peccaminoſos ac fruſtraneos, ad quos pleriquè magis quam in bonos & virtuoſos propendent. Nec quidquam referret ſi eis objiceret ac Chriſti præceptum urgeret: cum utriuſque præceptis per actum peccaminoſum fieri potuerit ſatis. 1. Corinth. 11. v. 2. 17. & 2. cap. 2. v. 9. cap. 5. v. 18. 20. cap. 13. v. 3. 10.

Accedit quod præcipiat Timotheo diſcipulo ſuo Apoſtolus, & quidem coram Deo præcipiat,

Ut

Ut ſervet mandatum ſine maculâ, irreprehenſibile &c. ac inſuper eidem injungit, ut commonefaciat & præcipiat Corinthiis: *Benè agere, divites fieri in bonis operibus* &c. *Ut apprehendant veram vitam.* Quomodò autem potuit legitimè id imperare Apoſtolus & Timotheus? ſi tam ipſe quam Corinthii abſque peccato inobedientiæ totum illud perfunctoriè & ſimulatè peragere potuerint, quo non veram vitam, ſed veram damnationem & quidem æternam fuiſſent promeriti? 1. Timoth. 6. v. 1. 2. 3. 13. 17. & 1. Pet. 2. v. 1. 2. 3. 13. &c.

Aug. de vitâ Chriſt. cap. 10. bonus Deus, cui omnes benè converſantes deſerviunt: diabolus autem malus, cujus quiſq; qui malè operatur famulus eſt.

27. Denique principiis ac doctrinæ hactenus traditæ inſiſto atque immobiliter adhæreo, ac cum S. Thomâ pronuntio, quod Deo jubenti in omnibus omninò, Superioribus politicis in quibuſdam, Prælatis eccleſiaſticis tam ſæcularibus quam regularibus in pluribus, juxtà uniuſcujuſque ſtatum & profeſſionem, ità ſinguli omnes obedire debent, ut per eam obedientiam executioni mandatam, ſint ſalutem ſufficienter adepturi. Si verò amplius obedire voluerint, hoc pertinebit ad cumulum perfectionis. 2. 2. qu. 104. art. 5.

Rom. 13. Tit. 3. v. 1, Hebr. 13. v. 17.

Meritò quidem ibi inhærendum arbitror, & eò magis quod videamus Eccleſiam, nos omnis rationis ac deliberationis expertes & unius diei infantes regeneraſſe, ſibi ſubjeciſſe ac aggregaſſe, nec non Chriſti jugum tunc nobis impoſuiſſe. Si enim Eccleſia id in nobis tunc operata fuerit, & ad id peragendum poteſtatem ſe habere crediderit; quare nobis jam effectis adultis & fortioribus, atque ipſi ſubjectis, ea quæ ad illud jugum ritè portandum, ſtadiumque

Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominū Jeſum. Hæc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio veſtra &c. nō enim vo-

cavit nos Deus in immunditiam, ſed in ſanctificationem. Itaquè qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum: qui etiam dedit Spiritũ ſuũ Sanctũ in nobis. 1.Theſſ.4. v.2.7.8.

debitè perficiendum maximè ſunt neceſſaria, præcipere nequit? quantò magis ſi id agendo & mandando, divina, eaquè, ut in caſu noſtro, externa determinet præcepta, nihilquè à nobis expoſcat, præterquam quod Chriſtus vult & à nobis expectat? credo ego quod parenti eo modo imperanti, ac filiorum ſuorum officium tam ſollicitè commendanti parêre debeamus omnes: non verò Dei, pro ſuâ authoritate, partes obeuntem *Spernere aut reſpuere, ſed potius eam ſicut Angelum Dei excipere oportet, ſicut Chriſtum Jeſum.* Ne nobis objiciatur, *Filios enutrivi & exaltavi, ipſi autem ſpreverunt me.* Iſai. 1. v 1. Cant. 1. v.5.& 1. Corinth. 9. v.24. Gal. 4. verſ. 14.

Aug. de diſcip. Chriſtian. c. 1. Ecce quid diſcitur in domo diſciplinæ: diligere Deum, & proximũ. Deum tanquã Deũ, proximum ſicut teipſum. Non enim invenis parem Deo &c.

28. §. 2. Demonſtravimus non ſatis ſe expedire Adverſarios, per ſuam diſtinctionem præcepti affirmativi & negativi, tam univerſaliter patentem, cum præceptum affirmativum virtute negativum in ſe claudat,, Semper enim *inquit S. Thomas* 1.2.q.72.art.6. in O.,, In rebus negatio fundatur ſuper aliquâ affirmatione, quę eſt quodammodò cauſa ejus, undè etiam in rebus naturalibus ejuſdem rationis eſt, quod ignis calefaciat, & quod non infrigidet. Ad 2.qu.71. art. 6. ad 1.qu. 75. art.1. in O.

Hoc confirmavimus aliquot exemplis ibidem adductis. Ad ſatisfaciendum v.g. præcepto de Deo colendo, ſivè per orationem, ſivè per dilectionem &c.ad ſatisfaciendum pariter præcepto de honorandis parentibus, ſublevandis pauperibus, non eſſe ſatis diximus, orationem talem qualem ore proferre, Deum quomodocumque diligere, parentes utcumquè honorare, pau-

perum

perum miſeriam ſignis quibuſlibet teſtari, ac eorum miſeriæ condolere. Sed debet homo ea omnia ità obire, & quantum in ſe eſt per ea media ità eò tendere ac allaborare, ut finem iſtorum præceptorum aſſequatur. Neque ullo modo illis cenſebitur ſatisfeciſſe præceptis, ſi media inutilia, aut quod pejus eſt, ſi nociva & finis deſtructiva adhibuerit. Matth. 15. v. 4. 5. 8. 9. Jac. 2. v. 18. & 1. Joan. 3. v. 17. & 18. Aug. lib. 14. de Civit. cap. 7. 1. 2. quæſt. 62. art. 1. art. 2. in O. & ad 3. quæſt. 64. art. 2. in O. & 2. 2. qu. 32. art. 5.

29. Ad tollendas omnes ambiguitates & ad ſecernenda vera à falſis, & certa ab incertis, tria aut quatuor ſtatuimus notabilia, in quibus totam difficultatem propoſuimus ac explanare ſtuduimus, ad quorum normam, ut veritatem juxtà nos habeant, accedere & adaptari debent Adverſariorum regulæ. Neque abſque fundamento id dicendum eſſe arbitramur: nam niſi quis hoc nobiſcum aſſeruerit, non ſatis apparebit, cur primariæ eorum regulæ, in appendice primâ ſecundo loco adductæ, hæ annectantur particulæ, *vel ſub legem cadit*. Juxtà verò principia noſtra hactenus, ac ibi præcipuè ſtabilita, nulla prorſus in iſtarum particularum additione battalogia. Nam modus quandoque rei eſt intrinſecus, ut appretiatio in Dei charitate, fide &c. ſubindè non eſt intrinſecus ſecundum ſe, ſed ſolum eſt moraliter & prout ſubſtat intentioni & fini præcipientis: ut tempus, vel locus reſpectu communionis paſchalis, jejunii, horarum recitationis, miſſæ audiendæ, aut feſti obſervandi & ſimilium ex voluntate præcipientis Eccleſiæ aut alterius, iſtis vel ſimilibus affixorum: ità ut ſi res tali loco vel tempore vel in præſentiâ talium conditionum ac formalita- 1. 2. quæſt. 64. art. 4. quæſt. 73. art. 7. in O. & ad 3.

tum non adimpleatur, non cenſebitur Subditus per eam modo tali poſitam, ſuum contractum, aut præceptum ſibi datum impleviſſe; ut facile eſt id plurimis etiam extrà hanc materiam exemplis demonſtrare.

30. Ex his notabilibus, facile doctrinæ noſtræ veritas locum habere tam in Sacramentis, quam in rebus aliis quibuſcumquè dignoſcitur, atque omne effugium ac interpretamentum amputatur circà Pontificiam cenſuram de confeſſione voluntariè nullâ, quod non ità fit in aliorum principiis. Credendum tamen eſt Summum Pontificem intendiſſe eam condemnare in omni ſententiâ & juxtà omnem intellectum: aliàs aërem verberaſſet. Ut ſect. 2. §. 2. & Append. 3. num. 9. declaravimus.

1.2.qu.71. art.6.ad 2. quæſt. 73. art. 8. qu. 75. art. 1. in O. & ad 1. 2.2.quæſt. 33. art. 7. ad 1.

Præterea etiam optimè occurritur diſtinctioni Adverſariorum de modo viſibili & manifeſto, & de modo occulto & latente; nam ſivè modus ſenſibilis ſit, ſive non ſit, ſemper in genere moris eſt de rei præceptæ ſubſtantiâ, dum actus abſque eo ſuum finem attingere nequit. Nemini fraus, quæcumque illa ſit, debet in conſcientiâ & coram Deo delinquenti prodeſſe. Ut omittam, quod Adverſarii docent per actus internos malos præceptis divinis poſſe ſatisfieri; reſpectu cujus tamen prædicta ratio locum nec habet nec habere poteſt. Undè ſuprà diximus Appendice 2. num. 15. & 19. non ſatis rectè hoc in ſuum ſubſidium adferri ab iiſdem, ne quidem reſpectu præceptorum Eccleſiæ, dum ea, divina præcepta Chriſtianis proponit ac determinat. 1. 2 qu. 85. art. 4. 5. qu. 98. art. 1. qu. 99. art. 5. qu. 100. art. 2.

§. III.

§. III.

Objectio & ſolutio de Baptiſmo.

OBjicies qui recipit baptiſmum in peccato mortali, ſatisfacit præcepto de baptiſmo recipiendo, quandoquidem non teneatur, nec poſſit amplius eum repetere. Ergò per actum peccaminoſum & ſacrilegum, præcepto tum Divino, tum Eccleſiaſtico poteſt quis ſatisfacere.

1. Reſpondeo ſatisfacere ex parte, ſivè ſecundùm effectum proximum: eò quod ſcilicet per illam ſolemnem fidei profeſſionem ſeſe Chriſto, ejuſque Eccleſiæ incorporavit irrevocabiliter: & per ſignum indelebile, videlicet characterem, ſigillata fuit ea obligatio, atquè firmiter perfecteque inductum eſt vinculum: undè fiat ut inpoſterum non ſit opus novâ obligationis & vinculi effectione. Dicimus tamen eum non ſatisfacere, in quantum hoc totum peractum eſt per ritum ac ceremoniam Sacroſanctam, exigentem ſanctitatem & diſpoſitionem in recipiente, quâ, ut par eſt, Sacramentum religiosè tractaretur, ejuſquè effectus reliqui, tunc temporis ſub obligatione gravi inducendi, reciperentur.

2. Minimè verò, ut ſuprà ſæpius monuimus, repugnat, quod actus aliquis etiam peccaminoſus, ad certum finem, unum aut multiplicem à præcipiente intentum, proportionem habeat, quam-

quamvis non ad omnem; ſit actio quædam bona reſpectu unius & quod eadem bona non ſit reſpectu alterius hominis ad eandem concurrentis, ut patet in reſtitutione inadæquatâ, in matrimonio contracto in peccato, & cum injuriâ alterius contrahentis, in ſervo dante eleëmoſynam nomine Domini ſui. 1. 2. quæſt. 20. articulo 6. ad 3.

Imò non repugnat quandoquè quod materia præcepti & obligationis, tollatur abſque omni actu ejus, qui ad eam adſtringebatur, ut fit in baptiſmo parvulorum, amentium &c. in reſtitutione factâ inſcio aut renitente fure. Undè debiti perſolutio & liberatio magis petenda eſt à fine obtento, quam à medio ſivè actu præcepto: cum medium ideò præceptum ſit, ut per ipſum præcipiens finem à ſe intentum obtineat. Ut ſect. 4. §. 2. num. 14. & ſequent. declaramus.

In 4. diſt. 4. q. 3. a. 1. quæſtiunc. 1. ad 2.

3 Eſt ergò æquivocatio in *Ly* ſatisfacere. Sumitur enim ſatisfactio duobus modis.

Primò quidem pro actu virtutis & obedientiæ ſimpliciter dictę, reſpectu ejus qui ad eam obligatur. Sic ſumpta ſatifactio numquam reperiri poteſt in actu, quo Deus graviter offenditur. Cum peccatum nec præcipiat, nec præcipere aut approbare poſſit. 2. 2. qu. 3. art. 2. qu. 6. art. 2. ad 2. qu. 23. art. 7. ad 1. qu. 104. art 4. ad 2.

Secundò pro finis ipſius præcepti adeptione, ſivè is qui ad id tenebatur, actum poſuerit ſimpliciter bonum, ut adultus devotè & fructuosè baptiſmum recipiens: ſivè actum peccaminoſum poſuerit, ſed qui non evertat finem cujuſ-

Aug. de vitâ Chriſt. c. 12. Stulti & miſeri uſquè adeò ſuis iniquitatibus obcæcati, ut non intelligant Deo non poſſe placere quod prohibet, & quaſi unũ crimen ſatis non ſit, niſi adhuc

cujuſdam particularis præcepti, ut reſtituens rem alienam ex pravo fine: ſivè actum non potuerit, ut infans, amens, baptiſmum ſuſcipientes, tertius ſolvens aut reſtituens pro fure aut debitore etiam ipſo neſciente. Sivè deniquè actum contrarium & renitentem habuerit, ut fur aut alius debitor omninò invitus & obſiſtens reſpectu rei alienę, ab eo per vim ablatę, & ſuo proprio Domino reſtitutę. In quo caſu fur ſatisfacit homini, ſed non Deo. Homo enim, ob violatam juſtitiam & damnum ſibi factum, recuperat quod ipſi debetur ſub eâ ratione, ſed Deus ob violatam ejus legem remanet læſus & meritò offenſus. Videatur Append 3. num. 22. 23. & 1. 2. qu. 21. art. 1. ad 2. qu. 65. art. 4. in O. qu. 100. art. 6. in O. §. 2. num. 6.

malè ſentiendo de Deo adjiciatur & aliud.

In 4. diſt. 4. quæſt. 3. art. 1.

Aug. lib. 7. contrà Donat. c. 53.

Ad hoc totum ampliùs ſtabiliendum ac roborandum, aliquot teſtimonia ex plurimis proferemus tam ex Sancto Auguſtino quam ex Sancto Thomâ.

4. Serm. ſuper geſtis cum Emerito, ſic loquitur Auguſtinus „ Non ergò ſic illos ſuſcipimus ut „ ſunt, abſit à nobis, nam hæretici ſunt. Suſcipimus autem Catholicos. Mutantur, ſuſcipiuntur. Sed propter malum quod habent, non eis „ poſſumus perſequi bona quę agnoſcimus. Ma„ lum enim diſſenſionis, ſchiſmatis, hæreſis, „ malum ſuum habent. Bona verò quæ in illis „ agnoſcimus, non ſunt ſua, Domini noſtri „ habent bona, Eccleſiæ habent bona. Ba„ ptiſmus non eſt ipſorum, ſed Chriſti, invo„ catio nominis Dei ſuper caput ipſorum quan„ dò ordinantur Epiſcopi, invocatio illa Dei „ eſt, non Donati. Non enim ſuſcipio Epiſco-

„ pum,

,, pum, ſi quandò eſt ordinatus, ſuper caput ,, ejus Donatus eſt invocatus. In errante & deſerente milite crimen eſt deſertoris, character autem non eſt deſertoris, ſed Imperatoris. ,, Sed frater noſter non deſeruit, ubi adhuc ,, numquam fuit. Siquidem in illo deſertoris ,, error eſt natus, quandò eſt à deſertore ſignatus &c.

,, De iſto charactere militibus ſuis, vel potius comitibus ſuis, ut hunc imprimerent eis ,, quos congregabant caſtris ejus præcepit dicens, *Ite baptizate gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* ,, Iſtum characterem à ,, Domino dictum omnibus credentibus imprimendum &c. neſcis quià deſertor de charactere damnatur, de quo militans honoratur; ,, ideò te quæro ut non pereas cum ſigno, ſalutis enim ſignum eſt, ſi habeas ſalutem, ſi habeas charitatem &c. Item lib. 1. contrà Donat. cap. 4.

5. Lib. 3. contrà Donat. cap. 19. ,, Magis hæreticis non cedamus, ſed quod habent de Chriſti Eccleſiâ, non eſſe dicamus ,, ipſorum, nec propter ſcelera deſertorum Imperatoris noſtri ſigna nolimus agnoſcere: ,, magis quià Dominus noſter Deus zelatus eſt, ,, quid ejus apud aliquem agnoſcimus, *Nullo modo ei concedamus ut ſuum proprium eſſe arbitremur.* Item cap. 10. 11. lib. 4. cap. 11.

Lib. 5. cap. 7. ,, Nos autem baptiſmum eos ,, non juſtè & legitimè poſſidere concedimus, ,, non poſſidere autem non poſſumus dicere, ,, cum Sacramentum Domini cum Evangelicis ,, verbis cognoſcimus.

Cap.

Cap. 10. „ Aliud eſt non habere aliquid, „ aliud non jure habere, vel illicitè uſurpare. „ Non itaque ideò non ſunt Sacramenta Chri- „ ſti & Eccleſiæ, quià eis illicitè utuntur non „ hæretici ſolum, *Sed omnes iniqui & impii.*

Cap. 22. „ Conſentimus Cypriano, hæreti- „ cos remiſſionem dare non poſſe, baptiſmum „ dare poſſe, quod quidem illis & dantibus & „ accipientibus valeat ad perniciem tanquam „ tanto munere Dei malè utentibus. „ Lib. 4. cap. 12. lib. 6 cap. 5. 14. & 34. lib. 2. contrà epiſt. Parmeniani cap 13 & alibi paſſim.

6. Noſtram reſponſionem propiùs tangit & explanat lib. unic. de baptiſm. cap. 2. „ Deindè „ ſubjungit *Petilianus* uſque adeò meum eſt, ut „ quod à me unicum datum eſt, nec ab ipſis ſa- „ crilegis iteretur. Cui reſpondemus ſacrilegus „ non eſt, qui unicum baptiſmum, non quod „ tuum, ſed quod Chriſti eſt, iterare non au- „ det. Chriſti enim unica hominis in baptiſ- „ mate conſecratio.

Lib. 1. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 26. „ Ad hanc pertinet per baptiſmum quo Chriſto „ conſepeliuntur, ut incorporentur illi membra „ ejus, hoc eſt fideles &c. ut oblati per Sacra- „ mentum charitatemquè fidelium, ac ſic in- „ corporati Chriſti corpori, quod eſt Eccleſia, „ reconcilientur Deo, ut in illo vivi, ut ſal- „ vi, ut liberati, ut redempti, ut illuminati „ fiant?

7. Ex his ſimilibuſvè paſſim obviis, ſatis ſuperquè conſtat Auguſtinum, Sacramenti ini- terabilitatem in eo refundere, quod baptiſma effectum ſuum proximum, videlicet characte-

cem

rem impreſſerit indelebilem, ratione cujus Sacramentum ſemper ineſſe cenſetur, quem Deus approbat, ac velut opus ſuum intuetur.

8. Conſtat præterea Auguſtinum homini ſacrilego nuſpiam baptiſmum characterem vè conceſſiſſe, ſed Deo ſoli ac ejus Eccleſiæ tribuiſſe. Proptereà quod utrumquè conſideret ut quid divinum & ſupernaturale, nec non quatenùs homini quandoquè infunditur, absquè omni tam dantis quam accipientis merito, tametſi non ſinè grandi ſacrilegio & injuriâ Sacramenti, minimè tamen ex eo peccato maculandi, eò quod ſit ad inſtar luminis, „ Quod utiquè non deterius eſt in oculis de„ terioribus quam in melioribus, ſed idem in „ utriſque, quamvis eos diversè pro illorum di„ verſitate vel lætificet vel excruciet. „ Lib. 4. contrà Donat. cap. 20. & lib. 3. cap. 10.

Idem habet cap. 12. ejuſdem lib. 4. „ Cum „ baptiſma, *inquit*, verbis Evangelicis datur, „ qualibet eâ perverſitate intelligat ille per „ quem datur, vel ille cui datur, ipſum per „ ſe ſanctum eſt propter illum cujus eſt. „ Cap. 15. 21. quod totidem verbis adhuc repetit lib. 5. cap. 15. „ Jus baptizandi non *Hæreticus* habuit, „ tamen Chriſti eſt quod dedit, & ille Chriſti „ eſt qui accepit, multa enim contrà jus dan„ tur, nec tamen ideò vel nulla vel non data „ dicuntur &c. in baptizato autem inſeparabi„ liter baptiſma permanere manifeſtum eſt.

9. Conſtat tertiò juxtà Auguſtinum, non totaliter hominem ſacrilegum per ſacrilegam Sacramenti receptionem ſatisfeciſſe, ſivè non eſſe ab omni ulteriore obligatione liberum, ità ut

in Sacramentum neutiquam impegerit, nihilque ſuperſit ex eo ſupplendum, prout res ſe habet in ſolutionibus, modo indecoro, aut ex pravo fine factis: adæquatis tamen & integris quoad rem ipſam debitam: cum doceat baptiſmum non eſſe hæreticorum ac ſacrilegorum, nullo modo eis concedendum, nihil poſſe eis tribui, niſi diſſenſionem, peccatum, ſacrilegium; eos non juſtè & legitimè baptiſmum poſſidere, denique taliter baptizatis, quod deeſt ſupplendum eſſe. „ Debet: *inquit*, omnia acci-„ pere quæ non accepit Lib. 1. contrà Donat. „ cap. 8. illud ſanandum eſt quod ægrotat, illud „ dandum eſt quod non habetur lib. 3. cap. 14. „ agnoſcendum ſit quod habet, hoc ei dandum „ quod non habet. lib. 5. cap. 21. ſi quid rectum „ noſſet in eo approbaret, ſi quid inveniret per-„ verſum emendaret, ſi quid defuiſſet daret „ lib. 7. cap. 16. ſi hoc Sacramentum habent quod „ habere debuerunt, illud accipiant quod de-„ erat, non improbetur & blaſphemetur quod „ inerat de unit. Eccleſ. cap. 18. dandum eſſe „ quod deerit, quod autem inerit agnoſcen-„ dum cap. 19. lib. 2. contrà Creſcon. cap. 12. „ 13. 34. &c.

10. Dices, ſanctus Auguſtinus tract. 6. in Joann. apertè favet ſententiæ oppoſitæ. In hunc enim modum loquitur. „ Duo ſunt, *ait*, „ quæ audis, accepiſti, & præter columbam „ accepiſti. Quod accepiſti, approbo: quià „ foris accepiſti, improbo. „ Illis verbis perſpicuè diſtinguit ſubſtantiam, quam probat, à modo quem improbat: atqui nihil aliud prætendunt adverſæ partis authores; ergò.

Reſpondeo locum hunc, ſicut & præcedentia numero ſuperiore allata, aliavè ſimilia facillimè ſolui juxtà jam dicta. Videantur, ſi placet, inſuper ea quæ ſect. 2. § 1. pag. 30. num. 8. & ſequent. pro talibus ſolvendis adduximus. Ad majorem tamen præſentis difficultatis elucidationem.

11. Notandum primò in Sacramento baptiſmatis duo ſpeciatim ſpectanda venire. Primum omnium eſt ipſa ſacramentalis actio, quæ ſola communiſſimè & ferè ſemper intelligitur nomine Sacramenti, tametſi ab Auguſtino variis nuncupetur nominibus, veluti Sacramentum viſibile, corporale, perfuſio, tinctio, ſanctum lavacrum, lavacrum aquæ, regenerationis, celebratio myſterii, Sacramenti, medicina, baptiſmus &c. lib. 1. contrà liter. Petil. cap. 10. lib. 2. cap. 6. 102. 108. lib. 3. cap. 40. 49. lib. 2. contrà epiſt. Gaudent. cap. 4. lib. 1. contrà Donat. cap. 7. lib. 4. cap. 14. 23. 24. lib. 5. cap. 8. 9. lib. 6. cap. 14. de unit. Eccleſ. cap. 19. lib. 2. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 27. lib. 2. de peccat. origin. contrà Pelag. & Celeſt. cap. 39. 40. lib 6. contrà Julianum cap. 4. lib. 3. de ſymbolo ad Catechum. cap. 10. tract. 15. in Joan. de verbis Apoſtoli ſerm. 31. de verbis Domini ſerm. 11. in Matth. in Pſalm. 96. verſ. 8. &c.

Sanctus Thomas ſacramentalem illam actionem ad faciliorem ac diſtinctiorem intelligentiam vocat Sacramentum tantum, ut 3. part. quæſt. 66. articulo 1. O. „Sacramentum tan-„tùm, *inquit*, eſt aliquid viſibile exterius exi-„ſtens, quod ſcilicet eſt ſignum interioris effe-

„mus:

„ ctus : hoc enim pertinet ad rationem Sacramenti.„ Ad 1. & alibi.

De Sacramento ſic ſumpto loquitur Florentinum in ſuo decreto de Sacramentis in genere, his verbis. „ Hæc omnia tribus per„ficiuntur, videlicet rebus tanquam materiâ, „ verbis tanquam formâ, & perſonâ miniſtri „ conferentis Sacramentum, cum intentione „ faciendi quod facit Eccleſia. „ De eodem intelligendum eſt Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 7. „ Inſtrumentalis, *ait*, item Sacramentum Ba„ ptiſmi, quod eſt Sacramentum fidei, ſinè quâ „ nulli unquam juſtificatio contingit. „ Sacramentum ſic ſumptum eſſe quid tranſiens agnoſcunt Theologi paſſim omnes poſt Auguſtinum lib. 3. contrà Donat. cap. 10. „ Si enim, *ſunt* „ *ejus verba*, ad ipſas res viſibiles quibus Sacra„ menta tractantur, animum conferamus, quis „ neſciat eſſe corruptibiles? „ Item tract 15 & 80. in Joan. S. Thom. ſuprà 3. part quæſt. 66. art. 1. & quæſt. 73. art. 1. ad 3. & quæſt. 74. art. 2. ad 3.

12. Secundum quod attendi debet, eſt ipſe character, actionis ſacramentalis effectus proximus & immediatus, ut docet in terminis S. Thom. in 4. diſt. 4. quæſt. 3. art. 2. quæſtiunc. 1. O. „ Duplex, *inquit*, eſt effectus Baptiſmi. „ Primus eſt res & Sacramentum, ſcilicet cha„ racter. Et quià character non imprimitur ad „ præparandum hominis voluntatem, ut ali„ quid benè fiat, cum non ſit habitus, ſed po„ tentia ut dictum eſt; ideo hunc effectum vo„ luntatis indiſpoſitio non impedit, dummodò „ aliqualis ſit voluntas recipiendi Sacramen-

„ tum. Alius effectus qui eſt res, & non Sacra„ mentum, ſcilicet gratia, & quæ ad ipſum „ conſequuntur, per quæ hominis voluntas „ præparatur ut benè velit, & benè coöpere„ tur: & ideò ad hunc effectum non ſufficit „ quælibet voluntas Sacramentum recipiendi, „ ſed requiritur voluntas talis, à quâ removea„ tur omnis indiſpoſitio contraria gratiæ baptiſ„ mali, quiâ contraria non ſe compatiuntur: „ undè manente contrariâ diſpoſitione, baptiſ„ mus ultimum ſuum effectum habere non poſ„ ſet.„ Et diſt. 6. quæſt. 1. art 3. quæſtiunc. 1. O „ Eſt autem, *ait*, duplex finis in bapti„ zatis: Primus eſt perceptio Sacramenti: ſe„ cundus eſt perceptio rei Sacramenti.„ Eſtiùs in 4. diſt. 1. §. 20. 21.

Non minùs clarè idipſum docet diſt 26. quæſt. 2. art. 3. ad 2. „ Sicut aqua, *ſunt ejus* „ *verba*, baptiſmi cum formâ verborum non „ operatur ad gratiam immediatè, ſed ad cha„ racterem: ità actus exteriores & verba expri„ mentia conſenſum directè faciunt nexum „ quemdam qui eſt Sacramentum matrimonii, „ & hujuſmodi nexus ex virtute divinæ inſtitu„ tionis; diſpoſitivè operatur ad gratiam. „ Item 3. part. qu. 63. art. 3. ad 2. qu. 64. art. 8. ad 2. qu. 68. art. 8. O. qu. 69. art. 5.

13. Effectus jam dictus ab actione ſacramentali habetur prorsùs inſeparabilis atquè cum eâ convertibilis, ut aſſeverat Auguſtinus locis quam plurimis. „ Ego, *inquit*, *Epiſt.* 203. unum „ baptiſmum novi, Patris & Filii & Spiritus „ ſancti nomine conſecratum atquè ſignatum; „ hanc formam ubi invenio neceſſe eſt ut appro-

„ bem : non deſtruo quod dominicum agnoſco,
„ non exſufflo vexillum regis mei. „ Item lib. 2. contrà epiſt. Parmen. cap. 13. lib. 1. contrà Greſcon. cap. 31. lib. 2. cap. 12. lib. 5. contrà Donat. cap. 11. 12. & alibi paſſim. Item S. Thom. diſt. 6. cit. num. 12. ſuprà, ubi vocat & Sacramentum; quod, juxtà Florentinum. „ Eſt ſpi-
„ rituale quoddam ſignum à cæteris diſtinctum
„ in animâ indelebile, undè in eadem perſonâ
„ non reiterantur. „ Trident. ſeſſ. 7. de Sacramentis in genere can. 9. „ Hoc eſt, ſignum quod-
„ dam ſpirituale & indelebile, undè ea iterari
„ non poſſunt. „ Et de Baptiſ. can. 11. & Cauſ. 1. q. 1. cap. 51. Hi qui. Videatur n. 21. infrà.

14. Talis character hominem baptizatum à non baptizato per formam intrinſecam diſcernit diſtinguitquè. Per ejus receptionem homo ſe Deo devovet, ac in perpetuum legem profitetur Chriſtianam, & ob id Chriſto tanquam ſuo capiti, ejus verò Eccleſiæ tanquam membrum corpori incorporatur ac inſeritur, non ſecùs ac in lege veteri homo per circumciſionis acceptionem, legem ipſam Moſaïcam profitebatur, populoquè Dei ſeſe aggregabat. Hæc duo tum ex ſcripturis ſacris, tum ex Conciliis juxtà ac Sanctis Patribus clariſſimè dignoſcuntur. *An ignoratis*, inquit Apoſtolus ad Rom. 6. verſ. 3. *Quià quicumquè baptizati ſumus in Chriſto Jeſu, in morte ipſius baptizati ſumus? conſepulti enim ſumus cum illo per Baptiſmum in mortem: ut quomodò Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris ità & nos in novitate vitæ ambulemus.* Verſ. 9. & 10. Circumciſionis verò voluntariam receptionem, legis eſſe acceptatio-

nem ac profeſſionem idem Apoſtolus aſſerit in ſuâ ad Galatas cap. 5. verſ. 3. *Teſtificor autem*, inquit, *rursùs omni homini circumcidenti ſe, quoniam debitor eſt univerſæ legis faciendæ.* Exod. 12. verſ. 48. Judith 14 verſ. 6.

15. Hæc duo refert complectiturquè Divus Auguſtinus epiſt. 108. his verbis. „ Dominus „ Chriſtus in Eccleſiâ ſuâ Sacramentum novi „ teſtamenti pro Circumciſione carnis ſanctum
Joan. 3. „ Baptiſmum dedit, & apertiſſimè dixit: *Si quis non renatus fuerit ex aquâ & Spiritu ſancto non intrabit in regnum cœlorum.* Illud ipſum definit ac eodem modo probat Innocent. 3. cap. Majores. Videatur & Florentinum in ſuo decreto de Sacramentis in genere, ubi itâ reſolvit. „ Baptiſmus, quod vitæ ſpiritualis janua eſt: „ per ipſum enim membra Chriſti, ac de corpo- „ re efficimur Eccleſiæ. „ Item Auguſt. lib. 2. de peccato originali contrà Pelagium & Celeſtium cap. 32. ſerm. 164. de temp. in commentario in Pſal. 55. v. ult. S. Thom. in 4. diſt. 1. quæſt. 2. art. 5. diſt. 3. quæſt. 1. art. 5. diſt. 4. quæſt. 1. art. 4. quæſtiunc. 2. ad 2. quæſtiunc. 3. O. Et quæſt. 3. art. 3. quæſtiunc. 2. ad 1. diſt. 6. qu. 1. art. 1. quæſtiunc. 3. O. Et 3. part. qu. 66. art. 1. & 4. ad 3. qu. 70. art. 4. O.

16. Nota illa militaris hominem, militiæ jam adſcriptum Chriſtianæ, monet ſui officii, ac ejus ſubjicit oculis pactum quod cum ſuo duce Chriſto iniit, dum ipſâ inſigniretur. „ Mementote, *inquit Auguſt. vel quiſquis eſt Author, tractat. de rectitudine Catholicæ converſationis*, „ quià tunc pactum cum Deo feciſtis, atquè re- „ nuntiare vos diabolo & omnibus operibus „ ejus

„ ejus in ipſo Baptiſmo promiſiſtis &c. conſi-
„ derate quale pactum cum Deo feciſtis, & re-
„ quirite apud voſmetipſos, ſi poſt ipſam pro-
„ miſſionem opera maligni, cui renuntiaſtis,
„ ſecuti eſtis &c. hinc procul dubio cautio &
„ confeſſio veſtra vel promiſſio ſemper in veſtrâ
„ teneatur memoriâ, ut quod Chriſtiani vo-
„ camini, non ad judicium vobis ſit, ſed po-
„ tiùs ad remedium. Et perfidi ſunt, lib. 6. con-
„ trà Donat. cap. 8. quià non id agunt quod
„ Deo voverunt, & mendaces quià falſa profi-
„ tentur. Tu noli, tract. 4. in epiſt. B. Joann.
„ eſſe mendax, ut aliud profitearis, aliud agas,
„ tu ſerva fidem, ſervat ille pollicitationem.
„ Et de ſalutaribus documentis cap. 52. ne per-
„ damus bonum quod nobis dedit, & Sacra-
„ mentum baptiſmi noſtri in quo juravimus
„ abrenuntiare diabolo & pompis ejus. „ Epiſt.
50. ad Bonifacium, quæſt. ex utroque mixtim
cap. 127.

17. SanctusThomas 2. 2. quæſt. 88. art. 2. ad 1. ejuſdem obligationis meminit his verbis. „ Sub voto baptizatorum cadit abrenuntiare „ pompis diaboli, & fidem Chriſti ſervare, „ quià voluntariè fit, licet ſit de neceſſitate ſa- „ lutis. „ Et in opuſculo de perfectione vitæ ſpiritualis cap. 12. „ Alia ſunt communia vota, „ ſinè quibus non eſt ſalus, ut vovere fidem in „ Baptiſmo. „ Ad Hannibald. lib. 4. diſtinct. 6. art. 3. O. & ad 2. An votum ſivè pactum hujuſmodi, ſit propriè & rigorosè votum, ſivè promiſſio Deo facta de meliori bono? Videatur ibidem S. Thomas ac in eumdem locum commentatores.

18. Divus Auguſtinus parùm moveri videtur, an id quod in Dei honorem promittitur, ſit antecedenter ipſi neceſſariò debitum, an homini ut impleat liberum, ſed magis ad rei promiſſæ bonitatem attendit. Ità tradit docetquè ſerm 7. de temp. „ Fortaſſe, *ait*, interro-„ gatis me quid debeatis hodiè vovere & red-„ dere. Sunt enim multi qui vovent, alius pal-„ lam, alius oleum, alius ceram ad luminaria „ noctis, alius ut vinum non bibat per aliquot „ annos, alius ut jejunia certo tempore faciat, „ alius ut carnes non comedat. Non eſt iſtud „ votum optimum nec perfectum: adhuc me-„ lius volo. Non eligit Deus nec ſpeciem tuam, „ nec oleum tuum, nec jejunium tuum: ſed hoc „ quod te hodie redemit, ipſum offer, hoc „ eſt animam tuam; & ſi interroges me, quo-„ modò animam meam quam ipſe habet in po-„ teſtate offeram? & ego reſpondebo tibi quo-„ modò moribus ſanctis, cogitationibus caſtis, „ operibus fructuoſis. Avertendo à malo, & „ convertendo ad bonum. Damnando vitium, „ amando Deum, diligendo proximum &c.

19. Non ſolùm hominem in præſentiarum Chriſtianum effectum monet ſignum illud militare: ſed Chriſtum ipſum, patrem pariter ejus æternum commonefacit, ut ſuum militem ac ſervum perpetuum, inter tot pericula ac ſuperandas difficultates expoſitum non deſerat, ſed è contrà ſuis gratiis, iiſquè copioſis colluſtret, ad hoc ut in propoſito obfirmatus permaneat, præcepta ſibi data impleat ex animo, dignitatem hujus nominis agnoſcat, *Nec erubeſcat; glorificet autem Deum in iſto nomine.* Deniquè ut pugili-

Ephef. 6. v. 6. Philip. 1. v. 29. 1. Timoth. 6. v. 12. 1. Pet. 4. v. 16.

pugili ſuo ad mortem uſquè pro virili decertanti, vitam æternam tanquam prœmium ſibi promiſſum debitumquè retribuat. Videatur Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 16. S. Thom. 3. part. quæſt.66.art.1. ad 1. „ Ipſe character (qui & ſi„gillum dicitur) quantum eſt de ſe cuſtodit „animam in bono.„ Quæſt.72.art.10.ad 2.in 4. diſt. 4. qu. 1. art. 1. ad 5. Ezech. 34. v. 15 Joan. 10. v. 10. Actor.7. v. 55. Rom. 5. v.10. Corinth. 1. cap.10. v.13. Corinth. 2. cap.2. v.3. Pet 1. cap.1. v. 18. cap 5. v. 7.

20. Notandum 2. tribus modis habere ſe poſſe hominem circà Baptiſmum. Primus eſt, ſi nullum prorsùs ejus effectum recipiat. Ille Baptiſmus, illa tota peracta ceremonia, tametſi coram hominibus & quantum eſt ex parte Eccleſiæ & miniſtri qui de externis tantum judicare poſſunt (Auguſt. ſerm. 237. de temp. & in Pſal. 118 verſ. 39. & ſuprà pag. 112. num. 20. Append. 3.) ſacroſancta ac ſacramentalis intendatur, credaturquè : nihilominus ob latentem recipientis fictionem ac obicem, minimè ſacramentalis cenſenda eſt; ac per conſequens nullum ex eâ præcisè vinculum, nulla traditio legitima, nulla incorporatio, nulla valida acceptatio reſultabit. Tametſi Auguſtinus ſuper hoc dubius extiterit; imò ſe in partem affirmativam magis propendere declararit lib. 7. contrà Donat. cap. 53. „ Nam, *inquit*, ſi poſteà prodatur, „ nemo repetit. „ Hujuſmodi opinionis fuiſſe quoſdam tempore Innocentii tertii patet ex cap. majores tit. de Baptiſmo, ubi ità refertur, „ Sunt autem nonnulli, *inquit*, qui dicunt „ quod Sacramenta, quæ per ſe ſortiuntur effe„ ctum,

„ ctum, ut Baptiſmus, & ordo, cæteraquè ſi-
„ milia, non ſolùm dormientibus & amentibus,
„ ſed invitis & contradicentibus, etſi non quan-
„ tum ad rem, quantum tamen ad characterem
„ conferuntur.„ Sed hodiernâ die poſt Innocentii ejuſdem deciſionem, S Thomam 3. part. quæſt. 68. art. 7. & quæſt. 80. art. 1. ad 1. Catechiſ. Roman. de Sacrament. in Gen. num. 19. ac unanimem Theologorum ſententiam nullus ſupereſt ambigendi locus.

21. Secundus modus habetur, dum quidem ipſi Sacramento ejuſquè receptioni ſeſe ſubjicit, atquè in ipſum conſentit, ſed non eo modo, eaquè diſpoſitione quâ debet: ſed è contrà totùm id modo incongruo juxtà ac irreligioſo peragit. Nihilominus iſto caſu Sacramentum in ratione Sacramenti verè ſubſiſtit, character imprimitur, Chriſto nec non Eccleſiæ incorporatur, adeoquè utriquè adhærere, ſimul & obedire tenetur: nec ab alterutro jugum ac ſervitutem promiſſam acceptatamquè excutere ullo pacto poteſt; vel eò magis quod charactere & quidem indelebili notatus ſit, quo æterna illa ſervitus declaratur convinciturquè. Undè ſi in poſterum Chriſti ac Eccleſiæ caſtra deſerat, migretquè ad Paganos aut Hæreticos, non ideò liber effectus eſt, imò è contrà redire debet, ac denuò ſuo corpori inſerendus, non novo iteratoquè Baptiſmo (ipſe enim vel quoad characterem, vel quoad actionem ſacramentalem repeti nequit) ſed mediante pœnitentiâ Eccleſiæ eſt reconciliandus; ut plurimis locis contrà Donatiſtas demonſtrat Auguſtinus. „ Chriſtiani Baptiſmi, „ *ait Epiſt.* 23. *ad Bonifacium*, Sacramentum,

Joan. 3. v. 18.

quod

„ quod unum atquè idipſum eſt, etiam apud
„ hæreticos valet & ſufficit ad conſecrationem,
„ quamvis ad vitæ æternæ participationem non
„ ſufficiat, quæ conſecratio reum quidem facit
„ hæreticum extrà Domini gregem habentem
„ dominicum characterem, corrigendum ta-
„ men admonet ſana doctrina, non iterum ſi-
„ militer conſecrandum. Et Epiſt. 68. non Ba-
„ ptiſmo quem jam ſicut regalem characterem
„ tanquam deſertores acceperant, ſed fidei quæ
„ illis defuit, & Spiritus ſancti charitati, &
„ Chriſti corpori ſociamus, Tract. 11. in Joan.
„ quomodò uterus non poteſt repeti, ſic nec
„ Baptiſmus &c. quandò offert alterum Ba-
„ ptiſmum: reſponde habeo jam Baptiſmum.
„ Si enim verus eſt iſte Baptiſmus, quiſquis
„ vult alterum dare, illudere vult &c. genera-
„ tio ſpiritualis una eſt, ſicut generatio corpo-
„ ralis una eſt. Epiſt. 50. non facio injuriam
„ characteri Imperatoris, cum errorem corrigo
„ deſertoris &c. Epiſt 204. vos oves Chriſti
„ eſtis, characterem Dominicum portatis in Sa-
„ cramento, quod accepiſtis, ſed erratis & pe-
„ ritis. Non ideò vobis diſpliceamus, quià re-
„ vocamus errantes, & quærimus perditos. Me-
„ lius enim facimus voluntatem Domini mo-
„ nentis, ut vos ad ejus ovile redire cogamus. „
Videatur & tract. 12. in Joan. Homil. 42. inter
50. lib. 5. contrà Donat. cap. 19. Ambroſius
ſerm. 31. „ Lavacrum enim ſemel datur, & ſe-
„ mel veniam pollicetur. „ Item ſuprà num. 13.
ubi tam Florentinum quam Tridentinum, de-
clarant & Sacramentum & characterem inítera-
bilia. Eſtius in 4. diſt. 4. ſ. 14.

22 Non

22. Non minùs aperta eſt de hac veritate Doctoris Angelici doctrina. Unicus locus, lectio videlicet ſecunda in cap. 4. ad Epheſ. v. 5. abundè atquè invictè illud demonſtrat. „ Iterari, *inquit*, Baptiſmus non poteſt, pœnitentia autem, matrimonium, Euchariſtia, & „ Extrema-Unctio iterari poſſunt, non autem „ Baptiſmus. Heb. 6. *Impoſſibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati* (ſcil. per Baptiſmum) *Guſtaverunt autem donum cœleſte & participes facti ſunt Spiritus ſancti, guſtaverunt nihilominus bonum Dei verbum, virtuteſquè ſaculi venturi, & prolapſi ſunt* (ſcil. per peccatum) *renovari rursùs ad pœnitentiam.* „ Non iteratur autem vel pro„ pter characterem, vel quià cauſa ejus non „ iteratur &c. „ In 4. diſt. 2. qu. 2. art. 2. ad 1. diſt. 17. qu. 3. art. 3. quæſtiunc. 5. in fine, & 3. part. qu. 68. art. 8. & num. 14. ſuprà.

23. Tertius deniquè ſe circà Baptiſmum habendi modus eſt, dum plenâ, ſufficiente & perfectâ diſpoſitione accedit, ex quâ ſequatur vera, integra, ac perfecta hominis conſecratio, regeneratio, interioriſquè hominis renovatio, procul pulſo vetere Adam, induto novo homine ſecundum Deum creato; atquè Chriſto Capiti, velut membro vivo adhæreſcente. Ejus effectus omnes accuratè ac graphicè, ex Joanne Chryſoſtomo tom. 5. homil. ad Neophytos, depingit Auguſtinus lib. 1. contrà Julian. cap. 6. „ Libertatis, *agit de regeneratione infantium*, ſerenitate perfruuntur, qui tene„ bantur paulò antè captivi: & cives Eccleſiæ „ ſunt, qui fuerunt in peregrinationis errore, „ & juſtitiæ in ſorte verſantur, qui fuerunt in

„ confu-

„ confuſione peccati: non enim tantùm ſunt „ liberi, ſed & Sancti: non tantùm Sancti, ſed „ & juſti: non ſolum juſti, ſed & filii: non ſolùm filii, ſed & heredes: non ſolum heredes, „ ſed & fratres Chriſti: non tantùm fratres Chriſti, ſed & coheredes: non ſolum coheredes, „ ſed & membra: non tantum membra, ſed & „ templum: non tantum templum, ſed & organa Spiritus. Vides quot ſunt Baptiſmatis „ largitates, & nonnulli deputant cœleſtem gratiam in peccatorum remiſſione conſiſtere. Nos „ autem honores computavimus decem.„ Lib. 4. de ſymbolo ad Catech cap. 9. „ In remiſſione peccatorum fortiter tenete, fideliter ſperate, patienter expectate, reddetur vobis novitas per baptiſmum vetuſtate diſcedente. „ Deonerabitur anima ſarcinis peccatorum: ut „ libertate novæ vitæ induta, adverſus diabolum cum adjutorio divino valeat fortiter dimicare, eumquè à quo ſuperata eſt, ità ſuperet, ut in regnum Dei tranſlata hoſte devicto, ſecura regnet cum ſuo capite Chriſto.„ Lib. 3. contrà Julian. cap. 10. lib. 6. cap. 4. 5. ſerm. 3. de verb. Apoſt. lib. 1. de peccat. original. contrà Pelag. & Celeſt. cap. 18. 20. lib. 2. cap. 40. ſerm. de temp. 128. 164. lib. 3. de ſymbolo ad Catechum. cap. 10. de Conſecrat. diſt. 4. c. 143. ad hoc Baptiſmus. S. Thom. 3. p. q. 69. art. 1. ad 3. &c. Florent. in ſuo decreto de baptiſm. Trident. ſeſſ. 5. cap. 4. His ità prælibatis.

24. Reſpondeo & dico 1. qui primo modo ad Sacramentum accedit, nullo modo ſatisfacit, ſed rebaptizandus eſt. Ità poſt Innocentium III. S. Thomam, tenent omnes. Ratio eſt evidens: 3. Part. quæſt. 68. art. 7.

evidens: talis enim baptiſmus, ut ſuprà num. 20. vidimus, non eſt, niſi æquivocè Sacramentum & baptiſmus: quarè cum unuſquiſque verum baptiſmum aliquandò ſuſcipere teneatur, id tandem adimplere oportet. Per hoc differt baptiſmus ab Euchariſtiâ, eſt enim illa quid permanens, & ut ponatur, à ſuſcipiente fit planè independens. Præter authoritatem habet illa doctrina in ipsâ ratione fundamentum: nam quemadmodum ille qui matrimonium init, ſed purè fictè, id eſt, abſquè ullo interno conſenſu, vinculum matrimoniale contraxiſſe non dicitur, ob id quod in finem matrimonii proximum, qui alius non eſt quam ipſummet vinculum ac obligatio, actus ſuos ordinare noluerit, ità & hîc ſimiliter. Sic ratiocinatur S. Thomas in 4. diſt. 6. quæſt. 1. art. 2. quæſtiunc. 3. ſed contrà. „In Baptiſmo, „ *inquit*, fit quoddam ſpirituale connubium „animæ ad Deum: ſed in conjugio requiritur „conſenſus &c. defectus ex parte baptizantis „impedit Sacramentum, ergò multò fortiùs „defectus intentionis ex parte baptizati.„ Fatendum tamen inter utrumquè caſum aliquod dari poſſe diſcrimen. Ad conjugandos enim attinet, tanquam cauſas miniſtroſquè ſui matrimonii, ſi non in ratione Sacramenti, (quod volunt varii) ſaltem in ratione contractus, actus ſuos externos ad dictum finem ordinare, ut docet loco jam citato S. Doctor quæſtiunc. 3. Videatur & ſuppl. quæſt. 42. art. 1. ad 5. quæſt. 45. art. 1. 2. 4. & 5. ad 2. quæſt. 48. art. 2. &c. Ex eodem fundamento credimus minùs fundatam eorum opinionem, qui docent promiſſionem fictam ut talem in foro interno obligare.

3. Part. quæſt. 73. art. 1. ad 3.

82

Videatur S. Thom. ad Hannib. lib. 4. diſt. 6. art. 2. O. ſect. 4. §. 2. num. 2. pag. 73.

25. Dico 2. qui ſecundo modo Sacramentum ſuſcipiunt, tametſi propriè & rigorosè non ſatisfecerint, immò graviter, ſancta indignis modis tractando ac recipiendo peccaverint: fatendum tamen ut num. 21. oſtenſum eſt baptiſmum effectum ſuum proximum induxiſſe, ac per conſequens quoad hoc homini, cum inexiſtat perſeveretquè, nihil eſſe ſupplendum aut reponendum, adeoquè certo ſenſu fatisfactum eſſe. Quod, præter loca num. 9. ſuprà citata, inſuper declarat Auguſtinus libro 2. contrà Creſcon. cap. 12. his verbis. „ Illa tanquam „ Eccleſiaſtica munera etiam in alienis inventa „ &c. ſuſcipiuntur, illa verò vitioſa & *propriè* „ *veſtra* ſanantur, corriguntur, mutantur &c. „ ideò vobis non videntur mundari, cum ad „ nos à vobis tranſeunt, quià non denuò bapti„ zantur, quaſi ſolo baptiſmo quem repeti non „ oportet, cum idem atquè unus eſt, homines ab „ errore mundantur. „ Lib. 1. cap. 30. 31. lib. 5. contrà Donat. cap. 11. 12. lib. contrà Fulgent. cap. 2. de peccat. merit. & remiſſ. cap. 25. de fide ad Petrum cap. 3. 36. in epiſt. ad Rom. quæſt. ſuper Joſue lib. 6. & de verbis Domini ſerm. 11. in Matth. tract. 6. in Joan.

26. Longè fortius clariuſquè pro noſtrâ ſententiâ loquitur loco ſuprà in objectione allegato, tract. ſcilicet 6. in Joan. „ Veni ergò, *in*„ *quit*, ad columbam dicimus, non ut incipias „ habere, quod non habebas, ſed ut prodeſſe „ incipiat quod habes &c. ſic ergò qui baptiza„ tur, habeo, inquit, mihi. Fateor habes:

„ obſerva

„ obſerva quod habes, *Eo ipſo quod habes damnaberis.* Quarè? quià rem columbæ præter „ columbam habes. Si rem columbæ in columbâ habeas, ſecurus habes. Puta te eſſe militarem. Si characterem Imperatoris tui intùs „ habeas, ſecurus militas: ſi extrà habeas, tunc „ non ſolùm tibi non prodeſt character ille, ſed „ etiam pro deſertore punieris. Veni ergò veni, „ & noli dicere. Jam habeo, *jam ſufficit mihi.* „ Noli de baptiſmate gloriari, quià dico ipſum „ eſt, tota Catholica dicit ipſum eſt, Advertit „ columba, & agnoſcit, & gemit, quià ipſum „ foris habes. „ Addo & quod habet lib. I. de ſymbolo ad Catechum. cap. 6. „ Hæreticis, *ait*, „ Baptiſmum non mutamus. Quarè quià ſic ha„ bent baptiſmum. Quomodò deſertor habet „ characterem: ità & iſti habent baptiſmum: „ habent, ſed undè damnentur, non undè co„ ronentur. Et tamen ſi deſertor ipſe correctus „ incipiat militare, numquid audet quiſquam „ characterem mutare. „ His, ſimilibuſvè locis ſuprà n. 9. adductis, removet Aug. à ſacrilego Sacramenti effectum, nolens tantum bonum ei attribuere, ut potè eo ob ſuum ſacrilegium planè indigno. Accedit quod ibidem comparat baptiſmum Euchariſtiæ, ac utriùſquè receptori ficto. Cùm autem jam certum ſit, communicantem in peccato mortali minimè ſatisfacere præcepto tum divino tum Eccleſiaſtico de communione faciendâ, ità pariter ſacrilegè baptiſmum recipientem, præcepto de baptiſmo recipiendo ſatisfeciſſe negandum eſt; equidem ſublatam eſſe ejus reſpectu Baptiſmi materiam ultrò concedimus. Videantur ea quæ ſect. 2. §. I.
num.

num. 10. pag. 33. & ſect. 4. §. 2. num. 15. pag. 81. §. 3. num. 1. pag. 123. & ſequent.

27. Si quis verò hactenus dictis, aliiſquè quam plurimis hujuſmodi nolit acquieſcere teſtimoniis, admittere debebit ille, Divum Auguſtinum docuiſſe ac ſenſiſſe hominem per impia quæcumquè ſacrilegia, etiam dæmoni facta, præcepto de offerendis ſacrificiis ſatisfacere poſſe, cum de utriſquè eodem prorſùs modo loquatur. Sicut enim locis ſuprà memoratis ſubſtantiam actus, ut à circumſtantiis pravis diſcretam collaudat, prout iterùm facit lib. 1. contrà Donat. cap. 2. his verbis. „ Non „ eis dicimus, *inquit*, nolite dare: ſed nolite „ in ſchimate dare. Nec eis quos videntur baptizaturi dicimus, nolite accipere, ſed nolite „ in ſchiſmate accipere. „ Ità de ritibus paganorum agens, eodem utitur dicendi modo, ut videre eſt epiſt. 49. q. 3. „ Qua propter, *ſunt ejus* „ *verba*, qui Chriſtianas literas utriùſquè teſtamenti ſciunt, non hoc culpant in ſacrilegis ritibus paganorum, quod conſtruant templa, & „ inſtruant ſacerdotia, & faciant ſacrificia, ſed „ quod hæc idolis & dæmoniis exhibeant. „ Perſpicuùm eſt hoc in loco ſubſtantiam actus ab ipſo Auguſtino collaudari: illud ſolummodò improbat ac plurimùm vituperat, quod actus iſtiuſmodi nec ad finem debitum, nec ad objectum conforme ordinarent, dirigerentquè cum tamen ſolo naturali lumine colluſtrati hanc veritatem cognoſcere convincerentur. Illud ipſum eiſdem impingit Apoſt. ad Rom. c. 1. Sic autem ſubſumo: atqui per eos actus etiam quoad ſubſtantiam, ut jam audivimus, collaudatos, præ-

cepto de offerendis ſacrificiis non ſatisfaciebant pagani, ergò nec ille qui fictus Sacramentum recipit aut adminiſtrat. „ Videat, *inquit idem* „ *Aug. tract. 5 in epiſt. B. Ioan.* ſi habeat charita- „ tem, & tunc dicat, natus ſum ex Deo. Si autem non habet, characterem quidem impoſitum habet, ſed deſertor vagatur. „ Videatur ſect. 2. §. 1. num. 14 pag. 36. & ſequent. & S. Thom. 1. 2. quæſt. 1. art. 7. ad 1. quæſt. 89. art. 1. ad 3. quæſt. 100. art. 6.

28. Poſtremò conſtanter docuit Doctorum aquila Hipponenſium Epiſcopus, Sacramentorum effectus ſolis bonis offerentibus recipientibuſquè, non verò malis adſcribendos eſſe, quod etiam extendit ad parvulos alienâ fide, ac devotâ oblatione regeneratos, ut patet ex Epiſt. 23. ad Bonifacium his verbis. „ Offeruntur „ quippè parvuli, ad percipiendam ſpiritualem „ gratiam, non tam ab iis quorum geſtantur „ manibus (quamvis & ab ipſis *ſi & ipſi boni fide-* „ *les ſunt*) quam ab univerſâ ſocietate ſanctorum „ atquè fidelium. Ab omnibus namquè offerri „ rectè intelliguntur, quibus placet quod offe- „ runtur, & quorum ſanctâ atquè individuâ „ charitate ad communicationem ſancti Spiri- „ tus adjuvantur. Tota ergò mater Eccleſia, „ quæ in ſanctis eſt, facit, quià tota omnes; tota „ ſingulos parit. „ Hoc ergò juxtà mentem Auguſtini minimè paradoxum, minimè abſurdum cenſendum eſt; videlicet hominem ſacrilegum Baptiſmi Sacramentum recepiſſe, ac rebaptizari nullo modo poſſe, & nihilominùs præcepto de Sacramento recipiendo non ſatisfeciſſe; nam non tam ipſi, quam Eccleſiæ, piis ac probis offerentibus,

ſentibus, id adſcribere oportet, quorum manibus, deſiderio, approbatione & devotione ad ipſum Sacramentum pervenit, ſuſcepitquè. Videat, ſi placet, homil. 50. cap. 3. lib. 6 contrà Donat. cap. 34. lib. 7. cap 4. de unico Baptiſm. cap. 7. lib. 6. contrà Julian. cap. 4. de lib. arbit. cap. 23. de Pœnitentiæ medicinâ cap. 2. in Pſalm. 95. v. 7. S. Thom. 3. part. quæſt. 68. art. 9. ad 1. ad Hannib. lib. 4. diſt. 6. art. 3. in 4. diſt. 5. quæſt. 2. artic. 2. quæſtiunc. 2. ad 1. & 2. catechiſm. roman. tit. de Baptiſm. numero 27.

29. Quam pulchrè ac per omnia Doctoris Angelici doctrina, cum jam traditâ, atquè cum illâ quam hactenus, & potiſſimum ſect. 1. §. 1. ſect. 4. §. 2. fuſius deduximus, conveniat; ità nobis clarum evadit, ut ulteriore non egeat probatione. Actus enim præceptus debet juxtà ipſum, finem ab ipſo legiſlatore aut præcipiente intentum proximè aſſequi, ac eò modo poni ut ſub eâ ratione rationem virtutis retineat ac imbibat: Baptiſmi verò acceptio prout à ſacrilego procedit talis non eſt; præmium enim virtutis immediatum vel mediatum inducere nequit, id eſt, nequè gratiam ſanctificantem, nequè vitam æternam meretur, imò oppoſita demeretur, ac ſupplicia ſibi accumulat; ergò ea non eſt quæ à Deo & Eccleſiâ intenditur, præcipiturquè. Unum quidem ſibi datum agnoſcat talis ſacrilegus neceſſe eſt, ſcilicet characterem; ſed, ut jam dixi, ad ſuam perniciem. Propterea quod Eccleſiam per eam fictam Baptiſmi receptionem fefellerit, aliud exterius, aliud interius operando. Hominem enim mutatum juxtà ac no-

vum ſe eſſe ſimulavit, & vetus remanebat. Deo inpoſterum ſe velle ſeriò & immobiliter adhærere ac famulari præſeferebat, & tamen ab eo maximè habebatur alienus, & eò magis quod rem tam divinam, tamquè ſacroſanctam propter gratiam ſancti Spiritus ubertim homini conferendam, à Chriſto ipſo ordinatam inſtitutamquè uſurpaverit ad ſuam hypocriſim diſſimulandam palliadamquè. Lib. poſt Collat. cap. 35. lib. 4. de ſymbolo ad Catechum. cap. 1. lib. 2. contrà Creſcon. cap. 1. S. Thom. 3. part. qu. 68. art. 4. O. qu. 69. art. 10. ad 3. lib. 4. ad Hannib. diſt. 4. art. 2. ad 3. in 4. diſt. 4. quæſt. 3 art. 2. quæſtiunc. 2. ad 1.

30. Quæ cum ità nobis eſſe videantur; nihilominùs cum promiſerim §. 3 ſuprà num. 3. pag. 125. in fine, attexturum inſuper quædam loca, ut hîc fidem meam liberem paucis expedio. Lib. 4. ad Hannib. diſt. 31. art 4. ad 2. docet expreſsè baptizandum debere novam per Baptiſmi ſuſceptionem vitam intendere, ac ſe ad eam obtinendam idoneum præſtare. „Baptiſmus ſingula„riter eſt inſtitutus ad ſpiritualem ſalutem, un„dè quicumquè alium finem principalem con„ſtituit, mortaliter peccat.„ Quod & jam olim dixerat Auguſt. lib. 1. contrà Creſcon. cap. 22. „Propter hanc utilitatem accipiendus eſt Ba„ptiſmus.„ Idem inculcat. S. Thom. in 4. diſt. 4. qu. 3. art. 2. quæſtiunc. 2. ad 3. „Devotio „hîc accipitur voluntas conſequendi Baptiſ„mum totaliter, & quantum ad Sacramentum, „& quantum ad rem Sacramenti, & hujus de„votionis defectus non poteſt ſinè peccato „mortali eſſe.„ Rationem cum jam allegatâ

„coinci-

coincidentem adfert diſtinct. 6. quæſt. 1. art. 2. quæſtiunc. 2. O. „ Si autem, *inquit*, in baptizato ſit intentio percipiendi Sacramentum, „ ſed deſit rectitudo intentionis, recipit quidem quod intendit Sacramentum, ſed non „ rem Sacramenti: quià obicem per pravam intentionem Spiritui ſancto ponit.

31. Verum enimverò ne quis illa loca ad ſuum detorqueat arbitrium, contendatquè poſſe conciliari cum ſententiâ nobis adversâ; opus eſt referre quod habet diſt. 6. art. 3. quæſtiunc. 2. ad 3. „ Non requiritur, *ſunt ejus verba*, fides „ perſonalis offerentium puerum ad Baptiſ„ mum, nec alicujus perſonæ determinatæ, ſed „ ſolùm fides Eccleſiæ militantis, quam non eſt „ poſſibile deficere totaliter Deo hæc ordinante. Qui dixit Matth. ult. *ecce vobiſcum ſum uſquè ad conſummationem ſæculi.* Si tamen deficeret illud, *ſuppleret quod de fide remanſit in Eccleſiâ triumphante.* Eccè quomodò in partem omnem inflectat animum Doctor ille Angelicus, eumquè in cœlum uſquè attollat, ipſum in adjutorium poſtulando, potiùs quam admittere videatur, Sacramentorum effectus improbis (tametſi habitualiter ſivè originaliter ut ſunt ipſi infantes) adſcribi & attribui poſſe. Si igitur ab infantibus ſolùm habitualiter peccatoribus & à Deo averſis, omniſquè actualis peccati pro tunc incapacibus, Sacramentorum effectus removendos cenſuerit? eſtnè, obſecrò, veriſimile idipſum conceſſurum adultis, actu peccantibus, ac voluntariè, modiſquè indignis Spiritui ſancto obicem ponentibus. Hæc duo idcircò ſimul ſtant, & Sacramentum Baptiſmi poni

in ſacrilego, & tamen non ideò quod ſibi arroget habere: at illud non immeritò poſſet, ſi, ut juxtà adverſarios, præcepto ſatisfeciſſet, prout ſect. 4. §. 2. numero 16. pag. 82. probavimus.

32. Ut hîc difficultati latius diſcuſſæ finem imponamus, dicimus hypocritas, improbos, ac fictos Chriſtianos, nec non Hæreticos Catholicis permixtos, atquè inter eos deliteſcentes ſibi blandiri non debere, ob id quod chriſtiana Sacramenta cum cæteris fidelibus poſtulent & accipiant, aliavè ſimilia faciant, ne vel in famâ, vel in bonis temporalibus jacturam patiantur, ſed quæ præcepta in animo ſuo contemnunt irridentquè. Quamdiu enim peccant in uno facti ſunt omnium rei. Redeant ad Eccleſiam, capiti atquè corpori ſuo ſeſe adjungant. Præcepta tum divina, tum Eccleſiaſtica agnoſcant atquè adimpleant & quidem ex animo, hoc eſt, ut antè diximus, tali modo, ut finem à Chriſto & ab Eccleſiâ intentum per ea conſequantur. Si verò id agere contempſerint, ſe tranſgreſſores, ac ut tales à regno cœlorum excluſos iri certò noverint, quantumcumquè ſe per omnia coram hominibus probos ac ſui officii memores ſimulaverint. „ Quiſquis ergò, „ *inquit Auguſtinus Epiſt.* 152. ab hac catholicâ „ Eccleſiâ fuerit ſeparatus, quantumlibet lau- „ dabiliter ſe vivere exiſtimet, hoc ſolo ſce- „ lere quod à Chriſti unitate disjunctus eſt, non „ habet vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum. „ Quod fortius ingeminat lib. de fide ad Petrum cap. 39. „ Firmiſſimè tene & nullatenus dubi- „ tes, quemlibet hæreticum ſivè ſchiſmaticum

Jac. 2. v. 10.

„in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti „baptizatum, ſi Eccleſiæ catholicæ non fue„rit aggregatus, quantaſcumquè Eleëmoſy„nas fecerit, etſi pro Chriſti nomine etiam „ſanguinem fuderit, nullatenus poſſe ſalvari.„ Videatur prætereà cap 3. 37. 38. &c. lib. 4. contrà Donat. cap. 17. lib. 5. cap. 21. de unit. Eccleſ. cap. 16. de patientiâ cap. 26. in Pſalm. 115. verſ. 6. Epiſt. 50. in fine, catechiſm. Rom. tit. de Euchariſt num. 40. de Pœnitentiâ diſt. 1. cauſ. 3. quæſt. 3. cap. 52. Poteſt, ſect. 2. §. 1. ſect. 4. append. 3. num. 17. pag. 110. &c.

Digitized by Google

§. IV.

De Miſſæ Sacrificio.

DIcit aliquis, qui ſacrum in peccato mortali exiſtens celebrat, ſatisfacit ſuo muneri: nam non tenetur ad aliud ſacrum perſolvendum, caſu quo ad celebrandum fuiſſet obligatus, ergò ſimiliter communicans in peccato.

Rom. 1. verſ. ult. Aug. lib. 2. contra lit. Petil. c. 52. Catechiſ. Rom. de Sacram. in Gen. n. 16. 17. Cauſ. 1. q. 1. c. 77. Intrà Catholicam & ſequent. S. Thom. 3. part. qu. 64. art. 6. 10. qu. 82. art. 5. 6. & ſequent.

1. Reſpondeo eum in quantum Chriſti atquè Eccleſiæ miniſtrum ſatisfacere: ſed non itidem prout ſacrificium ab eo ut tali & ſacrilego peragitur. Magnum enim ſacrilegium perpetravit, voluntatemquè hominis ab eo Miſſam poſtulantis deluſit, qui ſi id prævidiſſet, tale ſacrificium nec depoſcere poterat, nec ſacerdotem illum ad celebrandum ſollicitare: aliàs, per ſe loquendo, graviter & ipſe peccaturus, ut potè qui alteri videns volenſquè occaſionem peccandi gravem præbuiſſet: quod tamen non eſt facile præſumendum, cum omnes pro ſe maximè cupiant ſacrificium Deo offerri undequaquè gratum, ut ſentit Aug. lib. 4. de Trinit. cap. 14. „ Nequè id, *inquit*, poſſe ritè offerri, niſi „ per ſacerdotem ſanctum & juſtum &c. atquè „ id ſinè vitio ſit, ut pro vitioſis mundandis poſ- „ ſit offerri Hoc certè omnes cupiunt, qui pro „ ſe ſacrificium Deo volunt. „ Homil. 50.

Ad

Digitized by Google

Ad ſolutionem perfectius intelligendam, operæ pretium duximus ea recenſere & examinare quæ in ſacrificio reperiuntur atquè concurrunt, quæ omninò affinia ſunt iis, quæ pro ſolvendâ plenius de Baptiſmo difficultate ſuprà adducta ſunt. In ſacrificio igitur reperitur quædam actio à miniſtro procedens, terminus ejuſdem, videlicet corpus ac ſanguis Chriſti Domini, & quæ illa concomitantur, deindè miniſter & offerens: quæ Auguſtinus his paucis comprehendit lib. 4. de Trinit. cap. 14. ,, Quatuor *ait*, conſiderantur in omni ſacrificio, ,, cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, ,, pro quibus offeratur.

2. Actio illa ſacroſancta juxtà communem Theologorum ſententiam, in conſecratione utriuſquè ſpeciei conſiſtit, ceteris actionibus aut integralibus aut ceremonialibus. Hæc actio Chriſtum ſui authorem juxtà ac inſtitutorem agnoſcit, ut nobis declarant Evangeliſtæ, confirmatquè Tridentinum ſeſſ. 22. cap. 1. his verbis. ,, Chriſtus in cœnâ noviſſimâ, quâ nocte ,, tradebatur, ut dilectæ ſuæ ſponſæ Eccleſiæ ,, viſibile (ſicut natura hominum exigit) relin- ,, queret ſacrificium, quo cruentum illud ſemel ,, in cruce peragendum repreſentaretur &c. cor- ,, pus & ſanguinem ſuum ſub ſpeciebus panis ,, & vini Deo Patri obtulit, ac ſub earumdem ,, rerum ſymbolis, Apoſtolis quos tunc novi ,, teſtamenti ſacerdotes conſtituebat ut ſume- ,, rent tradidit, & eiſdem eorumquè in ſacer- ,, dotio ſucceſſoribus ut offerrent præcepit per ,, hæc verba. hoc facite in meam commemora- ,, tionem: uti ſemper Eccleſia catholica intel- ,, lexit & docuit.

3.Part.qu. 82. art. 4. ad 1. art. 10. O. & ad 1.

Matth. 26. v. 26. Marc. 14. v. 22. Luc. 22. v. 19.

3. Ex

3. Ex hac jam dictâ, ac reliquâ quæ toto illo capite tractatur doctrinâ, ſatis apparet ſacrificium illud formale nulli alteri præterquam ſoli Deo vero, juxtà finem tum ſacrificii, tum Chriſti Dei ità ordinantis, tribui poſſe. Hac de re laborat nemo, cum omnium mentibus altè nimis ſit infixum. „ Quæ „ pertinent, *inquit Auguſtinus l.b.* 10. *de Civit.* „ *Dei cap.* 4 ad religionis obſequium quo coli- „ tur Deus, ſacrificium certè nullus hominum „ eſt, qui audeat dicere deberi niſi Domino „ ſoli &c quis verò ſacrificandum cenſuit, niſi „ ei, quem Deum aut ſcivit, aut putavit, aut „ finxit. „ Videatur S. Thom. 2. 2. quæſt. 84. art. 1. ad 1. & quæſt. 85. art. 2.

4. Terminus verò actionis iſtius ſacrificativæ nullus alius eſt præterquam Chriſtus Dominus, qui, ut docet Tridentinum ſeſſ. 22. cap. 1. „ ſeipſum ab Eccleſiâ per ſacerdotes ſub ſignis „ viſibilibus immolandum inſtituit. *Cap.* 2. in „ Divino hoc ſacrificio, quod in Miſsâ peragi- „ tur, idem ille Chriſtus continetur & in- „ cruentè immolatur, qui in arâ crucis ſemel „ ſeipſum cruentè obtulit.

5. Cauſam ſimiliter tum materialem, tum etiam finalem, loco jam allegato deſcribit idem Tridentinum, his verbis. „ Docet ſan- „ cta Synodus ſacrificium iſtud verè propitia- „ torium eſſe, per ipſumquè fieri, ut ſi cum „ vero corde & rectâ fide, cum metu & re- „ verentiâ, contriti ac pœnitentes ad Deum „ accedamus, miſericordiam conſequamur, „ & gratiam inveniamus in auxilio oppor- „ tuno.

Digitized by Google

6. Sacrificium utroquè modo ſumptum va- Hebr. 7.
rios habet ad ipſum concurrentes. Inter ipſos v. 25. & 9.
primum tenet locum Chriſtus Dominus tan- v. 14.
quam miniſter principalis. „ Eademquè hoſtia, „ idemquè nunc offerens ſacerdotum miniſte- „ rio, qui ſeipſum tunc in cruce obtulit, „ ſolà offerendi ratione diversà, *ait ſeſſ.* 22. *capite* 2. *jam citato.* Hoc ſatis clarè apparet, ex eo quod ipſe ſacerdos verba conſecratoria ſic profert, quaſi eſſet ipſemet Chriſtus „ Ipſe, „ *inquit Chryſoſtomus homil.* 83. *in Matth.* nunc „ quoquè operatur, ipſe perficit: miniſtrorum „ nos ordinem tenemus: qui verò hæc ſanctifi- „ cat, & tranſmutat ipſe eſt. „ S. Thom. 3. part. quæſtione 82. artic. 7. ad 3. & cap. 72. utrum diſt. 2.

7 Præter Chriſtum Dominum, & ſacerdotem ejus miniſtrum, concurrit ad illud auguſtum atquè divinum ſacrificium ipſa Eccleſia, miniſtrorum tum conſtitutiva, tum applicativa. „ In veteri enim lege, *ut dicit Auguſtinus quæſt.* „ 46. *de veteri teſtamento*, naſci decrevit Deus „ ſacerdotes, in novâ verò fieri Dominus juſſit „ ſacerdotes. „ Concurrit etiam populus eandem hoſtiam offerens ac ſuâ liberalitate ſacerdotem ad celebrandum excitans, atquè quodammodò concelebrans, juxtà id quod in canone Miſſæ legitur, *vel qui tibi offerunt.* Deniquè omnes concurrere dicendi ſunt, qui celebranti ſuam, eamquè rectam intentionem conjungunt. „ Ipſe enim, *ait Auguſtinus quæſt.* 46. „ *jam cit.* ſemper dicitur offerre, cujus oblatio- „ nes ſunt, quas ſuper altare imponit ſacerdos „ &c. quamvis enim ſacerdos proprio fungatur

officio,

„ officio, ille tamen offerre dicitur, cujus nomi„ne agit. „Lib.2.contrà epiſt.Parmen.cap.15.

8. Hæc omnia paucis lineis rectè complectitur Layman lib.5. tract.5. cap.1. n. 2. de ſacrificio Miſſæ. „Sacerdos, *inquit*, totius Eccleſiæ „ vicarius ac veluti legatus eſt, & interceſſor „ apud Deum Patrem, per Jeſum Chriſtum fi„ lium ejus, qui in altari hoſtia incruenta im„ molatur, in memoriam ſacrificii cruenti: orat „ enim ſacerdos pro Papâ, pro Antiſtite, pro „ Rege: deindè pro omnibus Chriſti fidelibus, „ vivis atquè defunctis. Sed & ipſemet ſacer„ dos, quatenus privata perſona eſt, particu„ lari affectu offert Deo Patri hoſtiam ſanctam, „ tum pro ſeipſo ſupplicando, tum pro aliis. *Quoniam enim & ipſe circumdatus eſt infirmitate, propterea debet, quemadmodum pro populo, ità & pro ſemetipſo offerre pro peccatis*, ait Apoſt. ad Hebr. 5. Huc etiam alii fideles reduci de„ bent, qui ad ſacrificium ſpeciali aliquâ ra„ tione concurrunt, illud poſtulando, præ„ ſentiam & affectum exhibendo, ſtipem lar„ giendo. Quemobrem in Miſſæ memento di„ citur; *& omnium circumſtantium, pro quibus* „ *tibi offerimus, vel qui tibi offerunt*, ſeu ſpi„ ritualiter tantùm, & interno affectu, ſeu ex„ ternæ etiam coöperationis, per ſervitium, ſa„ crificii poſtulationem, oblatam ſtipem. „ Videantur ibidem ſancti Patres ab eo citati. Poſtremò unicus ſufficit Auguſtinus ad hoc ampliùs probandum confirmandumquè, lib. videlicet 10. de Civit. Dei cap.20. „ Chriſtus Jeſus, „ *inquit*, ſacerdos eſt, ipſe offerens, ipſe & obla„ tio. Cujus hoc Sacramentum quotidianum

„ eſſe

„ eſſe voluit Eccleſiæ ſacrificium, cujus ipſius
„ corporis ipſe ſit caput, & ipſius capitis ipſa
„ ſit corpus, tam ipſa per ipſum quam ipſe per
„ ipſam ſuetus offerri.

9. Ex his omnibus ſatis, ut patet, clarum evadit, ſacrificium tum formale, tum objectivum, ſivè ut in ſe, ſivè ut à Chriſto, ſivè prout ab Eccleſiâ, aliiſquè ceteris devotè ſe ad ipſum habentibus conſideratum, Deo & eſſe perhonorificum & vehementer acceptum. „ Et
„ hæc quidem *Trident. ſeſſ. 22. cap. 1.* illa munda
„ oblatio eſt quæ nullâ indignitate aut malitiâ
„ offerentium inquinari poteſt. „ Undè ſicut non nocet Cauſ. 1. quæſt. 1. cap. 89. „ malitia
„ Epiſcopi ad Baptiſmum infantis, nequè ad
„ Eccleſiæ conſecrationem, quià baptiſma à
„ Deo datur, non ab homine venit: ſic & Eucha-
„ riſtia, & omnia quæcumquè in altari ponun-
„ nuntur, non ab homine, ſed à Deo ſancti-
„ ficantur. „ Si igitur ſacrificium ſub iis rationibus Deo gratum juxtà ac honorificum eſt? per conſequens finem ſacrificii proximum attingit, adeoquè ipſi præcepto ſatisfactum eſt, ſecundùm ea quæ ſect. 3 §. 1. pag. 52. & alibi oſtendimus. Videatur S. Thom. 2. 2. q. 85. art. 1. 2. &c.

10. Sed cum etiam fide Chriſtianâ indubitatum ſit, ſacerdotem in peccato mortali ſacrificantem, alioſquè irreligioſè pariter ac impiè ad ſacrificium ſe habentes, Deo magnoperè diſplicere, imò inter ſacrilegos, omnium graviſſimè peccare, ob perſonæ, in quam impingitur, eminentiam & majeſtatem, ut docet S. Thom. 2. 2. quæſt. 99. art. 3. O. his verbis.
„ Summum locum obtinent ipſa Sacramenta

„ quibus

„ quibus homo ſanctificatur: quorum præcipuè „ eſt Euchriſtiæ Sacramentum, quæ continet „ ipſum Chriſtum: & ideò ſacrilegium quod „ contrà hoc Sacramentum committitur, gra- „ viſſimum eſt inter omnia. „ & 3. part. quæſt. 80. art. 5. ideò ſatisfacere dici nequeunt, cum ob eorum obicem, nullum ſacrificii fructum ſint reportaturi, ſolius peccati, cui inſervierunt, pœnas daturi, ut declarat Apoſtolus ad Rom. 6. verſ. 23. & 1. Corinth. 11. verſ. 29. „ Receperunt, *inquit Auguſt. ſerm. 59. de temp.* „ mercedem ſuam, hoc eſt, non Dei ſed ſuam. „ Laudati enim ſunt ab hominibus, quorum causâ exercuere virtutes. „ Videat, ſi placet ſect. 2. §. 1. num. 14. pag. 36. & num. 17. pag. 39.

11. Conformiter ad hanc doctrinam, à ſacrilegis rationem ſacrificii removent ſancti Patres, ut patet Cauſ. 24. quæſt. 1. cap. 34 Schiſma. „ Si ſpiritum, *inquit*, non habet corporis „ Chriſti, ſacrificium habere non poteſt. „ Ratio hujuſcemodi refertur *cap. 33. Pudenda.* „ Qui eſt „ ab Eccleſiæ viſceribus diviſus, & ab Apoſto- „ licis ſedibus ſeparatus, execrat potiùs, & non „ conſecrat. „ Undè illa ſimpliciter ſacrificia non vocant, nequè vera, plena, aut perfecta, ſed hæreticorum, ſed ſacrilegia ab illis deputantur. „ Odit Deus, *Cauſ. 1. quæſt. 1 cap. 62.* „ ſacrificia hæreticorum, & à ſe projicit, & „ quotieſcumquè ſub nomine Domini fuerint „ congregati, deteſtatur fœtorem eorum, & „ claudit nares ſuas. Illi cap. 63. offerunt panem „ ſacrilegum, & dant Eleëmoſynas, & ſectari „ videntur humilitatem. Quæ ego *ſi verè ſiant,* „ *holocauſta interpretor.* In Eccleſiâ Dei, cap. 68.

„ quæ

„ quæ corpus Chriſti eſt, aliter nec rata ſunt „ ſacerdotia, *nec vera ſacrificia;* niſi in noſtræ „ proprietate naturæ verus nos Pontifex recon- „ ciliet, verus immaculati agni ſanguis emun- „ det. „ Cap. 71. Extrà & alibi. Videatur & Cyprianus lib. 2. epiſt. 3. ad Cæcilium, Auguſt. tract. 5. in epiſt. B. Joan.

12. Igitur talia ſacrificia, ſunt ſacrificia & ſimul non ſunt. Habentur in genere morali ſacrificia, reſpectu eorum omnium qui finem ſacrificii obtinere allaborant: non ſunt verò ſacrificia, ſed peccata & ſacrilegia reſpectu ceterorum, qui Deum per ea inhonorant, ac in ipſum auſu temerario manus, oſquè ſuum admovent, ut ſect. 2. §. 1. pag. 25. & ſeq. ſect. 3. §. 2. pag. 56. ac alibi demonſtravimus. „ Verum ſacrificium, „ *Aug. lib. 10. de Civ. c. 6.* omne opus bonum quod „ agitur ut ſanctâ ſocietate inhæreamus Deo, re- „ latum ſcilicet ad illum finem boni, quo veraci- „ ter, boni eſſe poſſimus. Undè & ipſa miſericor- „ dia quâ homini ſubvenitur, ſi propter Deum „ non fit, non eſt ſacrificium. „ Idcircò etſi juxtà eundem ſacrificium Chriſti cruentum, plures habuerit concurrentes ac coöperatores, non ideò multos habuiſſe offerentes & ſatisfacientes cenſendum eſt. Quod eleganter admodum exprimit tract. 7. in epiſt. B Joan. „ Si Pater „ tradidit filium, & tradidit ſeipſum filius, Ju- „ das quid fecit? facta eſt traditio à Patre, facta „ eſt traditio à filio, facta eſt traditio à Judâ. „ Una res facta eſt &c. Videtis quià non quid „ faciat homo conſiderandum eſt, *ſed quo ani-* „ *mo & voluntate faciat &c.* Deus cogitavit „ ſalutem noſtram quâ redempti ſumus, Judas

„ cogi-

„ cogitavit pretium quo vendidit Dominum.
„ Filius ipſe cogitavit pretium quod dedit pro
„ nobis. Judas cogitavit pretium quod accepit
„ ut venderet. *Diverſa ergò intentio diverſa fa-*
„ *cta fecit. Cum ſit una res*: ex diverſis enim in-
„ tentionibus ſi metiamur, unum amandum,
„ alterum damnandum: unum glorificandum;
„ alterum deteſtandum invenimus &c.

13. Idem habet in Pſalm. 93. verſ. ultim:
„ Videte quanta nobis præſtitit, *Deus* de im-
„ maniſſimo ſcelere Judæ traditoris: Judas
„ quippè tradidit ad paſſionem filium Dei, &
„ per paſſionem filii Dei omnes gentes redem-
„ ptæ ſunt ad ſalutem, nec tamen pro ſalute
„ gentium merces reddita eſt Judæ, ſed pro ejus
„ malitiâ debitum ſupplicium ei retributum eſt.
Rom. 8. v. 32. „ Nam ſi traditio Chriſti, & non tradentis ani-
„ mus conſiderandus eſt, hoc fecit Judas quod
„ fecit Deus Pater, de quo ſcriptum eſt, *quià*
„ *filio proprio non pepercit, ſed pro nobis omnibus*
„ *tradidit illum.* Hoc fecit Judas quod fecit ipſe
„ Dominus Chriſtus, de quo ſcriptum eſt, *qui*
„ *ſeipſum tradidit pro nobis oblationem & hoſtiam*
„ *Deo in odorem ſuavitatis*: & iterum, ſic *Chri-*
„ *ſtus, inquit, dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tra-*
Epheſ. 5. v. 2. & 27. „ *didit pro eâ.* Et tamen gratias agimus ipſi filio,
„ qui ſeipſum tradidit pro nobis, *& in eo volun-*
„ *tatem Patris implevit.* Et deteſtatur Judam,
„ de cujus facto nobis tantum beneficium præ-
„ ſtitit Deus, & rectè dicimus, reddidit ei Do-
„ minus ſecundum iniquitatem ejus, & ſecun-
„ dum malitiam ejus diſperdidit eum. Non enim
„ ille pro nobis tradidit Chriſtum, ſed pro ar-
„ gento quo vendidit eum &c. „ Idem repetit
tract. 62. in Joan.

14. Illam doctrinam accuratè ac perpetuò ſecutus eſt Doctor Angelicus, rectè in Miſſæ ſacrificio varias attendens atquè diſtinguens voluntates, quarùm una rectâ intentione, & ob id ſatisfaciat: altera verò tortâ ac defectuosâ, & ideò præceptum non impleat, ad ipſum ſacrificium concurrat. In hunc modum diſcurrit 3. part. quæſt. 82. art. 5. ad 3. „ Eadem „ actio, *inquit*, in quantum fit ex pravâ intentione miniſtri, poteſt eſſe mala: bona autem „ in quantum fit ex bonâ intentione Domini: „ ità benedictio ſacerdotis peccatoris, in quantum ab ipſo indignè fit, eſt maledictione digna, & quaſi infamia, *& non oratio reputatur*: „ in quantum autem profertur ex perſonâ Chriſti eſt ſancta & efficax ad ſanctificandum. „ Undè ſignanter dicitur, maledicam benedictionibus *veſtris*. „. Hoc ipſum animadverterat Hieronymus ſcribens in Iſaïam lib. 1. cap. 1. „ Omnis conventus, *ſunt ejus verba*, qui non „ offert hoſtias ſpiritales: nec audit illud quod „ in quinquageſimo Pſalmo canitur: *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non deſpicit*: abominabilis eſt Deo. Et idcircò jungit & dicit: „ calendas veſtras & ſolemnitates veſtras, *ut non ſuas appellet feſtivitates: ſed eorum qui malè his utuntur*. S. Thom. in ſupplem. quæſt. 36. art. 5. ſed contrà ex Dionyſio.

15. Deniquè Sanctus Thomas agens de ſacrificiò Chriſti cruento, rationem impletionemquè præcepti de eo offerendo, Chriſto ex pio rectoquè animo ipſum acceptanti juxtà ac offerenti concedit; minimè verò ejus nefandis

crucifixoribus victimam illam ſolemnem atque divinam, acceptam refert. ,, Hominis Chriſti, ,, *inquit 3. part. quæſt. 22. art. 2. ad 2.* occiſio po- ,, teſt ad duplicem voluntatem comparari. Uno ,, modo ad voluntatem occidentium: & ſic non ,, habet rationem hoſtiæ, *non enim dicuntur oc- ,, ciſores Chriſti hoſtiam Deo obtuliſſe, ſed gravi- ,, ter deliquiſſe* &c. Alio modo poteſt conſide- ,, rari occiſio Chriſti per comparationem ad vo- ,, luntatem patientis, qui voluntariè ſe obtulit ,, paſſioni:& ex hac parte habet rationem hoſtię. ,, *& 1.2.q.19.a.2.ad 2.*facere aliquid quandò non ,, debet fieri,non eſt velle bonum.,, Item qu. 20. art.6. ad 3. & 3. part. q.64.art.6.ſect 2. §.1.pag. 25. & ſeq. append. 3. num. 8. pag. 104.

16. Tametſi tot ſanctorum patrum teſtimoniis, ac ſcripturarum ſacrarum textibus non eſſemus fuffulti, ſolâ ſanè ratione ducti hanc veritatem facilè videmus ac de eâ convincimur. Quis enim non videat, illum divinæ majeſtati ob ſua peccata iratæ non ſatisfacturum, ſi ad avertenda flagella gravia ſibi impendentia, aut immiſſa, ſacrificium Deo offerre juſſus, ut olim contigit David. 2. Reg. 24. id quidem ageret, ſed per impia ac ſacrilega ſacrificia, non quibus Deus placaretur, ſed magis provocaretur. Eſtnè, putet aliquis, huic opinioni ſubſcripturus regius ille propheta? ipſum, amabo, interrogemus. *Nequaquam* 1. Paral. 21. v. 24. *ità fiet, ſed argentum dabo quantum valet: nequè enim tibi auferre debeo, & ſic offerre Domino holocauſta gratuita.* Videlicet perſuaſus omninò, ſe modis indignis Deum placare non poſſe, atquè à ſæviente in populum plagâ non niſi per bona opera liberari eum eſſe impoſſibile.

17. In

17. In hanc veritatem graviter atquè infeliciter nimis illiſit Saül rex, Davidis in eodem regno prædeceſſor, ob id tantummodò quod intempeſtivè ſacrificium Domino Deo obtuliſſet: undè pro ſuâ in Deum pietate atquè religione præpoſterâ, aliud reſponſum non accepit, nec aliud præmium reportavit ab ipſo Samuële Prophetâ, niſi hoc. *Stultè egiſti, nec cuſtodiſti mandata Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod ſi non feciſſes, jam nunc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſraël in ſempiternum, ſed nequaquam regnum tuum ultrà conſurget* 1. Reg. 13. verſ. 13. *quaſi peccatum*, cap. 15. verſ. 23. *ariolandi eſt, repugnare: & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquieſcere*. Quem locum in hunc modum interpretatur Gregorius. „Quia velut contempto „divino altari, ad aras dæmonum reſponſa percipiunt, *dum cordis ſui præſtigioſis ac ſuperbis adinventionibus credunt, & ſalubribus Prælatorum conſiliis contraria ſentiendo refragantur.* Nolle „autem acquieſcere, idololatriæ ſimile eſſe di„citur: quià nimirum in inobedienti ſuâ ob„ſtinatione nemo perſiſteret, ſi propoſiti ſui „figmentum in corde, quaſi idolum non ge„ſtaret.„ Ecce quem locum habuit in oculis Dei ſacrificium illud.

18. Locum illum etiam atquè etiam penitius inſpiciamus, videamuſquè unà an nobis hodiernis ſacrilegè ſacrificantibus jure merito non competat? nonnè tales tempus ſacrificii antevertunt, qui ipſum ſacrificium contrà legem naturæ, contrà patentem legem divinam ſimul & Eccleſiaſticam Pœnitentiæ prævertunt? aſſignent ſi poſſint, cauſam aliquam quâ

ſuam pallient pretexantquè impietatem, prout ille rex fecit? numquid in ſpeciem cauſa ejus plauſibilis ac religioſa erat, offerre videlicet ſacrificium, propterea quod populus univerſus & perterritus eſſet & dilaberetur? deindè dies ſtatutos, quamvis non integros expectaverat: uno verbo res in ſe & ex objecto bona erat, & tantùm mala quià hic & nunc prohibita: nihilominùs ei dicitur, *ſtultè egiſti, nec cuſtodiſti mandata Dei tui*. Quid igitur, obſecro, diceret idem Propheta, ſi hodiequè eſſet ſuperſtes, nobis ſacrilegis & impiè ſacra facientibus, quibus nulla prorsùs excuſatio apparere poſſit, cum omnem inanem reddat Tridentinum ſeſſ 13. cap. 7. S. Thom. in 4. diſt. 5. qu. 2. art. 2. quæſtiunc. 5. ad 1. Quid non diceret ille incorruptus ſanctuſquè vir, non ſolùm nobis hæc peccata committentibus, ſed & defendentibus? procul tale figmentum, ac præcepti divini eluſio: nè nobis & licentiores & ſceleſtiores contendant etiam Judam, ceteroſquè Chriſti crucifixores, præcepto de Chriſto immolando ſatisfeciſſe, vel eò magis, quod ex eorum facto tantùm bonum toti mundo acceſſerit, & quidam ex ipſis poſteà vehementer fuerint compuncti: *Auguſtinus ſerm. 9. de verb. Apoſt.* „ Non eris, *Auguſt. lib. 2. quæſt. ſuper Exod. cap. 87.* cum pluribus in malitiâ, ne ſe indè quiſquam defendat, quià „ cum pluribus fecit, aut ideò non putet eſſe „ peccatum. „ Videatur S. Thom. in 4. diſt. 9. quæſt. 1. art. 3. quæſtiunc. 3. ad 3. Suppl. quæſt. 36. art. 5. & ſect. 2. §. 3. pag. 47

Minus enim peccaverunt Judæi crucifigentes in terrâ ambulantem, quam qui cõtemnunt in cœlo ſedentem. Auguſt. in Pſal. 68. v. 21. & tr. 5. in Joan. Exod. 23. v. 2.

19. Divinis potiùs inhæreamus oraculis, nec indoſterum ratione fallente moveri ſinamur,

diſtin-

diſtinguente ipſam à ſuâ deformitate ſubſtantiam, eaquè diſtinctione præcepta ludente, ac plus dante ei qui peccavit gravius ac tranſgreſſus eſt, minùs verò dante præceptum omittenti, etſi minùs delinquenti, contrà illud quod docet Chryſoſtomus homil. 72. in cap. 14. Joan. ,, Caïn, *inquit*, melius fuiſſet, ſi nihil omninò ,, obtuliſſet quam deteriora offerendo Deum ,, provocare.,, Item ſerm. 20. in cap. 12. ad Rom. homil. 11. in cap. 6. ad Heb. S. Thom. 1. 2. quæſt. 100. art. 6. Eſſet inſuper contrà illud Auguſtini de decem chordis cap. 4. ,, In pecca- ,, to pari innocentiorem facit virum, non di- ,, vina veritas, ſed humana perverſitas.,, Videatur ſect. 2. §. 1. n. 18. & 19. pag. 39. 40.

20. Si verò victima illa omnium retrò ſæculorum eſt digniſſima? ,, Ideò purâ conſcientiâ, ,, *Alexander Papa diſt. 2. cap. 8. nihil*, Domino ,, offerenda eſt, purâ mente ſumenda, atquè ab ,, omnibus veneranda: & ſicut potior eſt ceteris, ,, ità potiùs excoli, & venerari debet. Non enim, ,, *Hieronymus lib. 2. in Amos 2.* Deus ſacrificio- ,, rum magnitudinem, ſed offerentium merita ,, cauſaſquè dijudicat, Dominus autem non ea ,, quæ offeruntur, ſed voluntatem reſpicit offe- ,, rentium. Cum humili corde, *Aug. in Pſal. 95. ,, verſ. 7.* intra in domum Dei, & cum hoſtia ,, intraſti. Si autem ſuperbus es, inanis intra- ,, ſti &c. qui enim intrant ipſi ædificantur, ipſi ,, ſunt domus Dei.,, Sect. 2. §. 1. num. 15. 16. pag. 37. 38. & append. 2. num. 18. pag. 95.

21. Fruſtrà ergò aliam viam quærimus. *Quia quod ait ipſe Dominus*, Auguſt. ſerm. 8. de verbis Domini *ſacrificium laudis glorificabit*

 me,

me, ibi via eſt, ubi oſtendam illi ſalutare meum. Ubi via? in ſacrificio laudis. Ità, ſed alii duas vias faciunt, unam pro ſubſtantiâ, alteram pro deformitate. *Noli pedem extrà hanc viam mittere. In viâ eſto, noli à viâ recedere. A laude Domini nec unguem move, ne dum pedem, ſi enim volueris ab hac viâ deviare, & pro Domino te laudare, non eris ſalvus ab inimicis tuis, quià de illis dictum eſt, juxtà ſemitam ſcandala poſuerunt mihi. Semita tua*, in Pſal. 139. verſ. 6. *Præcepta Dei ſunt.* Ità ſed; ſemita illa quam nobis indi-
„ cas, ò Auguſtine, admodum ardua eſt, prout ip-
„ ſe veritate devictus, ultrò concedis, tract. 7. videlicet in Joan. his verbis. *Implere legem ex omni parte, ità ut in nullo offendas, difficile eſt.* Ut ut ſit, *noli per aliam viam*, in Pſalm. 36. v. 23. *velle ire, quam per illam quâ ipſe ivit. Dura videtur, ſed ipſa eſt tuta via. Alia fortè delicias habet, ſed latronibus plena eſt. Laudas Deum*, in Pſalm. 39. verſ. 4. *ambulas viam: reprehendis Deum, perdidiſti viam. Si à rectâ*, Serm. 59. de temp. *viâ paululum deviaveris, non intereſt utrum ad dextram vadas, an ad ſiniſtram, cum verum iter amiſeris.* Quandonam ſcivero me eſſe in viâ? *Quando*, Ambroſius lib 6. de Abel & Caïn, *unuſquiſquè ſe offert hoſtiam, & à ſe incipit, ut poſteà munus ſuum poſſit offerre.* At verò ſi id agere recuſaverit? ſacrificium prohibitum ac materiam præcepti negativi ipſi Deo offeret: actio enim ſacrilega præcepti affirmativi materia eſſe nequit, *Nemo*, Auguſtinus in Pſalm. 49. v. ult. *mihi offert hoc ſacrificium laudis, & malus eſt. Non dico non hoc mihi offerat malus, ſed nemo mihi hoc offert malus.* Si non offert, ergò nec ſatis-

ſatisfacit, ut res eſt evidens. Videatur ſuprà num. 12. & ſect. 2. §. 1. num. 14. pag. 36. & num. 19. pag. 39. S. Thom. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 3. art. 2. quæſtiunc. 1. O. & cap. Hinc 1. & Sacerdotes 2. diſt. 49. Aug. in Pſal. 115. v. ult.

§. V.

De Horis Canonicis.

DICES obligatus ad horas Canonicas, quamvis eas in peccato mortali recitet, ſatisfacit præcepto Eccleſiæ de horis recitandis, & tamen ille non aſſequitur finem orationis. Ergò &c.

1. Reſpondeo 1. objectionem nimium probare, videlicet poſſe aliquem abſquè peccati mortalis periculo extrà ſtatum gratiæ communicare; quod ne quidem Adverſarius admiſerit. Hæc reſponſio locum habet in variis ſimilibus objectionibus, adeoquè benè notanda eſt. Non enim ſequitur, Venerabili Sacramento debetur ſumma reverentia, ergò & debetur rei alteri cuicumquè, ſunt hîc rationes ſpeciales & authoritates magni momenti, quæ non conveniunt ſtatim omnibus aliis, ut tamen aliquid ſuper hoc non prorsùs incongruè reponatur.

2. Reſpondeo 2. diſtinguendo antecedens: qui horas recitat cum peccato, hoc eſt, qui toto tempore vel majori parte recitationis horarum voluntariè diſtrahitur, volvendo turpia, medi-

me, ibi via eſt, ubi oſtendam illi ſalutare meum. Ubi via? in ſacrificio laudis. Ità, ſed alii duas vias faciunt, unam pro ſubſtantiâ, alteram pro deformitate. *Noli pedem extrà hanc viam mittere. In viâ eſto, noli à viâ recedere. A laude Domini nec ungüem move, ne dum pedem, ſi enim volueris ab hac viâ deviare, & pro Domino te laudare, non eris ſalvus ab inimicis tuis, quià de illis dictum eſt, juxtà ſemitam ſcandalâ poſuerunt mihi. Semita tua*, in Pſal. 139. verſ. 6. *Præcepta Dei ſunt.* Ità ſed; ſemita illa quam nobis indi-
,, cas, ô Auguſtine, admodum ardua eſt, prout ip-
,, ſe veritate devictus, ultrò concedis, tract. 7. videlicet in Joan. his verbis. *Implere legem ex omni parte, ità ut in nullo offendas, difficile eſt.* Ut ùt ſit, *noli per aliam viam*, in Pſalm. 36. v. 23. *velle ire, quam per illam quâ ipſe ivit. Dura videtur, ſed ipſa eſt tuta via. Alia fortè delicias habet, ſed latronibus plena eſt. Laudas Deum*, in Pſalm. 39. verſ. 4. *ambulas viam: reprehendis Deum, perdidiſti viam. Si à rectâ*, Serm. 59. de temp. *viâ paululum deviaveris, non intereſt utrum ad dextram vadas, an ad ſiniſtram, cum verum iter amiſeris.* Quandonam ſcivero me eſſe in viâ? *Quando*, Ambroſius lib 6. de Abel & Caïn, *unuſquiſquè ſe offert hoſtiam, & à ſe incipit, ut poſteà munus ſuum poſſit offerre.* At verò ſi id agere recuſaverit? ſacrificium prohibitum ac materiam præcepti negativi ipſi Deo offeret: actio enim ſacrilega præcepti affirmativi materia eſſe nequit, *Nemo*, Auguſtinus in Pſalm. 49. v. ult. *mihi offert hoc ſacrificium laudis, & malus eſt. Non dico non hoc mihi offerat malus, ſed nemo mihi hoc offert malus.* Si non offert, ergò nec

ſatis-

ſatisfacit, ut res eſt evidens. Videatur ſuprà num. 12. & ſect. 2. §. 1. num. 14. pag. 36. & num. 19. pag. 39. S. Thom. in 4. diſtinct. 15. quæſt. 3. art. 2. quæſtiunc. 1. O. & cap. Hinc 1. & Sacerdotes 2. diſt. 49. Aug. in Pſal. 115. v. ult.

§. V.

De Horis Canonicis.

DICES obligatus ad horas Canonicas, quamvis eas in peccato mortali recitet, ſatisfacit præcepto Eccleſiæ de horis recitandis, & tamen ille non aſſequitur finem orationis. Ergò &c.

1. Reſpondeo 1. objectionem nimium probare, videlicet poſſe aliquem abſquê peccati mortalis periculo extrà ſtatum gratiæ communicare; quod ne quidem Adverſarius admiſerit. Hæc reſponſio locum habet in variis ſimilibus objectionibus, adeoquè benè notanda eſt. Non enim ſequitur, Venerabili Sacramento debetur ſumma reverentia, ergò & debetur rei alteri cuicumquè, ſunt hîc rationes ſpeciales & authoritates magni momenti, quæ non conveniunt ſtatim omnibus aliis, ut tamen aliquid ſuper hoc non prorsùs incongruè reponatur.

2. Reſpondeo 2. diſtinguendo antecedens: qui horas recitat cum peccato, hoc eſt, qui toto tempore vel majori parte recitationis horarum voluntariè diſtrahitur, volvendo turpia, medi-

tando vindictam &c. (de quo Sylvius in ſuis reſolutionibus V. oratio & Suarez lib. 3. de oratione vocali in communi cap. 4. num. 13. in fine) ſatisfacit præcepto de horis recitandis, nego. Qui horas recitat cum peccato, hoc eſt, dum eas legit, non eſt in ſtatu gratiæ, ſed eſt in peccato mortali habituali: nihilominus minimè attendens aut reflectens ad ſtatum in quo eſt, Deum vult orare, & quidem cum attentione & reverentiâ, ſic ſatisfacit, concedo. Ratio hujus eſt, quod oratio perfectionem ſibi intrinſecam habere poteſt abſquè charitate & gratiâ, ac per conſequens finem ſuum proximum obtinebit: qui juxtà S. Thomam 2. 2. qu. 83. art. 3. eſt, Deo reverentiam exhibere, ſe ei ſubjiciendo, ac profitendo ſe eo indigere, velut bonorum omnium authore, & quæſt. 81. art. 6. O. Videatur & quæſtione 83. art. 16. & Covarruvias capite Alma mater part. 1. §. 5. numero 2.

3. Aliud eſt igitur peccatorem habitualiter, orationes ad Deum fundere; aliud peccantem actu, id reipsâ agere: prout clarè diſtinguunt Sancti Patres, dum docent Deum orationem vocalem non tantùm quærere, peccatores Deum non orare, laudare, ſed eos cor ſuum dirigere atquè intendere in ea quæ optant & verſant in animo. *Si fueris iniquus*, Auguſtinus in Pſal. 49. verſ. 19. *& perſeverans in illa iniquitate, non dico tibi, non proderit laus, ſed non me laudas, laudem iſtam non deputo.* In Pſalm. 61. verſ. 5 *honorant, laudant, prædicant, ſed ore ſuo benedicebant. Non attendo ad hos, novit ille qui me inſtruxit, corde ſuo maledicebant.*

Idem

Idem habet in Pſalm. 85. verſ. 5. *Quid eſt, quod dicit multis locis ſcriptura, quià invocabunt, & non exaudiam eos? certè miſericors omnibus invocantibus ſe, niſi quià quidam invocantes non ipſum invocant: de quibus dicitur, Deum non invocaverunt: invocant, ſed non Deum. Invocas quidquid amas, invocas quidquid in te vocas, invocas quidquid vis ut veniat ad te.*

In Pſalm. 134. verſ. 6. „ Non enim verba à te „ quærit Deus, ſed cor &c cor quærit, cor in-„ ſpicit, intùs teſtis eſt, judex, approbator, ad-„ jutor, coronator &c. corde laudas, corde „ benedicis, corde in aram conſcientiæ victi-„ mas ſacras imponis. „ Pſalm. 30. v. 1. Pſal. 55. v. 10. & 11. Hieron. in cap. 2. Malach.

4 S. Thomas apertè eum tranſgreſſorem declarat, qui in oratione præceptâ voluntariè diſtrahitur. Ità docet in 4. diſtinct. 15 quæſt. 4. art. 2. quæſtiunc. 4. O. „ Attentio, *ſunt ejus* „ *verba*, actualis requiritur ad orationem ali-„ quo modo, *vel ad evitandam tranſgreſſionem,* „ *quæ eſt in illâ oratione, quæ eſt in præcepto:* vel „ ad meritum in illâ quæ non eſt in præcepto. „ *Ad* 2. quandò aliquis ex propoſito mentem „ ad alia diſtrahit in orando (tunc enim ſinè „ culpâ non eſt, præcipuè ſi in aliis ſpontè ſe „ occupat quæ mentem diſtrahunt, ſicut ſunt „ exteriora opera) *& ſi ad contrarium mens evagetur, etiam culpa mortalis erit.*

Hæc Angelici Doctoris ſententia ſingularitatis ſugillari non poteſt; cum & ſcripturam ſacram & rationem ipſam habeat apertè ſibi faventem. Primum quidem elicitur ex Matth. 15. verſ. 8. *Populus hic labiis me honorat: cor autem*

eorum

eorum longè eſt à me. Joan. 4. verſ. 23. *venit hora, & nunc eſt, quandò veri adoratores adorabunt Patrem in ſpiritu & veritate. Nam & Pater tales quærit, qui adorent eum. Spiritus eſt Deus: & eos qui adorant eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare.* 1. Corinth. 14. verſ. 15. *orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente.*

5. Huic veritati adſtipulatur Hieronymus, relatus cap. Cantantes diſtinct. 92. „ Cantan„tes, *inquit*, & pſallentes in cordibus veſtris „Domino. Audiant hæc adoleſcentuli: au„diant ii, quibus pſallendi in Eccleſiâ officium „eſt: Deo non voce, ſed corde cantandum &c. „deprecati, *Auguſtinus in Pſal. 18. expoſit. 2.* „Dominum, ut ab occultis noſtris mundet nos, „& ab alienis parcat ſervis ſuis, quid hoc ſit, „intelligere debemus, ut humanâ ratione, non „quaſi avium voce cantemus. Nam & meruli „& pſittaci & corvi & picæ & hujuſcemodi „volucres ſæpè ab hominibus docentur ſonare „quod neſciunt. Scienter autem cantare, non „avi, ſed homini divinâ voluntate conceſſum „eſt &c. nos autem qui in Eccleſiâ divina elo„quia cantare didicimus, ſimul etiam inſtare „debemus eſſe quod ſcriptum eſt, beatus po„pulus qui intelligit jubilationem. Proindè „chariſſimi quod conſonâ voce cantavimus, „ſereno etiam corde noſſe ac videre debemus. „Et *in Pſalm. 118. Concion. 29.* clamor ad Do„minum qui fit ab orantibus, ſi ſonitu corpo„ralis vocis fiat, non intento ad Dominum „corde, quis dubitet inaniter fieri. „ Serm. 161. de temp. „ Loquitur, *Laurentius Juſtinianus* „*lib.*

„*lib. de diſciplinâ monaſticâ cap. 17.* & ignorat „cui, clamat voce, nec ſeipſam intelligit, nec „percipit quid dicat, nam totaliter extrà ſe „evecta, atque velut amens effecta, adverſum „ſe Deum provocat vehementer.„ Et lib. de gradibus perfectionis cap 13. Videantur alii Sancti Patres apud Suarem lib. 3. de oratione vocali in communi cap. 4. & apud Sinnichium Saül exrex cap. 107. §. 402. Quod ratio etiam ſuffragetur, oſtendetur num. 10. infrà.

6. Petes quarè dici non poteſt, Eccleſiam à ſuis clericis ſub præcepto gravi dumtaxat exigere, ut horas recitent, relinquendo in eorum arbitrio & prudentiâ ipſammet devotionem? ratio hujus eſſe poterit, ad videlicet obviandum plurimis peccatis in horarum lectione ferè committi ſolitis: & aliundè benè pii & devoti nullo bono fraudabuntur, ut potè qui eas ſint religiosè, & ut par eſt, recitaturi: vel eò magis hoc concedendum videtur, quod non ſit apud Theologos planè indubitatum, Eccleſiam poſſe actus merè internos præcipere, qualis haud dubiè eſt illa attentio & intentio interna. Poſtremò ex ſententiâ oppoſitâ ſequeretur voluntariè diſtractum in oratione liberâ minimè peccare, cum tunc orare deſinat, non enim adhibet devotionem orationi intrinſecam & ſubſtantialem.

Reſpondeo hactenus dicta modificationem illam non admittere. Præcepta enim Dei & Eccleſiæ actum bonum & virtutis poſtulant, ut viſum eſt ſect. 3. §. 1. pag. 52. & ſect. 4. §. 1. num. 3. pag. 69. §. 2. num. 13. pag. 80. & append. 3. num. 24. pag. 116. 117. &c. Fruſtrà verò & abſque

abſque fundamento illa reſtringuntur ad præcepta naturalia, cum utraquè ad charitatem ordinentur, ut indicat S. Thom. in 4. diſt. 17. quæſt. 3. art. 3. quæſtiunc. 4. ad 5. „Nec in „hoc, *inquit*, tranſgreditur aliquis præceptum „Eccleſiæ, quià præcepta juris poſitivi non ſe „extendunt ultra intentionem præcipientis, „quæ eſt finis præcepti: hæc autem eſt charitas ſecundùm Apoſtolum.

7. Prætereà juxtà ejus principia res fit evidens. Docet enim præcepta poſitiva eſſe ordinariè juris naturalis determinativa. Videat, ſi placet, varia loca citata ſect. 4. §. 1. num. 3. in fine, pag. 71. & 1. 2. quæſt. 99. art. 3. ad 2. art. 4. qu. 100. art. 8. ad 3. & 2. 2. qu. 88. art. 10. ad 2. qu. 122. art. 1. ad 2. in 4. diſt. 17. qu. 3. art. 2. quæſtiunc. 2. ad 1. Cum verò ex jure naturali, veras atquè ad religionis virtutem pertinentes preces teneamur ad Deum dirigere, ut omnes fateri debent: ideò rectè deducitur preces ab Eccleſiâ præceptas, tales eſſe oportere. Confirmatur prætereà ex illo quod habet lib. 4. ad Hannib. diſt 33. art. 4. O. „Ex præcepto juris „naturalis tenetur homo ad hoc quod aliquandò rebus divinis vacet, ut patet ex tertio præ„cepto decalogi. Sed determinatio temporis „ad quod quis tenetur, dependet ex jure poſi„tivo, ſivè ſit divinitùs inſtitutum, ſicut ob„ſervatio ſabbati in veteri lege, ſivè ab homi„ne, ſicut feſta quæ Eccleſia inſtituit cele„branda.

8. Probatur etiam ex doctrinâ quam tradit in 4. diſt. 15. qu 4. art. 1. quæſtiunc. 3. O. in illo enim articulo tres adducit ad orationem obligatos,

obligatos, videlicet Clericos; deindè unumquemquè in particulari ob neceſſitates proprias aut proximi graves, ob quas ad Deum recurrendum ſit; poſtremò populum ad officia divina certis temporibus evocatum. Sed cum reſpectu eorum qui ob ſuas vel aliorum urgentes neceſſitates, ad Deum per orationem confugere debent, alia intelligi non poteſt oratio, niſi propriè dicta, & ut eſt actus virtutis: ità & reſpectu ceterorum, hoc eſt, tam clericorum quam ipſius populi; cum contextus, ne quidem in ſpeciem, alterius acceptionis indicium ſubminiſtret, imò exempla ibidem ſubjuncta maniſeſtè contrarium evincant. Verba ſubnecto.
„ Determinatè quidem ad aliquas orationes ex
„ præcepto tenentur illi, qui ex officio ſunt
„ medii inter Deum & populum conſtituti, ſi-
„ cut ſunt miniſtri Eccleſiæ: undè ex officio eis
„ incumbit preces ad Deum in perſonâ totius
„ Eccleſiæ fundere, & ideò ex ſtatuto Eccleſiæ
„ tenentur ad horas canonicas dicendas. Sed
„ indeterminatè ad orationem quilibet tenetur
„ ex hoc ipſo quod charitatis præcepto tenetur
„ proximum ſicut ſeipſum diligere, tenetur
„ ei in neceſſitate beneficus eſſe, non ſolùm
„ per corporales Eleëmoſynas, ſed etiam
„ per ſpirituales, quarum una eſt oratio, ut
„ prius dictum eſt: ſed omnibus etiam qui Ec-
„ cleſiæ miniſterio non funguntur, videtur ab
„ Eccleſiâ determinatum tempus orandi ſtatu-
„ tum eſſe, cum ex canonum ſtatuto teneantur
„ diebus feſtis, divinis officiis intereſſe, ut mi-
„ niſtris pro populo orantibus, *ſuam intentionem conforment*. „ Senſu autem obvio jam dicto

eſſe intelligenda ſubjuncta exempla, patet ex 2. 2. quæſt. 32. art. 5. O. art. 6. in fine corp. & ad 2. & 3. append. 2. num. 7. & ſequent. pag. 89. Fruſtrà ergò adhibetur aliqua modificatio pro præceptis Eccleſiæ. Videat, ſi placet, ibidem num. 15. pag. 93. Deindè ut rectè advertit Bernardus lib. de præcept. & diſpenſ. cap. 12. „Sivè Deus, ſivè homo Vicarius Dei, mandatum quodcumquè tradiderit, pari profectò „obſequendum eſt curâ; pari reverentiâ deferendum. Statutum Eccleſiæ, *S. Thom. in 4. diſt.* „*15. q. 3. art. 1. q. 4. ſed contrà*, obligat per modum præcepti, ſicut præceptum Dei, quià „Dominus diſcipulis ſuis dixit: *qui vos audit*, „*me audit*; ſed ad illud jejunium obligamur ex „ſtatuto Eccleſiæ. Ergò cadit ſub præcepto. „*Et 2. 2. quæſt.* 88. *art. 10. ad 2.* Sicut ex jure „naturali & præcepto divino tenetur homo implere votum; ità etiam tenetur ex iiſdem „obedire ſuperiorum legi vel mandato.„ Art. 2. O. ad 3. append. 3. num. 24. pag. 116. & ſeq. Item propoſitiones 10. & 11. inter 65. quas confixit Innocentius XI.

9. Hoc totum tum ratione, tum authoritate plurimâ fretus, fusè ac eruditè proſequitur Suarez, lib. 4. de horis canonicis cap. 26. n. 13. „Per hoc præceptum, *ſunt ejus verba*, obligatur homo ad orandum, cum ſeptem horas canonicas recitat, ſed ſi nullo modo attendit, „non orat: ergò non implet præceptum. Minor patet, quià ſuprà probatum eſt, attentionem eſſe de ſubſtantiâ orationis vocalis, & „ſimpliciter neceſſariam ad eſſe illius. Confirmatur, quià ſi quis voto ſe obliget ad oran-

„dum

„ dum horas canonicas, non ſatisfaciet dicendo „ illas ſinè ullâ attentione, ſed non minùs efficax eſt præceptum Eccleſiæ, ergò &c. Item „ num. 14. verumtamen hæc reſponſio multa „ falſa continet. Primum eſt, Eccleſiæ præceptum de recitandis horis non eſſe præceptum „ de orando verè & propriè, ſed eſſe de legendis illis pſalmis & lectionibus, ac ſubindè „ quocumquè modo & quacumquè intentione „ legantur, ſatisfieri præcepto, nam hoc evidenter eſt contrà intentionem Eccleſiæ, ut „ conſtat ex omnibus, quæ de his horis ſuprà „ adduximus, nam potiùs ex inſtitutione ſuâ „ vocantur horæ orandi, ſeu orationis ſolemnis, juxtà illud Actor. 3. *ad horam orationis* „ *nonam*, undè etiam hæc recitatio officium „ divinum, vel Eccleſiaſticum, vel officium „ pſallendi appellatur, ut c. ult. d. 92. Quis „ autem dicat meram lectionem, aut cantilenam, quocumquè modo, & intentione factam, eſſe divinum officium, aut Eccleſiaſticum &c. nullâ ergò probabilitate cogitari „ poteſt, per hoc præceptum non præcipi veram & propriam orationem. „ Videatur S. Thom. in 4. diſt. 5. qu. 2. art. 2. quæſtiunc. 2. ad 1. & 2.

10. „ Multò autem improbabilius, *inquit* „ *num 15.*, eſt fundamentum, nimirum quod „ Eccleſia non poſſit fidelibus præcipere, ut „ verè & propriè, & ex corde orent. Eſt enim „ contrà totius Eccleſiæ conſuetudinem, & „ contrà omnem rationem & pietatem: nam „ vera oratio eſt ſæpè neceſſaria, vel Eccleſiæ, „ alicui fideli; cur ergò neganda eſt Eccleſiæ „ poteſtas,

„ poteſtas, ut poſſit ſibi, vel ſuis ſubditis de „ hoc remedio, vel de hoc divino cultu efficaciter providere ? deindè ſi hoc non poteſt, „ certè nec præcipere poterit, ut miſſam audiant, quià miſſam audire non fit ſinè actu „ interiori. Nec etiam poterit præcipere verè „ & ſacramentaliter confiteri ; quià etiam ad „ hoc eſt neceſſarius internus actus &c. hoc „ modo præcipit orationem vocalem, ut vera „ oratio eſt, & illam præcipiendo conſequenter ex vi talis præcepti naſcitur obligatio ad „ attendendum &c. ſi ipſi non orant, quomodò per eos orat Eccleſia ? nam oratio non dicit habitum, ſed actum, & ideò ſi nullus in „ Eccleſiâ actu orat tali tempore, fieri non poteſt „ ut in illo eodem tempore Eccleſia oret &c. „ Legatur totus paragraphus, item lib. 3. de oratione vocali in communi cap. 4. & lib. 4. de horis canonicis cap. 14. ubi benè oſtendit non eſſe hîc ponenda duo præcepta, unum videlicet affirmativum, alterum negativum, ſed eſſe unicum. Cap. 15. num. 10. probat ibidem, quandoquè reperiri circumſtantiam, quæ ſit de ſubſtantiâ præcepti, ſed non rei præceptæ. Cap. 16. num. 3. cap. 26. num. 7. & ſequent. de his egimus ſect. 2. §. 1. num. 20. pag. 41. §. 2. pag. 43. ſect. 4. §. 2. num. 2. pag. 73. append. 2. num. 19. pag. 96. append. 3. num. 28. pag. 120. §. 3. num. 2. pag. 124.

21. Ab hac obligatione eximunt nonnulli ipſos manſionarios, ſivè vicarios, qui beneficiati non ſunt, ſed ob vocis præſtantiam ac cantus peritiam ad horas omnes in choro decantandas ſtipendio ſunt conducti, ſed hoc non eſt

abſquè

abſquè difficultate : cum enim illi ad ſupplendas tum Canonicorum, tum aliorum vices ſint aſſumpti, ideoquè in eorum munus ac obligationem ſuccedunt; & ob id ad illam ipſam devotionem adſtringuntur. Aliàs niſi hoc concedatur, plerumquè accidet, ut Eccleſiæ pſalmodiis phariſaïcis Deo ſatisfaciant; enimverò non rarò contingit in choro præter ſuprà dictos, alium neminem reperiri qui horas perſolvat, quod ſanè rationi videtur abſonum. Certè nemo eſt qui mediante largiore Eleëmoſynâ ſibi vellet applicari opera hypocritica & vana, ſed indubiè bona, Deo grata atquè ſuæ ſalutis promotiva pro ſe fieri mediante illo liberaliori donario prætendit, ut ex Auguſtino ſuprà §. 4. num. 1. oſtendimus.

12. Sanè quod ad modum officii divini inter ſuprà dictos obeundi attinet, nullam mihi poſſum effingere differentiam : nequè Patres Tridentini præſentem quæſtionem, etſi ex alio capite, examinantes, ullum diſcrimen inſinuavêre, imò potius eandem in utriſquè ſuppoſuerunt, ut rectè colligi videtur ex ſeſſ. 24. cap. 15. de reform. ubi ità loquuntur. „ Omnes verò „ *divina* per ſe, & non per ſubſtitutos compel-„ lantur obire officia &c. atquè in choro ad „ pſallendum inſtituto, hymnis & canticis Dei „ nomen reverenter, diſtinctè, devotequè lau-„ dare &c.„ Concilium in eo ſiquidem loco, officium in choro decantandum, tam divinum appellat quod per vicarios perſolvebatur, & perſolvendum adhuc per illos ventilabatur, quam illud ipſum quod per Canonicos, alioſquè earumdem Eccleſiarum beneficiatos vult

in poſterum celebrari, neque quoad hoc difficultas erat, aut diſſenſio. Si ergò divinum officium, quod per beneficiatos poſtulat deinceps publicè obeundum, in ſenſu proprio ac obvio ſit intelligendum; ità pariter reſpectu vicariorum ſumendum eſt. Gratis contrarium contenditur, ubi enim jus non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus. Videatur ſect. 2. §. 1. pag. 25. append. 1. pag. 88. num. 3. & ſequent. append. 3. num. 24. pag. 116. &c.

13. Confirmatur ex ſeſſ. 21. de reform. ubi ad quid inſtituta ſint beneficia præmonet atquè eorum munia in omnibus eſſe exolvenda mandat. Sed illa numquam à beneficiatis aut eorum ſubſtitutis implebuntur, niſi per opera bona & virtuoſa, ergò de illis & non de ſimulatis ac vanis eſt accipiendum. Verba ſubjungo. „ Cum beneficia, *ait cap. 3.* ad divinum cultum „ atquè Eccleſiaſtica munia obeunda ſint conſti- „ tuta, nè quâ in parte minuatur divinus cul- „ tus, ſed ei debitum omnibus in rebus obſe- „ quium præſtetur, ſtatuit ſancta Synodus &c. „ Ut etiam, *Cap. 5.* Eccleſiarum ſtatus, ubi ſacra „ Deo officia miniſtrantur &c. „ Tria aut quatuor hiſcè capitibus proponuntur. 1. Quod beneficia juxtà ſuam inſtitutionem ſint ad divinum cultum ordinata. 2. Quod cultus divinus beneficiis annexus ſit per omnia adimplendus. 3. Statuendas eſſe quotidianas diſtributiones, ut majori diligentiâ per ea ſacra officia Deo inſerviatur, decernit.

14. His ità ſuppoſitis, facilè unuſquiſque videt Concilium agere de cultu vero ac propriè dicto, cum ea quæ recenſet & docet, non poſ-

ſint alteri applicari. Orationes enim vanæ, otioſæ, & peccaminoſæ, non ſunt cultus divinus, ac officium ſacrum, neque ad divinum cultum ordinantur, nec ei ſubſerviunt, imò ipſum deſtruunt: ergò beneficiati ſivè per ſe, ſivè per alios tales orationes fundant, non poſſunt dici ſatisfacere Concilio, neque beneficiorum fini, officia ſacra ad divinum cultum pertinentia, & quibus Deo miniſtretur, depoſcenti. Ut omittam, videri parùm juſtum, diſtributiones quotidianas ſtatuere, è proventibus beneficiorum, aliarumque piarum fundationum detrahendas, ſi ad preces veras, & quibus Deus laudetur, & intentio Eccleſiæ & fundatorum obtineatur, non teneantur ii qui officium divinum faciunt in Eccleſiâ. An fortè quià beneficiati illud per ſeipſos non obeunt, ſed ſolummodò per vicarios, ideò minùs debent coram Deo? quaſi verò dominus ſua debita perſolvere prætendens, non æquè benè ac verè id facere tenetur, ſivè per ſe, ſivè per alium ſatisfaciat.

15. Quamvis, lector benevole, hactenus dicta ſufficienter probaſſe videantur, preces cum diſtractionibus voluntariis factas, non eſſe orationes, niſi inutiles, vanas ac peccaminoſas; quià tamen adverſæ partis authores eas tutantur ut preces, (etſi venialiter peccaminoſas,) proptereà quod taliter orans, nonobſtante converſione ad res frivolas prorsùs deliberatâ, adhuc cum Deo ſaltem virtualiter, inquiunt, velit agere, adeoque piè ac religiosè certo ſenſu orare dici poteſt. Ideò in re quotidianâ, toties recurrente, ac tanti momenti, omninò arbitra-

tus ſum neceſſarium eſſe, rurſùs variis authoritatibus ac ratione ipsâ, contrarium demonſtrare, nec non phariſaïſmum tam è cordibus Eccleſiæ miniſtrorum, quam è choris Eccleſiarum, ab iſtis authoribus toleratum eliminare. Legatur Suarez lib. 4. de horis Canonicis cap. 26. num. 13. in fine.

16. Probatur ergò 1. ex ſanctis Patribus, precum ſimilium vanitatem ac inutilitatem prædicantibus, ac eas non eſſe Dei laudes aſſerentibus. „ Laudatio, *Auguſtinus in Pſalmum 146. verſu primo* impiorum offendit „ Deum: plus ille attendit quid vivas, quam „ quid ſones. Certè cum eo quem laudas; pacem habere vis. Quomodò cum illo quæris „ pacem, quandò à te diſſonas. Magni inter- „ eſt, *in Pſal. 118. verſ. 37. conc. 12.* cum aliquid „ boni facimus, cujus rei contemplatione faciamus &c. præcipiens de eleëmoſynis, *de* „ *orationibus*; de jejuniis, ubiquè id admonuit, „ ne aliquid eorum propter gloriam hominum „ fiat &c. ubi finem poſuit, hoc eſt in gloriam „ Dei. Hoc *debemus* quando aliquid boni facimus intueri &c. ſi vanum eſt propter hominum laudes bona facere; quantò vaniùs propter adipiſcendam pecuniam, vel augendam, „ ſivè retinendam. „ Item in Pſalm. 49. v. 16. in Pſalm. 102 verſ. 20.

17. „ Si autem, *ait S. Thomas 2. 2. quæſt. 83.* „ *art. 13. O.* prima intentio deſit, oratio nec „ meritoria eſt, nec impetrativa. Illam enim „ orationem Deus non audit, cui ille qui orat „ non attendit, ut Gregorius dicit. Laus oris, „ *Quæſt. 91. art. 1. ad 2.* inutilis eſt laudanti, ſi

„ ſit

„ ſit ſinè laude cordis: *Sed tunc loquitur Deo laudem, dum magnalia operum ejus recogitat cum affectu.* „ Videatur art. 2. ad 2. & quæſt. 85. art. 3. O. & ad 1. art. 4. in concluſ. & corp. quæſt. 88. art. 2. 12. Suarez lib. 4. de horis Canonicis cap. 14 num. 11 12. cap. 26. num. 6. & 17. Leſſius de jure & juſtitiâ lib. 2. cap. 27. dubit. 11. num. 65. append. 3. num. 24. pag. 116.

18. Probatur 2. ex iiſdem Eccleſiæ columinibus, præceptorum tum neceſſitatem, tum utilitatem extollentibus. Quæ juxtà principia adverſariorum vera non ſunt, præcepta enim ſecundùm ipſos, ſolam ſubſtantiam attingunt, illa autem ut ſic præciſa, ſunt indifferentia ad bonitatem aut malitiam recipiendam, ut ſect. 2. §. 1. num. 12 pag. 35. & append. 2. num. 3. pag. 88. &c. num. 16. pag. 94. declaravimus. „ Si autem, *Aug. epiſt. 20* præcepta non eſſent, „ non utiquè eſſet ubi ſe homo certius inſpice- „ ret & videret, undè averteretur, quò conaretur, „ quarè gratularetur, *quid precaretur.* Magna „ eſt ergò utilitas præceptorum, *ſi libero arbitrio tantùm detur, ut gratia Dei ampliùs honoretur.* Dominus ſum, *de verbis Domini ſerm. 34.* „ & tu ſervus. Hæc tota cauſa eſt, ſi parva eſt, „ dedignaris eſſe ſervus. Quid autem tibi expe- „ dit, niſi eſſe ſub Domino &c. Perfectio charita- „ tis, *Lib. de perfectione juſtitiæ cap. 8.* homini in „ hac vitâ præcipitur: quiâ non rectè curritur, „ ſi quò currendum eſt, neſciatur. Quomodò „ autem ſciretur, ſi nullis præceptis oſtende- „ retur? „ Apud S. Thom. 2. 2. qu. 181. art. 3. ad 2. & quæſt. 44. art. 6. ad 3. videat, ſi placet, append. 2. num. 7. & ſequent. pag. 89.

19. Probatur 3. Sancti Patres pro præcavendis hominum peccatis, nimis ſæpè ab eis committi ſolitis, ad præceptorum modificationem, ac quodammodò indeterminationem recurrendum minimè cenſuerunt, ut faciunt Authores nobis adverſi: ſed aliam viam inière. Scilicet ad hominem non pertinere curioſiùs inquirere, cur Deus etiam leges ferat, dum earum prævaricationem prævidet: ob id, quod pauci tale quid noverint, imò ii ſoli quibus ipſe voluerit revelare. Ad retundendam interim hominis cervicem ſuis juſſis plerumquè refractariam, & circà hoc plus æquò curioſam; ſatis eſſe, reſpondere hominem meminiſſe debere, ſe ſervum ac ſubditum eſſe: illum autem, qui leges ac præcepta dat, Deum eſſe, qui nihil jubet quod poſſibile ac juſtum non ſit (idem dic de præceptis Eccleſiaſticis) & ipſimet homini magnoperè utile.

„ Quamquam; *Auguſtinus in Pſalm. 118.*
„ *concion. 11. verſ. 33* etiam ut ſciatur lex quo-
„ modò ſcienda eſt, id eſt, ut intelligatur quid
„ ſibi velit, quarè ſit eis poſita, qui eam non
„ erant ſervaturi, quidquè habeat utilitatis
Rom. 5. „ etiam hoc ipſum quod *lex ſubintravit ut abun-*
„ *daret delictum*, nemo comprehendit, *niſi à*
„ *Domino acceperit intellectum &c.* Te illa. *Con-*
„ *cion. 17. verſ. 66.* credidi mandaſſe, qui Deus
„ es, & homini donas undè facias eum facere
„ quod mandas. In omnibus ſcripturis, *Serm.*
„ *61 de temp.* Deus tibi dicit, quia potes. Tu
„ è contrario reſpondes non poſſe. Conſidera
„ nunc utrum tibi, an Deo debeat credi. Et
„ ideò quià veritas mentiri non poteſt, jam va-

„ nas

Digitized by Google

„ nas excuſationes ſuas relinquat humana fragilitas, quià nec impoſſibile aliquid potuit imperare, qui juſtus eſt: nec damnaturus eſt hominem pro eo quod non potuit vitare, qui pius eſt. Servum pigrum *Serm. 2. de verb. Dom. in Matth.* non damnaret, ſi ea quæ fieri nullo modo poterant, imperaret. „ Ibi ergò hæreamus. Rom. 12. verſ. 16.

20. Difficultatem ſuprà factam ſibi objicit S. Thom. 2. 2. qu. 88. art. 4. ad 2. eamquè in hunc modum ſoluit. „ Quandò periculum naſcitur (*agit de voto*) ex ipſo facto: tunc factum illud non eſt expediens, puta, quod aliquis per pontem ruinoſum tranſeat fluvium. Sed ſi periculum immineat ex hoc quod homo deficit ab illo facto, non deſinit propter hoc eſſe expediens &c. alioquin oportet ab omnibus bonis ceſſare, quæ etiam per accidens, ex aliquo eventu poſſunt eſſe periculoſa. „ Unde dicitur Eccleſ. 11. *Qui obſervat ventum, non ſeminat; & qui conſiderat nubes, nunquam metet.*

21. Probatur 4. nihil magis, nihilquè frequentiùs inculcat Divus Auguſtinus, quam ad gratiam confugiendum eſſe, atquè per orationem aliaquè bona opera auxilium divinum implorandum eſſe, ſi legem Chriſtianam ſervare velimus. Jam autem ad quid idem toties repetere, ſi ipſam etiam per actus peccaminoſos implere poſſumus. Deindè quæ cauſa ità excandeſcendi in malè precantes, ac in eos vehementius inſurgendi, ſi rem præceptam poſuerint, ac in eâ ſervandâ ſolummodò venialiter peccaverint. „ Nihil eſt enim, *in Pſal. 85. v. 3.* „ ſtultius, quam ſi ſeipſum quiſquè palpet atquè

„ ſeducat &c. quis enim eſt fratres mei homo „ cum quo ſi amicus ejus cœperit colloqui, & „ noluerit ille reſpondere collocutionibus ejus, „ & viderit eum averti à ſe, & aliud loqui ad „ alium, quis hoc ferat? aut ſi fortè interpellas „ judicem, & conſtituas eum loco ut te audiat, „ & ſubitò cum ad eum loqueris, dimittas eum, „ & incipias fabulari cum amico tuo, quandò „ te tolerat? & tolerat Deus tot corda precan-„ tium, & diverſas res cogitantium, omitto „ dicere & noxias, omitto dicere aliquandò „ perverſas & inimicas Deo, ipſas ſuperfluas „ cogitare injuria eſt ejus cum quo loqui cœpe-„ ras. Oratio tua locutio eſt ad Deum. Quan-„ dò legis, Deus tibi loquitur: quandò oras, „ cum Deo loqueris. Sed quid? deſperandum „ eſt de genere humano &c. Porrò quià eſt ali-„ qua ſpes ad Deum, quià magna eſt ejus miſe-„ ricordia: dicamus ei, *Jucunda animam ſervi tui, quoniam ad te Domine animam meam levavi* Et quomodò levavi? quomodò potui, „ quomodò tu vires dediſti &c. cura & ſtabo: „ confirma, & firmus ero. Adjuva me, *in* „ *Pſalm. 118. verſ. 4. concion. 12. in fine*, ut fa-„ ciam quod commendas, dona ipſe quod man-„ das &c. Quomodò cuſtodit, *Conc. 16. verſ. 57.* „ niſi hoc donet atquè ad hoc adjuvet Spiritus „ vivificans, nè litera occidat &c. invocandus „ eſt igitur.

22. „ Magna, *in Pſal. 40. v. 3.* lex eſt chri-„ ſtiana, potens lex illa, divina, ineffabilis, „ ſed quis illam implet? impletur in nomine „ Salvatoris noſtri. Qui enim, *Epiſt. 89.* Deo di-„ cit, adjutor meus eſt, *Confitetur ſe velle im-*

„ *plere*

„ *plere quod juſſit*, ſed ab eo qui juſſit, adjuto-
„ rium poſcere ut poſſit. Bonum eſt, *Epiſt. 106.*
„ igitur homini, ut cum totis viribus liberi ar-
„ bitrii ſui veraciter dicat, fortitudinem meam
„ ad te cuſtodiam: quià ille qui putavit ſi-
„ nè ipſius adjutorio ſe poſſe cuſtodire quod
„ dedit, profectus eſt in regionem longin-
„ quam, & vivens prodigè cuncta conſum-
„ pſit. Hypocritæ, *Tract. 3. in epiſt. Beat. Joan.*
„ quomodò poteſtis bona loqui cum ſitis mali?
„ voces veſtras ad aures meas affertis, ego cogi-
„ tationes veſtras inſpicio, voluntatem malam
„ video, & falſos fructus oſtenditis. Novi quid
„ indè colligam, non colligo de tribulis ficus,
„ non colligo de ſpinis uvas. „ Epiſt. 147. lib.
2. de ſerm. Dom. in monte cap. 33. lib. 2. de pec-
cat. merit. & remiſſ. cap. 6. videatur. Sylvius
1. 2. quæſt. 109. art. 4.

23. Probatur 5. defenſor gratiæ ille exi-
mius, orationem Dei dilectioni comparat: di-
lectio verò quæ non habet perfectionem virtu-
tis, non eſt, etiam fatentibus Adverſariis, ſuffi-
ciens ad implendum de Deo diligendo præce-
ptum, ergò nec oratio inanis ſimiliter cenſen-
da eſt ſufficiens ad ſatisfaciendum præcepto de
Deo orando, ut append. 2. num. 6. & ſequent.
declaravimus. „ Quid ergò, inquis, faciam?
„ *S. Aug. in Pſal. 85. v. 5.* quid orem? quid ores?
„ quod te docuit cœleſtis magiſter: invoca
„ Deum tanquam Deum, ama Deum tanquam
„ Deum. „ Ità ſed, hîc eſt difficultas. Quid fa-
ciendum, ô Auguſtine, ut Deum tanquam
Deum diligam? „ Illè Deum diligit, qui quid-
„ quid Deus præcipit facit, *de vitâ Chriſtianâ*

„ *cap.*

,, *cap. 9.* qui non facit, ille non diligit. ,, Cap. 5. Charitas diſtinct. 2. nec dum apparet evacuata difficultas. An non enim aliquouſquè per imperfectam & minorem dilectionem colitur Deus, ac ejus præcepto de eo diligendo ſatisfit? ,, *Sic ergò Deus*, in Pſalm. 77. verſ. 35. *non* ,, *colitur, hoc enim colitur quod diligitur.* Undè ,, quià Deus rebus omnibus major & melior in- ,, venitur, plus omnibus diligendus eſt *ut colatur* ,, &c. Aliud in linguâ eorum, aliud in corde ,, eorum inveniebat, cui ſecreta hominum nuda ,, ſunt &c. ,, Videatur in enarrat. Pſalm. 56. append. 2. num. 9. & 10. pag. 90. & append. 3. num. 28. pag. 120. Eſtius in 4. diſt. 16. §. 9.

24 Probatur 6. Adverſariorum diſtinctionem neutiquam patiuntur varia Auguſtini loca; quibus docet hominem per ſuos actus Deo ac dæmoni ſimul inſervire non poſſe, ſed Deum ſibi velle totum dari, adeoquè hominem per precationes irreligioſas, ſibi ſed non Deo pſallere; eas ad nihil juvare, earum mercedem eſſe vanitatem ipſam, aut alium finem ſimulatum, cui ſe homo ſubjecit & inſervivit. Quæ omnia falſa ſunt, aut minùs veriſimilia juxtà Adverſariorum principia. Legantur ea quæ diximus ſect. 2. §. 1. num. 14. pag. 36. num. 17. pag. 39. ſect. 4. §. 2. n. 16. pag. 83. ,, Tam non poteſt, *Aug.* ,, *in Pſal. 65. v. 1.* homo ſervire duobus dominis ,, diverſa jubentibus, quam nec uni diverſa ju- ,, benti: non ait Dominus, diverſa jubeo. *Fi-* ,, *nem attende, in finem canta quo fine facias vide.* ,, Si ideò facis ut glorificeris, hoc prohibui: ſi ,, autem ideò ut Deus glorificetur, hoc juſſi. Pſal- ,, lite ergò *non nomini veſtro, ſed nomini Dei veſtri.*

Matt. 6. v. 24.

,, Vos

„ Vos pſallite, ille laudetur : vos benè vivite, ille „ glorificetur &c. Totam intentionem in laudem „ Dei mittit, nihil nobis relinquit undè laude- „ mur. „ En ſignum adimpletionis, *Ille laudetur, ille glorificetur*, quod jam aliquoties advertimus. Lib. 2. de ſerm. Dom. in monte cap. 20 & ſequentibus. De verb. Dom. ſerm. 2. in Matth.

25. „ Qui ergò, *in Pſal. 104. v. 3.* non ſibi ſed „ ei volunt pſallere, caveant facere juſtitiam „ coram hominibus ut videantur ab eis &c. „ Quæſierunt, *Serm. 23. de verb. Domini*, lau- „ des humanas, & habuerunt. Iſtæ laudes hu- „ manæ in die judicii non eos adjuvant. Inten- „ tio cordis humani, *Serm. 2. de verb. Domini*, „ quò dirigatur, & quò ſpectet intuendum eſt. „ Si enim qui vult videri ab hominibus bona „ opera ſua, & gloriam & utilitatem ſuam ponit „ antè homines, & hanc in conſpectu hominum „ quærit, „ *Nihil eorum quæ de hac re Dominus præcepit, implebit.*

26. Poſtremò hanc probationem concludamus cum eo quod habet homil. 16. inter 50. „ Sic & in uno quoquè noſtrûm intùs eſt Im- „ perator, in corde ſedet : *Si bonus bona jubet & bona fiunt* : Si malus, mala jubet, & „ mala fiunt. *Cum ibi ſedet Chriſtus, quid poteſt „ jubere niſi bona ?* Cum poſſidet diabolus, quid „ poteſt jubere niſi mala ? In tuo arbitrio Deus „ poſuit cui pares locum, Deo an diabolo cum „ paraveris, *Qui poſſidebit, ipſe imperabit.* Ergò „ fratres non tantùm ad ſonum attendite cum „ laudatis, Deum toti laudate. Cantet vox, „ cantet vita, cantent facta. Et ſi eſt adhuc „ gemitus, tentatio, tribulatio, ſpera tranſi-

„ toria

„ toria omnia, & illum venturum diem in quo „ ſine defectu laudabimus Interim donec veniat ille dies, in quo conjuncti Angelis Deum „ ſine ullâ fatigatione & ſine ullo fine laudare „ mereamur, ut ad illud ineffabile gaudium „ venire poſſimus, quantum poſſumus bonis „ operibus ſtudeamus inſiſtere &c. „ Videatur tract. 8. in epiſt. B. Joann. & homil. 16. inter 50. „ Tunc deſinis laudare Deum, quandò à juſtitiâ „ & ab eo quod illi placet declinas. „ S. Thom. in 4. diſtinct. 16. quæſt. 4. art. 1. quæſtiunc. 3. ad 4. alia loca adferentur §. ſequente.

27. Tota hactenùs allata Divi Auguſtini doctrina apprimè cohæret cum literis Evangelicis, paſſim referentibus Chriſtum Dominum legis novæ authorem, totum fuiſſe in ſtabiliendis præceptis undequaquè completis, & potiſſimum quoad actus internos, ſivè quoad directionem internam, quam minimi faciebant Scribæ & Phariſæi, feciſſe abundè ſatis rati, ſi actus externos præceptos ponerent, quibus primas dabant, & de quibus implendis eſſent unicè ſoliciti. Sed quibus ad mortem uſquè Chriſtus imperterritè ſe oppoſuit, imò nullâ in re ipſis infenſior fuit. Inter varia loca quæ ſunt ſtatim unicuiquè obvia, videatur caput 23. Matthæi; ubi eos vocat hypocritas, duces cœcos, excolantes culicem, camelum deglutientes, ſepulchra dealbata, aforis hominibus apparentes juſtos, intùs autem plenos hypocriſi & iniquitate, ſerpentes & genimina viperarum. Illud ultimum eiſdem etiam impegerat Joannes Baptiſta ejus præcurſor cap. 3. verſ. 7. *Videns autem*, ait Matthæus, *multos Phariſæorum & Saddu-*

Sadducæorum, *venientes ad Baptiſmum ſuum*, *dixit eis: progenies viperarum*, *quis demonſtravit vobis fugere à venturâ irâ? facite ergò fructum dignum pœnitentiæ.* „Quaſi dicat, *inquit* „*Cornelius à Lapide*, minimè fugietis, aut fugere poteritis judicium gehennæ, ſed in illud „certò certius incidetis, quià eſtis genimina „viperarum, id eſt, innatam longo uſu confirmatam habetis hypocriſim & malignitatem, „à quâ avelli non poteſtis, quià non vultis: „ficti enim ad me acceditis, quaſi pœnitentes &c. Facite ergò, *in verſ. 8.* fructus pœnitentiæ, non ſimulatos & fictos, non externos; non tales quales, ſed veros, internos „& *dignos*, qui ſcilicet verum pœnitentem decent, ac ſeriam pœnitentiam indicant &c.„ Pro quibus legatur ſect. 2. §. 2. pag. 43.

28. Confirmatur prætereà ex capite quinto ejuſdem Matthæi, ubi refertur ſermo ille ſublimis in monte habitus, quo Chriſtus diſcipulos ſuos ad perfectionem Evangelicam ſtimulat, & ad præmia æterna in poſterum quærenda mentes eorum erigit: operando ſcilicet actus virtutum ut oportet, hoc eſt, ob regnum cœlorum, juſtitiam, munditiem cordis obtinendam, propter Deum; nè iſto diſcretionis ſale deſtituti, velut putrefacti foras projicerentur. Non quod per eum ſublimem agendi modum (ut quidam muſſitabant, aliquid *enim* ſuſpicionis erat eum novarum rerum ſtudioſum ait Chryſoſt. hom. 16. in Matth. 5.) legem ſolvere, aut tollere prætenderet; imò è contrà tum verbo, tum exemplo ad minimos apices uſquè eſſet ipſemet ſervaturus: ſed quod ſuo ſermone ac doctrinâ

Novi teſtamenti populus novus, ad æternam hæreditatem vocatus. Aug. lib. 2. de ſerm. Dom in monte c. 9. in Pſal. 77. v. 55.

Qui dicit non veni ſolvere legem, ſed adimplere: aut addendo dicit quod minùs habet, aut faciendo quod habet. Lib. 1. de ſerm. Dom. in monte c. 4.

doctrinâ præſente, non aliud vellet, quam ſuos ſectatores ad verum legis intellectum revocare, contrà Phariſæos eum ſuis interpretationibus depravantes, qui contenti eſſent virtute fucatâ ſe paſcere, & præter vanam gloriam per ſua opera in ſpeciem pia, aliud nihil venari. „ Scriptura ſacra, *inquit Auguſtinus tract. 8. in* „ *epiſt. Beat. Joan.* intrò nos revocat à jactatio„ne hujus faciei forinſecùs, & ab iſtâ ſuperficie „ quæ jactatur antè homines, revocat nos intrò. „ Redi ad conſcientiam tuam, ipſam interro„ga. Noli attendere quod floret foris, ſed quæ „ radix eſt interna.

29. Nequè in contrarium juvaret quidquam, allegare promiſcuam Judæorum multitudinem, ab eo quod doceret, planè diſſentire; imò proceres, Scribas ac Phariſæos præ ceteris religioſiores habitos ità docere, ac in praxim deducere; propterea quod ipſe, juſtitiam majorem eâ quam præ ſe ferebant Scribæ ac Phariſæi depoſceret: alioquin non intraturi in regnum cœlorum, ſivè non admittendi ad ſuam Eccleſiam, nec inter ſuos connumerandi: (cum nequidem Joannes tales ad ſuum Baptiſmum reciperet) eò quod illa ſivè in cœlis regnans, ſivè in terris militans, homines legis obſervantiores poſtularet. Adeoquè ſi poſtmodum in Eccleſiâ ſuâ Doctor aliquis reperiretur, qui ad modum Phariſæorum, ſolam legis literam ac externam ſuperficiem curantium, animam verò legis parvipendentium, legem ſuam obſervaret, (*ſolveret*) imò quod plus eſt, *ſic* illam adimpleri contenderet ac doceret: illum qualemcumquè ac quantumcumquè exiſtimatum, minimum ac contemptibilem

S. Thom. in caput. 5. Matth.

Verſ. 19.

lem futurum in ſuo regno, velut excutientem, ac ſalis ſapientiæ & diſcretionis totum expertem, neceſſarii tamen ad ſervanda divina præcepta, hominum ſalutem promoventia, atquè Patris ſui gloriam manifeſtantia. *Eſtote ergò*, Verſ. ult. *vos perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Quaſi recapitulando diceret, ex hactenus dictis ac inſuper dicendis ſatis videre poteſtis, me ad hoc unum collimare, ut poſthac in omnibus quæ eſtis operaturi, ſitis magis circumſpecti ac accurati, non verò contenti rem taliter qualiter ponere, in eo imitaturi Patris veſtri æterni bonitatem, & ſapientiam juxtà ac in operando perfectionem; in eo conſiſtentem, quod dum operatur, quodcumquè illud ſit & in quoſcumquè, ſemper & in omnibus divinam habet ſuam ſapientiam, tanquam regulam præeuntem ac prælucentem, quâ fiat, ut bonum ſemper ſit quod facit, & ad finem legitimum ordinatum: quod & vos, ut verbo dixero, tanquam ejus filios ſinceros ac candidos imitari oportet. Joann. 17. verſ. 21. Rom. 13. v. 1. Epheſ. 3. v. 9. Auguſt. de fide & operib. lib. 4. contrà Donat. cap. 21. lib. 5. c. 16. lib. 6. cap. 14. ſerm 11. de verb. Dom. in Matth. lib. 2. de ſerm. Dom. in monte cap. 14. 35. S. Thom. 1. 2. qu. 66. art. 5. Janſenius Gandenſis & Cornelius à Lapide in loca jam citata.

Hanc igitur (gloriâ Dei) inſequamur, ſicut ipſe præcepit, & omninò nihil eſſe omnia ducamus: ſed exactam oſtendentes Philoſophiam, in omnibus ità vitam noſtrâ moderemur. Chryſoſt. homil. 18. in fine, in Matth. 5. verſ. 48.

30. Confirmatur 3. ex capite vigeſimo tertio ejuſdem Evangeliſtæ. In illo etenim capite, tametſi Chriſtus Dominus palam coram turbis & diſcipulis, Phariſæorum ſuprà Cathedram Moyſi ſedentium, doctrinam ſimpliciter & generaliter approbaret: nihilominùs propter-

teà

reà quod id quod docebant, male ſervarent, ſuos præmuniens ac erudiens, de illis pronuntiavit, *dicunt & non faciunt.* Ad quod melius intelligendum, textum integrum referamus ac tantiſper expendamus. *Super cathedram Moyſi*, inquit, *ſederunt Scribæ & Phariſæi. Omnia ergò quæcumque dixerint vobis, ſervate, & facite: ſecundum opera verò eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt.* Circà hæc verba duo ſtatim inveſtiganda veniunt. Et primum quidem.

31. Quarè Chriſtus tam univerſaliter Scribarum ac Phariſæorum doctrinam approbare voluit, dicendo *Ly* omnia & quæcumquè, qui aliàs eam in variis condemnaverit ac palam traduxerit? laborant in eo ſolvendo ſacræ ſcripturæ Interpretes; ſed omiſſis variis ipſorum rationibus, pro quibus ſciendis lectorem benevolum ad eoſdem remitto.

Reſpondeo abſurdum non videri, ſi concedatur Scribas ac Phariſæos publicè & in cathedrâ loquentes, legem ac ejus præcepta rectè annuntiaſſe, ac eorum obſervantiam benè propoſuiſſe. At ut Doctores privatos in ſuis conſiliis familiaribus ac conferentiis privatis ad modificationes ſeſe convertiſſe, ac eò interpretandi modo totam legem enervaſſe, necnon ejus obſervantiam ridiculam effeciſſe. Illud profectò malum longè latequè ſerpſit etiam in Eccleſiâ Catholicâ, cui, ne majora faceret incrementa, occurrerunt Alexander ſeptimus & Innocentius undecimus, plurimas condemnando propoſitiones, legis animam totaliter eliminantes, quas iidem Pontifices impingunt Theolo-

gis

gis ac Caſuiſtis quibuſdam, ſed minimè eas Concionatoribus attribuunt: extrà tamen dubium eſt, varios fuiſſe ex ipſis qui ſimul erant Theologi & Concionatores.

32. Sicut ergò apud Judæos idem Legiſperitus & Eccleſiaſtes eſſe poterat, ità apud nos ſimiliter non raró contingit, ut idem & concionatoris & Theologi vices obeat. Qui de unâ & eadem materiâ aliter prædicet in Eccleſiâ, aliter explicet in ſcholâ. In templo uſuram, verb. grat. ſimoniam, ebrietatem, aliaque hujuſcemodi fortiter expugnet, ac ad eorum fugam ſuos auditores commoveat: qui poſtmodùm eadem in ſuâ ſcholâ, conſiliis, conferentiis ac reſponſis privatis pertractans, tot modificationibus leniat, tot diſtinctionibus mitiget; ut totum illud quod magno calore in Eccleſiâ perſuadere videbatur, per ſuas lectiones ſcholaſticas, ac reſolutiones privatas evaneſcere faciat: vel eò magis ſi illi qui ab eo ſuper iſtiuſmodi materiis conſilium efflagitant, deprehendant non ſolùm eum ità ſentire, verum etiam ſic in praxim deducere.

33. Notat Chriſtus Dominus verſu hujus capitis decimo quinto, nullos magis infici doctrinâ magiſtrorum pruriente & corruptâ quam diſcipulos, qui ordinariè ſtant pro ſuo magiſtro, cujus doctrinam eò lubentius ac tenacius retinent, quò eam cernunt ſuis moribus aptiùs congruere. „ Magiſtris enim, *inquit S. Chryſo-„ ſtom. hom. 74. in cap. 23. Matth.* etiam ipſis pejo-„ res diſcipuli fiunt, probos enim Doctores „ vix imitari quimus: improbos autem quo-„ niam faciliores ad mala ſumus, etiam ſupe- 2. Timoth. 4. v. 3.

„ ramus. „ Legatur S. Thom. in dictum caput 23.

34. Interpretationem de bonâ & malâ Phariſæorum doctrinâ jam allatam, ſumus ab ipſo Auguſtino mutuati, videlicet lib. 4. de doctrinâ Chriſtianâ cap. 27. ubi ſic loquitur. „ *Dicunt* „ *enim & non faciunt*: ideò audiuntur utiliter, „ qui etiam utiliter non agunt, ſua enim quære- „ re ſtudent, *ſed ſua docere non audent, de loco ſci-* „ *licet ſuperiore ſedis Eccleſiaſticæ, quem ſana do-* „ *ctrina conſtituit.* Quapropter quod ipſe Domi- „ nus, priuſquam de talibus, quod commemora- „ vi diceret, præmiſit, *ſuper Cathedram Moyſi ſe-* „ *derunt.* Illa ergò cathedra, non eorum ſed Moy- „ ſi, cogebat eos bona dicere, etiam non bona fa- „ cientes. Agebant ergò ſua in vitâ ſuâ: *docere* „ *autem ſua, cathedra illos non permittebat aliena.* „ Multis itaquè proſunt dicendo quæ non fa- „ ciunt: ſed longè pluribus prodeſſent faciendo „ quæ dicunt. Abundant enim qui malæ vitæ „ ſuæ defenſionem ex ipſis ſuis Præpoſitis & „ Doctoribus quærunt.

35. Secundum autem quod hîc inquirendum occurrit, ac ampliùs propiuſquè ad propoſitum noſtrum facere videtur, eſt: quomodò Chriſtus dominus poſt probatam à ſe Scribarum ac Phariſæorum doctrinam verba hæc ſubjunxerit? *Secundùm opera verò eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt.* Contextus namquè ac tota ſermonis ſeries, aliaquè ſuprà dicta ex c. 5. & 6. ejuſdem Evangeliſtæ, potiùs poſtulare videbantur ut diceret, eorum opera nolite facere; nempè ut eo loquendi modo, opera eorum mala, doctrinæ eorundem bonæ & ſanæ opponeret.

35. Quamvis pro hac difficultate ſolvendâ ad alias interpretationes recurrant Commentatores, neſcio tamen (ideò nihil determinare volo) an menti Chriſti domini omninò repugnet, ſi dicatur, eum ità loqui voluiſſe, ut externa & quoad ſubſtantiam Scribarum atquè Phariſæorum opera, non tam ſe improbare demonſtraret, quam modum ipſum quo illa ponerent. Quaſi fortaſſis dicere vellet: in templo Cathedraquè Moyſi, docent Scribæ & Phariſæi Deum eſſe colendum, orandum, ſacrificium ipſi offerendum, jejunandum, honorandos parentes, pauperes juvandos, aliaquè ſimilia opera facienda. Sanè benè docent; illa enim cum bona ſint, nemo eſt qui mecum ea laudare plurimum ac commendare non debeat; quapropter ut ea opere compleatis, tot quot eſtis vehementer adhortor. Mentis enim meæ non eſt, nequè fuit unquam (ut nonnulli falsò autumant) ea aut elevare, aut ipſoſmet Phariſæos ea perficere ſolicitos contemnere vel traducere; abſit hoc à me, nihil iſtorum reprehendo. *Hæc oportuit facere* verſ. 23.

37. Tota igitur inter me & illos diſſidendi ratio in eo ferè uno conſiſtit, ſcilicet quod opera omnia exteriora virtuoſa quæ tantâ ſolicitudine, affectatione, multitudine ac exactitudine faciunt, eaquè aliis imponere volunt: quod, inquam, illa non propter Deum, nequè ob virtutis amorem; hoc eſt, non propter judicium, miſericordiam exercendam, aut fidem ſuam ergà Deum vel proximum liberandam (propter quæ tamen implenda facere ſe, videri affectant) operentur: ſed ubiquè ſeipſos præ-

ciſè & ſolummodò; id eſt, tantùm plauſum populi, gloriam ſuam ac quæſtum inſequuntur. Equidem homines ſola exteriora conſiderare valentes, de illis ſinceriùs ac religioſiùs ſentiunt; ſed Pater meus cœleſtis; qui ſcrutatur corda & renes, rem, ut dico vobis, intuetur. Mihi credite; *omnia* verſ. 5. *verò opera ſua faciunt ut videantur ab hominibus.*

1. Reg. 16. v. 7.

Rom. 8. v. 27.

Illi inſultabant qui munditiam foris habebant, & intus maculis pleni erãt. Illi inſultabant quorũ juſtitia nõ erat niſi in oculis hominũ, Dominus autem quærit munditiam noſtram interiorẽ. Aug. in Pſ. 125. v. 2.

38. Undè nè in poſterum unà ſimul cum iſtis, ſimilibuſvè ementitis legis obſervatoribus decipiamini, eorum doctrinâ Phariſaïcâ imbuti, ac eorum exemplo pravo ad ſic operandum provocati: vos commonefacio ac certiores reddo, *dicunt & non faciunt*; hoc eſt, quantumvis in lege obſervandâ accuratiores ac in omnibus religioſiores præ ceteris ſeſe exiſtiment, imò eo nomine alios pleroſquè omnes velut tranſgreſſores habeant & contemnant; ipſi nihilominùs non magis implent legem quam reliqui. Eo enim modo & fine facere quo ipſi faciunt, non eſt facere; ſivè non eſt legis finem aſſequi: adeoquè non eſt Deum per ea opera colere, invocare &c. (prout videri volunt) ſed potiùs eum deridere: *nam reliquiſtis quæ graviora ſunt legis.* Verſ. 23. *digito autem ſuo nolunt ea movere.* Verſ. 4. eo ſcilicet modo quo oportet, & in quo eſt potiſſimùm operandi difficultas. S. Auguſt. in Pſal 118. verſ. 128. concion. 26. in fine. S. Thom. 1. 2. quæſt. 97. art. 3. O.

Luc. 10. v. 11.

Joan. 7. v. 19.

39. Juxtà hunc commentandi modum intelligit ac explicat Auguſtinus *Ly* dicunt, lib. 4. de doctrinâ Chriſtianâ cap. 29. „ Modo „ ergò, *ait*, quodam ipſi dicunt, & rurſus alio

„ modo

„ modo ipſi non dicunt, quoniam utrumque „ verum eſt quod ait veritas. De talibus enim „ loquens, *quæ dicunt*, inquit, *facite: quæ au-* „ *tem faciunt, facere nolite:* hoc eſt, quod ex „ ore illorum auditis, facite: quod in opere „ videtis, facere nolite. *Dicunt enim*, inquit, *& non faciunt.*

Idem habet ſcribens in Pſalm. 118. verſ. 3. concion. 1. *Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt:* „ utique ſcrutabantur teſtimonia Domini, ut „ haberent quæ dicerent bona, quamvis face- „ rent mala: ſed hos omittamus. Rectè quippè „ reſpondebitur nobis, quod iſti *non ſcrutantur teſtimonia Domini. Non enim quærunt ipſa, ſed aliud quærunt per ipſa, id eſt, ut glorificentur ab hominibus, vel ditentur. Non eſt hoc ſcrutari teſtimonia Dei, non diligere quod oſtendunt, & nolle pervenire quò dicunt, id eſt, ad Deum &c.* „ non hoc, ſed aliud ibi quærunt? non enim „ volunt eſſe ſapientes in Dei gloriam, ſed „ volunt videri ſapientes propter hominum „ gloriam.„ Longè clarius loquitur lib. 2. de ſerm. Dom. in monte cap. 5. „ Multi autem, „ *inquit*, foris faciunt, *&* *intùs non faciunt:* „ qui vel ambitione, vel alicujus rei tempora- „ lis gratiâ volunt miſericordes videri, in qui- „ bus *ſola ſiniſtra operari exiſtimanda eſt.* „ Serm. 59. de temp. in fine.

40. Accedit prætereà, quod huic commentario non ſolùm favere videantur varia ſivè ſuprà dicta, ſivè deinceps dicenda: ſed ipſemet Chryſoſtomus illud non obſcurè indicat homil. 19. in cap. 6. Matth. „ Nè enim diceres, *inquit*,

„ cur ergò ſuo, ſi alius viderit? non hoc, inquit, „ requiro: *ſed tuam mentem, modumquè ejus* „ *quo fit.* Curare quippè vult animam, atquè „ omni ægritudinè liberare. Poſtquam igitur „ edixit, nè quid ad oſtentationem fiat, quan- „ tumcumquè id damnum inferret, edocuit: *nempè gratis, fruſtraquè feciſſe.*

Libro 2. de ſerm. Dom. in monte cap. 20. „ Erat quippè *larva ipſa Eleëmoſyna*, mens „ verò inhumanitatis atquè crudelitatis. *Non* „ *enim ut proximorum miſererentur, dabant*, ſed „ ut ipſi delectatione gloriæ paſcerentur: quod „ certè erat crudelitatis extremæ, alio quidem „ fame pereunte ambitionem quærere, *ac non potiùs conſulere ejus inopiæ.*

Si enim manū porrigas, nec non in corde miſerearis, nihil feciſti. Aug. in Pſ. 125. v. 2. „ Rursùs etiam iſtos hypocritas vocat, & „ omninò convenienter & propriè, *qui Deum* „ *ſcilicet ſe orare ſimulantes*, mortalium oculis „ ingeruntur: *non jam orantûm, ſed ridiculorum* „ *prorsùs hominùm gerendo perſonam* &c. Illi verò „ eam (*mercedem*) quæ eſt ab hominibus requi- „ rentes, nequaquam jàm ab illo merentur acci- „ pere, *propter quem nihil omninò fecerunt.*

41. Confirmatur ultimò; præcepta tùm divina, tùm Eccleſiaſtica, animò ſimplice, candido juxtà ac prudente intelligenda ac interpretanda ſunt: jam autem candori animi, atquè ſimplicitati Chriſtianæ nihil magis, nihilquè directius opponitur quam duplicitas, prætenſaquè modi & ſubſtantiæ diſtinctio. Ipſa enim indifferenter ad omnes & quoſlibet caſus applicata, humanam ſocietatem evertit omnem, præcepta facit ridicula, inferiorumquè ad ſuperiores ſubordinationem reddit fruſtraneam. Undè, ut ſect. 4. §. 2, num. 16. pag. 82. adver-

advertimus, nemo eſt qui in ſuis præceptis adimplendis eam diſtinctionem vellet applicatam iri, aut per eam ſibi ſatisfactum & obtemperatum fuiſſe crederet; adeoquè non apparet quâ ratione, quovè colore, divinis, Eccleſiaſticiſquè præceptis illud ipſum impingimus. ,, Cui facio, *ait Auguſtinus lib. de decem chor-* ,, *dis cap. 10.* quod pati nolo? *quod gravius eſt,* ,, *ipſi Deo.* Intelligat ſanctitas veſtra: quod tibi ,, fieri non vis, alii nè feceris ad duo præcepta ,, pertinet. Quomodò pertinet ad duo præce- ,, pta, ſi homini non feceris quod pati non vis ,, ab homine, ad proximi præceptum pertinet ,, &c. Si autem quod pati non vis ab homine? ,, ipſi Deo vis facere, quid eſt hoc, *non facis al-* ,, *teri quod pati non vis, charior factus eſt tibi ho-* ,, *mo quam Deus* &c. Poſtremò Deus qui ſcit ,, quid tibi utile ſit, qui verè ſic ſuos *gubernat* ,, *ad utilitatem illorum*, non ad ſuam. Matth. 7. v. 2.

42. Adeoquè non eſt quod diutiùs ac ampliùs fatigetur humana fragilitas, quantumvis in diſquirendis mediis ad excuſandas excuſationes ſuas in peccatis, ingenioſa ac prompta ſibi videatur. Pſal. 140. v. 12. ,, Non poteſtis duobus Dominis ſer- ,, vire, *ergò* ſimplici corde, *ait Auguſt. lib. 2. de* ,, *ſerm. Dom. in monte cap. 25.* tantummodò ,, propter regnum Dei *debemus* operari bonum ,, ad omnes. Vult enim, *Cap. 30.* ut ſimplici ,, corde, in unum Deum intenti faciamus, quæ- ,, cumquè facimus. Præcepta, *Cap. 34.* ſimplicis ,, cordis exiguntur.,, Quod ſivè reſpectu Dei, ſivè reſpectu proximi in ſenſu proprio intelligendum eſt; voluntas namquè non eſt niſi in bonis, adeoquè ſcripturæ ubi oportet, ità omninò

ninò verbum tenent, ut non aliud ſinant intelligi, prout ibidem habet & docet Auguſtinus. Si ſic? ergò diſtinctioni prætenſæ nullus locus relinquitur. Videatur ſerm. 2. de verb. Dom. S. Thomas in caput 6. Matth.

43. Faceſſat ergò procul omnis duplicitas, omneque ſimul aſtutiæ fermentum, utraque paginâ tam veteris quam novi teſtamenti in oblationibus Deo faciendis æqualiter reprobatum, juxtà illud Levit. 2. v. 11. *Omnis oblatio quæ offertur Domino, abſquè fermento fiet Ideò non fermentabitur*, cap. 6. v. 17. *quià pars ejuſin Domini offertur incenſum. Attendite*, Luc. 12. v. 2. *à fermento Phariſæorum quod eſt hypocriſis.* Si igitur oblationes & orationes noſtras tanquam incenſum in conſpectum Domini dirigi atquè in ſublime tolli velimus? eas ſale diſcretionis puræque intentionis (non fermento) ſaliamus ac condiamus oportet, ut habetur Levit. 2. v. 13. *Quidquid obtuleris ſacrificii, ſale condies, nec auferes ſal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione tuâ offeres ſal.* Qnod & repetitur Marc. 9. verſ. 48. *omnis victima ſale ſalietur.* Videatur ſect. 2. §. 1. num 14. pag. 36.

Oculũ ergò hic accipere debemus ipſam intentionẽ quâ facimus quidquid facimus &c. nõ ergò quod quiſquè faciat, ſed quo animo faciat, cõſiderandum eſt. Lib. 2. de ſerm. Dom. in monte cap. 21.

44. Illa ſunt, lector amantiſſime (prout credimus ac jam latiùs vidimus) quæ Deus à nobis exigit; illa eſt oratio diſcreta & ſimplex, quam Chriſtus & Eccleſia à nobis expectant & præſcribunt, illa eſt, quæ „ puré *Auguſt. in Pſalm.* „ *140. verſ. 2.* directa de corde fideli, tanquam „ de arâ ſanctâ ſurgit incenſum. „ Alia autem duplici corde fuſa, non eſt idonea quæ ſursùm feratur, & quæ incenſum in cœlum aſcendens comitetur. „ Novit, *lib. 2. de ſerm. Dom. in*

„ *monte*

„ *monte cap. 21.* quiſquè quo animo facit etiam „ cum malo animo facit : ſed ipſum lumen te- „ nebræ ſunt, *quià non in ſuperna dirigitur duplex intentio, ſed ad inferiora declinatur.* Serm. 59. de temp. in fine.

45. Finem tandem hîc imponamus cum verbis Chriſti domini relatis Matth. 6. verſ. 22. *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebroſum erit. Si ergò lumen, quod in te eſt, tenebræ ſunt: ipſæ tenebræ quantæ erunt? nemo poteſt duobus Dominis ſervire &c.* Hoc ultimum *nemo poteſt &c.* infert Chriſtus ex duplici corde, cujus tamen contrarium ut veriſimilius tuentur Authores nobis adverſi. Videat, ſi placet, Luc. 12. verſ. 2. & 1. Corinth. 5. verſ. 6. Galat. 5. v. 9 S. Thom. 1. 2. q. 102. art. 3. ad 14. Eſtius in cap. 2. Levit. & num. 42. ſuprà.

46. Ad ſecundum ſuprà in objectione poſitum. Reſpondemus eum indubiè peccare, qui voluntariè & ex propoſito diſtrahitur, etiam in oratione liberâ, ut ſatis ſuperquè jam dicta declarant. Ratio verò objectionis ſolummodò probat, taliter orantem precatione virtuosâ orare ceſſare, & vetitâ ſimul & peccaminosâ Deum in ſe provocare, ut ſuprà num. 16. oſtenſum eſt. Legatur Auguſt. in Pſalm. 108. verſ. 7. S. Thom. 1. 2. quæſt. 20. art. 6. & 2. 2. quæſt. 81. art. 6. O. quæſt. 83. art 16. Catechiſ. roman. part. 4. de oratione cap. 1. 2. & 3. &c. Suarez lib. 3. de oratione vocali in communi cap. 4. num. 3. ſect. 2. ſuprà §. 1. num. 14. pag. 36. ſect. 4. §. 2. num. 2. pag. 73.

47. Quod

exiſtentem, poſſe devotè ac religiosè aſſiſtere Miſſæ, hoc eſt, cum attentione & reverentiâ ad res ſacras, ſuam ſalutem Domino Deo commendando, aliavè ad pietatem ſpectantia peragendo. Talis enim etſi habitu peccator, ut rectè notat S. Thomas 2. 2. quæſt. 4. art. 4. & quæſt. 6. art. 2. poteſt elicere actus bonos & virtuoſos. Is verò qui contrarium contenderet in ſuperbiam Phariſæi publicanum deſpicientis impingeret, de quo Luc. 18. verſ. 9. Hoc etiam extendimus, dum quis ob pravum finem ad Miſſam audiendam accingitur, dummodò ea intentio prava in actus ab iſto peccatore liturgię tempore elicitos non influat, vel actu, vel virtute; ut in exemplo extrà hanc materiam familiari idipſum demonſtrem. Poteſt aliquis ob pravum finem locum quendam ingredi, cui illi intentioni non ſtatim omne id quod ibi acturus eſt imputabitur. Si enim in eâ domo rixantes, v. g. aut ſe mutilare, aut occidere nitentes, ſeriò ac charitatis causâ ſeparare atquè reconciliare ſtudeat; nemo meritò dicet illam actionem, aut malam eſſe, aut ex priore pravâ procedere. Ità pariter ſi propter finem pravum quis ad Miſſam vadat, ſed dum eſt in limine templi, ſui memor officii priorem deſerat intentionem, ſequè ad res ſacras convertat, illi præcedenti intentioni attribuenda non erit illa ad Miſſæ ſacrificium devota præſentia, adeoquè præcepto quod habet de ſacro audiendo ſatisfaciet.

Aug. lib. 2. cõtra epiſt. Parmen. cap. 8.

2. Sed ſi è contrà toto tempore, aut majori parte Miſſæ voluat in animo ſuum pravum finem, ac propter ipſum præcisè Miſſæ aſſiſtat? talem obligationi quam habet de ſacro audien-

do minimè ſatisfacere dicimus : cum non ob illud eò venerit; non enim, ut ſupponitur, ipſum fuit objectum ſuæ intentionis, ſed benè finis ille pravus. „ Ex hoc ipſo, *inquit S. Tho-„ mas in 3. diſt. 38. quæſt. 1. art. 1. ad 4.* quod fa-„ ctum, quod eſt de genere bonorum, fit pravâ „ intentione alicui vitio appropriata, ad ſpe-„ ciem illius vitii trahitur, ſicut qui vadit ad „ Eccleſiam ut furetur. „ Art. 3. ad 3. & in 2. diſt. 38. qu. 1. art. 1. 4. 5. diſt. 40. art. 4. ad 2. & 1. 2. qu. 18. art. 6. & 2. 2. qu. 31. art. 4. qu. 33. art. 7. ad 2. Talis igitur vindictam meditari, velle turpia, aut alia agere, non verò Miſſam audire pronuntiandus eſt : propterea quod, propter illa, non verò propter Miſſam audiendam eò ſe tranſtulerit. Undè juxtà Chryſoſtomum homil. 74. in Matth. 23. hujuſcemodi orantes, non ſolùm velut perperam agentes, ſupplicio digni ſunt, ſed etiam majore pœnâ afficiendi, tanquam hypocritæ, ſimulatione bonitatis ad improbitatem tendentes. Ipſos homil. 19. in cap. 6. ex mente Chriſti dicit eſſe nimis ridiculos cenſendos, ac vituperio dignos. Deniquè eo in loco docet cavendam nullibi magis ſimultatem ac cor duplex quam in ipsâ oratione. „ Vituperans (*Chriſtus*) igitur illos, *ſunt ejus „ verba*, qui non ità ut oportet, officio ora-„ tionis utuntur, tùm à loco, tùm ab effectu : „ cum oſtendiſſet nimis eos eſſe ridiculos &c. „ Nam cum ubiquè præſtet ab inani gloriâ li-„ berum habere pectus : *tùm in oratione præcipuè.* „ Qui enim abſquè hoc etiam vitio frequenter „ erramus, & diſtrahimur : ſi cum hac quoquè „ ægritudine ingrediamur ad orandum, nè ipſi

„ quidem

„ quidem preces noſtras audire poterimus: ſi „ verò eas non audimus ipſi qui petimus, quâ „ fronte Deum poſtulamus audire.„ Videatur §. 5. num. 4. 5. 21. 40. &c.

3. Neque his ſatisfaciet Adverſarius replicando ſe agere de eo qui per unam eandemquè actionem duo intendit, ac ad ea ſufficienter attendit, videlicet & ad ſuum pravum finem, ſimul & ad Miſſam, tanquam motiva totalia & à ſe invicem independentia: illa namquè duo in eodem ſubjecto ſubſiſtere pro eodem tempore nequeunt, ut §. 4. & 5. oſtendimus. Eo enim ipſo quo ſe talis homo ad res ab oratione planè diverſas, ac cum Dei locutione incompoſſibiles applicat, orationem ex tunc deſerit, & ad alia, quibus animus oblectatur ac adhæret, convertitur, vel eò magis hoc verum eſt, ſi res ſint prohibitæ, ut rectè notat Suarez lib. 4. de horis Canonicis cap. 26. num. 13. in fine. „ Si „ ſit laus, *inquit Auguſtin. in præfat. Pſalm. 72.* „ & non ſit Dei, non eſt hymnus. Quid eſt, „ *in verſ. 1. ibidem*, in talibus cordibus hymni „ deficiebant? *quià jam talia cogitabant, & Deum non laudabant* Lib. 2. de ſerm. Dom. in monte cap. 25. in Pſalm. 55. verſ. 5. S. Thom. in 4. diſt 16. quæſt. 4. art. 1. quæſtiunc. 3. ad 1. & 4. quæſtiunc. 4. O.

4. Si igitur ſuam opinionem benè tueri voluerint Adverſarii, probandum erit antè omnia, eo caſu fidelem verè orare, ſuamquè intentionem, eamquè rectam, intentioni ſacerdotis ſacrificantis conjungere. Hoc autem, ut arbitramur, difficulter admodum efficient, ob id, quod nimiam contrà ſe impoſitam habeant

Hebr. 2. v. 1. teſtium nubem. Omnium nomine, Doctorum aquilam Auguſtinum in Pſalm. 30. verſ. 18. concion. 3. hac de re loquentem audiamus. „ Nonnè, *inquit*, quotidiè homines, ut im„ pleant fortè adulteria quæ concupiſcunt, in„ vocant me? nonnè quotidiè homines ut mo„ riantur illi à quibus expectant hereditatem, „ invocant me? nonnè homines qui fraudem „ cogitant, ut eam proſpero exitu compleant, „ invocant me? quid ergò eſt quod pro magnâ „ mercede exigis ut dicam, *non confundar quo„ niam invocavi te?* invocant quidem illi, ſed „ non invocant te. *Invocas Deum, quando in te „ vocas Deum.* Hoc eſt enim illum invocare, „ illum in te vocare, *quodammodò eum in do„ mum cordis tui invitare* &c. Non rogant, „ *in Pſalm. 52. verſ. 6.* attendite *ſi poſſimus dicere, „ adjuvante ipſo Deo.* „ En iterùm ſignum adimpletionis. Videatur in Pſalm. 39. verſ. 4. in Pſalm. 67. verſ. 5. §. 5. num. 24.

5. Ratio horum omnium facillimè ab unoquoquè dignoſcitur: ſicut enim per actus peccaminoſos & vanos, Dei gloriam promovere, vel vitam æternam aſſequi poteſt nemo; cum ad eam non conducant, ſed è contrà avocent: ità ſimiliter per eoſdem actus, præceptis vel divinis, vel Eccleſiaſticis, hæc duo ſpecialiter & immediatè reſpicientibus ac urgentibus, ſatisfacere non poteſt Chriſtianus: Deo enim ſervire, ipſumquè colere ſunt inſeparabilia, eodem quippè actu, juxtà S. Thomam 2. 2. quæſt. 81. art. 3. ad 2. homo Deum colit ac ipſi inſervit. Quod & agnoſcit D. Auguſt. tract. 51. in Joan. his verbis. „ *Si quis mihi miniſtrat, me*

„ ſequa-

„ *ſequatur*: hoc, *inquit*, intelligi voluit, ac
„ ſi diceret, *ſi quis me non ſequitur, non mihi mi-*
„ *niſtrat.* Miniſtrant ergò Jeſu Chriſto, qui non
„ ſua quærunt, *ſed quæ Jeſu Chriſti.* Hoc eſt
„ enim, me ſequatur, *vias ambulet meas, non*
„ *ſuas* &c. Qui ſic miniſtrat, Chriſto miniſtrat.
„ &c. *Hinc eſt ergò unuſquiſquè miniſter Chriſti,*
„ *undè eſt miniſter & Chriſtus.*„ Ecce novum obedientiæ ſignum. Ex dictis

6. Collige 1. fidelem ob finem peccaminoſum ad Eccleſiam proficiſcentem, moraliter loquendo, ipſius Eccleſiæ iter non arripuiſſe, ſed ſuæ cupiditatis ac amoris proprii viam petiiſſe, cum, ut num. 2. diximus, propter illa ſe itineri commiſerit, ac actionem iſti viæ ſolummodò accommodam poſuerit. Si aliud inſuper ſe velle dicat? cum Auguſtino in Pſalm. 118. concion. 1. ipſi reſpondebimus. „ Non
„ illac itur quà pergitis, quò pervenire deſide-
„ ratis. Ad vias Domini, *concion. 3.* & ipſa ora-
„ tio pertinet, & ipſa confeſſio, *quamvis non*
„ *ad eas peccata pertineant.* Itaquè in viis Do-
„ mini, quas omnes una fides complectitur,
„ quâ in eum creditur, qui juſtificat impium,
„ qui etiam dixit, *ego ſum via:* nemo *peccatum*
„ *operatur, ſed confitetur.* Deviat ergò cum pec-
„ cat, *& ideò peccatum viæ non tribuitur*, quod
„ à deviante committitur &c. propter viam
„ non imputatur, *& tanquam non fuerit opera-*
„ *tus accipitur.*„ Eodem planè modo hunc locum intellexit ac fuit interpretatus D. Hieronymus. „ *Non enim qui operantur iniquitatem,*
„ *in viis ejus ambulaverunt.* Viæ, *inquit*, ſunt
„ Apoſtoli & Prophetæ, per quos venitur ad
„ viam

„ viam illam, quæ dixit, *ego ſum via. veritas; & vita;* ſicut jam diximus: *in hac enim viâ impii non ambulant*, quià ſatanæ viam „ ſequuntur. „ Videatur Auguſt. in Pſalm. cit. 118. concion. 2. 26. & 27. in Pſalm. 35. verſ. 4. in præfat. Pſalm. 123. & §. 4. num. 21.

Joan. 14. v. 6.

7. Collige 2. malè orantes, juxtà ſanctos Patres non rectè appellari precantes ſivè orantes, ſed meros ſimulatores nuncupandos eſſe docent. „ Tanquam, *ait Auguſt. lib. 2. de ſerm. „ Dom. in monte cap. 3.* pronuntiatores perſonarum alienarum ſicut in theatricis fabulis: „ non enim qui agit partes Agamemnonis in „ tragœdiâ, verbi gratiâ, ſivè alicujus alterius, „ ad hiſtoriam vel fabellam quæ agitur pertinentis, ipſe eſt, ſed ſimulat eum, & hypocrita dicitur: ſic in Eccleſiâ, vel in omni vitâ „ humanâ, quiſquis ſe vult videri quod non „ eſt, hypocrita eſt. Quam brutus, *de vitâ „ Chriſtianâ cap. 6.* quam inſipiens ille, quam „ ſtultus ab ipſis etiam gentibus judicetur, „ cujus tanta eſt vanitas, tantaquè dementia, „ ut ſibi adipiſcatur nomen alienum &c. nullum ſinè actu nomen, ſed omne nomen ab „ actu. Tu ergò quomodò Chriſtianus (orans) „ diceris, in quo Chriſtiani (orantis) actus non „ apparent &c. num ullum Chriſtianum (orantem) putas, in quo nullus Chriſtianitatis „ (orationis) actus eſt &c. Et talis ad Eccleſiam audenter accedit, & temerè, & importunè expandit in cœlum impias manus &c. „ preces ad Deum, quaſi ſibi nihil conſcius „ mali, fundit. Quid agis impudens & miſer? „ quid te majorum peccatorum onere gravas?

„ quid

„ *quid Deo præter contemptum injurias irrogas?*
„ quid ad provocandam celerius ejus iram, in
„ teſtimonium pœnæ tuæ ſceleratas ad Deum
„ porrigis manus, ad quas ille non reſpicit, *qui*
„ *nonniſi ſanctas & immaculatas ſibi manus juſſit*
„ *offerri* &c. Rectiſſimè his dicitur, recedite à
„ me operarii doloſi: nomen enim meum ha-
„ buiſtis, *ſed opera mea non feciſtis*. Perdidit,
„ *in Pſalm 145. verſ. 7.* jam vitam, *cadaver*
„ *tibi loquitur*. „ Legatur ſect. 2. §. 1. num. 14.
pag. 36. ſect. 4. §. 2. num. 16. pag. 82. §. 5.
num. 21.

8. Collige ulterius 3. optimè deduci videri, actum externum ſpeciem pietatis præ ſe ferentem, ſed virtutem ejus abnegantem, inter actus religionis computandum non eſſe. Non enim ideò actus eſt religionis, propterea quod ejus ſpecie tegatur. Enimverò nullus eſt exterior vitutis actus, qui ab amore proprio imperari non poſſit, & ad ejus ſpeciem referri, ut docet Aug. tr. 7. in ep. B. Joan. „ Multa, *inquit*, „ fieri poſſunt quæ ſpeciem habent bonam, & „ non procedunt de radice charitatis. Habent „ enim ſpinæ flores. Videte, *tract. 8. in epiſt. eandem*: quanta opera facit ſuperbia. Ponite in „ corde quam ſimilia faciat & quaſi paria charitati. Paſcit eſurientem charitas, paſcit & ſuperbia. *Charitas ut Deus laudetur, ſuperbia ut* „ *ipſa laudetur*. Veſtit nudum charitas, veſtit „ & ſuperbia. Jejunat charitas, jejunat & ſuperbia. Sepelit mortuum charitas, ſepelit & „ ſuperbia. *Omnia opera bona quæ vult facere* „ *charitas & facit, agit contrà ſuperbia*; & „ quaſi ducit equos ſuos. „ Videatur, ſi placet,

2. Timoth. 3. v. 5.

Matth. 7. v. 15.

Ille propriè dicit, qui voluntatem ac mentē ſuā ſono vocis enuntiat. Libro 2. de ſerm. Dom. in monte cap. 39.

1. Cor. 12. v. 3.

ninò verbum tenent, ut non aliud ſinant intelligi, prout ibidem habet & docet Auguſtinus. Si ſic? ergò diſtinctioni prætenſæ nullus locus relinquitur. Videatur ſerm. 2. de verb. Dom. S. Thomas in caput 6. Matth.

43. Faceſſat ergò procul omnis duplicitas, omneque ſimul aſtutiæ fermentum, utraquè paginâ tam veteris quam novi teſtamenti in oblationibus Deo faciendis æqualiter reprobatum, juxtà illud Levit. 2. v. 11. *Omnis oblatio quæ offertur Domino, abſquè fermento fiet Ideò non fermentabitur*, cap. 6. v. 17. *quià pars ejuſin Domini offertur incenſum. Attendite*, Luc. 12. v. 2. *à fermento Phariſæorum quod eſt hypocriſis.* Si igitur oblationes & orationes noſtras tanquam incenſum in conſpectum Domini dirigi atquè in ſublime tolli velimus? eas ſale diſcretionis puræquè intentionis (non fermento) ſaliamus ac condiamus oportet, ut habetur Levit. 2. v. 13. *Quidquid obtuleris ſacrificii, ſale condies, nec auferes ſal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione tuâ offeres ſal.* Quod & repetitur Marc. 9. verſ. 48. *omnis victima ſale ſalietur.* Videatur ſect. 2. §. 1. num 14. pag. 36.

Oculũ ergò hic accipere debemus ipſam intentionẽ quâ facimus quidquid facimus &c. nõ ergò quod quiſquè faciat, ſed quo animo faciat, cõſiderandum eſt. Lib. 2. de ſerm. Dom. in monte cap. 21.

44. Illa ſunt, lector amantiſſime (prout credimus ac jam latiùs vidimus) quæ Deus à nobis exigit; illa eſt oratio diſcreta & ſimplex, quam Chriſtus & Eccleſia à nobis expectant & præſcribunt, illa eſt, quæ „ purè *Auguſt. in Pſalm. 140. verſ. 2.* directa de corde fideli, tanquam „ de arâ ſanctâ ſurgit incenſum. „ Alia autem duplici corde fuſa, non eſt idonea quæ ſursùm feratur, & quæ incenſum in cœlum aſcendens comitetur. „ Novit, *lib. 2. de ſerm. Dom. in*

„ *monte*

„ *monte cap. 21.* quiſquè quo animo facit etiam „ cum malo animo facit : ſed ipſum lumen te„ nebræ ſunt, *quià non in ſuperna dirigitur duplex intentio, ſed ad inferiora declinatur.* Serm. 59. de temp. in fine.

45. Finem tandem hîc imponamus cum verbis Chriſti domini relatis Matth. 6. verſ. 22. *Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Si oculus tuus fuerit ſimplex : totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam : totum corpus tuum tenebroſum erit. Si ergò lumen, quod in te eſt, tenebræ ſunt : ipſæ tenebræ quantæ erunt? nemo poteſt duobus Dominis ſervire &c.* Hoc ultimum *nemo poteſt &c.* infert Chriſtus ex duplici corde, cujus tamen contrarium ut veriſimilius tuentur Authores nobis adverſi. Videat, ſi placet, Luc. 12. verſ. 2. & 1. Corinth. 5. verſ. 6. Galat. 5. v. 9. S. Thom. 1. 2. q. 102. art. 3. ad 14. Eſtius in cap. 2. Levit. & num. 42. ſuprà.

46. Ad ſecundum ſuprà in objectione poſitum. Reſpondemus eum indubiè peccare, qui voluntariè & ex propoſito diſtrahitur, etiam in oratione liberâ, ut ſatis ſuperquè jam dicta declarant. Ratio verò objectionis ſolummodò probat, taliter orantem precatione virtuosâ orare ceſſare, & vetitâ ſimul & peccaminosâ Deum in ſe provocare, ut ſuprà num. 16. oſtenſum eſt. Legatur Auguſt. in Pſalm. 108. verſ. 7. S. Thom. 1. 2. quæſt. 20. art. 6. & 2. 2. quæſt. 81. art. 6. O. quæſt. 83. art 16. Catechiſ. roman. part. 4. de oratione cap. 1. 2. & 3. &c. Suarez lib. 3. de oratione vocali in communi cap. 4. num. 3. ſect. 2. ſuprà §. 1. num. 14. pag. 36. ſect. 4. §. 2. num. 2. pag. 73.

47. Quod

„ quidem preces noſtras audire poterimus: ſi „ verò eas non audimus ipſi qui petimus, quâ „ fronte Deum poſtulamus audire.„ Videatur §. 5. num. 4. 5. 21, 40. &c.

3. Nequè his ſatisfaciet Adverſarius replicando ſe agere de eo qui per unam eandemquè actionem duo intendit, ac ad ea ſufficienter attendit, videlicet & ad ſuum pravum finem, ſimul & ad Miſſam, tanquam motiva totalia & à ſe invicem independentia: illa namquè duo in eodem ſubjecto ſubſiſtere pro eodem tempore nequeunt, ut §. 4. & 5. oſtendimus. Eo enim ipſo quo ſe talis homo ad res ab oratione planè diverſas, ac cum Dei locutione incompoſſibiles applicat, orationem ex tunc deſerit, & ad alia, quibus animus oblectatur ac adhæret, convertitur, vel eò magis hoc verum eſt, ſi res ſint prohibitæ, ut rectè notat Suarez lib. 4. de horis Canonicis cap. 26. num. 13. in fine. „ Si „ ſit laus, *inquit Auguſtin. in præfat. Pſalm. 72.* „ & non ſit Dei, non eſt hymnus. Quid eſt, „ *in verſ. 1. ibidem*, in talibus cordibus hymni „ deficiebant? *quià jam talia cogitabant, & Deum non laudabant* Lib. 2. de ſerm. Dom. in monte cap. 25. in Pſalm. 55. verſ. 5. S. Thom. in 4. diſt 16. quæſt. 4. art. 1. quæſtiunc. 3. ad 1. & 4. quæſtiunc. 4. O.

4. Si igitur ſuam opinionem benè tueri voluerint Adverſarii, probandum erit antè omnia, eo caſu fidelem verè orare, ſuamquè intentionem, eamquè rectam, intentioni ſacerdotis ſacrificantis conjungere. Hoc autem, ut arbitramur, difficulter admodum efficient, ob id, quod nimiam contrà ſe impoſitam habeant

Hebr. 12. v. 1. teſtium nubem. Omnium nomine, Doctorum aquilam Auguſtinum in Pſalm. 30. verſ. 18. concion. 3. hac de re loquentem audiamus. ,, Nonnè, *inquit*, quotidiè homines, ut im- ,, pleant fortè adulteria quæ concupiſcunt, in- ,, vocant me? nonnè quotidiè homines ut mo- ,, riantur illi à quibus expectant hereditatem, ,, invocant me? nonnè homines qui fraudem ,, cogitant, ut eam proſpero exitu compleant, ,, invocant me? quid ergò eſt quod pro magnâ ,, mercede exigis ut dicam, *non confundar quo-* ,, *niam invocavi te?* invocant quidem illi, ſed ,, non invocant te. *Invocas Deum, quandò in te* ,, *vocas Deum.* Hoc eſt enim illum invocare, ,, illum in te vocare, *quodammodò eum in do-* ,, *mum cordis tui invitare* &c. Non rogant, ,, *in Pſalm. 52. verſ. 6.* attendite *ſi poſſimus dicere,* ,, *adjuvante ipſo Deo.*,, En iterùm ſignum adimpletionis. Videatur in Pſalm. 39. verſ. 4. in Pſalm. 67. verſ. 5. §. 5. num. 24.

5. Ratio horum omnium facillimè ab unoquoquè dignoſcitur: ſicut enim per actus peccaminoſos & vanos, Dei gloriam promovere, vel vitam æternam aſſequi poteſt nemo; cum ad eam non conducant, ſed è contrà avocent: ità ſimiliter per eoſdem actus, præceptis vel divinis, vel Eccleſiaſticis, hæc duo ſpecialiter & immediatè reſpicientibus ac urgentibus, ſatisfacere non poteſt Chriſtianus: Deo enim ſervire, ipſumquè colere ſunt inſeparabilia, eodem quippè actu, juxtà S. Thomam 2. 2. quæſt. 81. art. 3. ad 2. homo Deum colit ac ipſi inſervit. Quod & agnoſcit D. Auguſt. tract. 51. in Joan. his verbis. ,, *Si quis mihi miniſtrat, me* ,, *ſequa-*

„ *ſequatur*: hoc, *inquit*, intelligi voluit, ac „ ſi diceret, *ſi quis me non ſequitur, non mihi mi-* „ *niſtrat.* Miniſtrant ergò Jeſu Chriſto, qui non „ ſua quærunt, *ſed quæ Jeſu Chriſti.* Hoc eſt „ enim, me ſequatur, *vias ambulet meas, non* „ *ſuas* &c. Qui ſic miniſtrat, Chriſto miniſtrat. „ &c. *Hinc eſt ergò unuſquiſquè miniſter Chriſti,* „ *undè eſt miniſter & Chriſtus.* „ Ecce novum obedientiæ ſignum. Ex dictis

6. Collige 1. fidelem ob finem peccaminoſum ad Eccleſiam proficiſcentem, moraliter loquendo, ipſius Eccleſiæ iter non arripuiſſe, ſed ſuæ cupiditatis ac amoris proprii viam petiiſſe, cum, ut num. 2. diximus, propter illa ſe itineri commiſerit, ac actionem iſti viæ ſolummodò accommodam poſuerit. Si aliud inſuper ſe velle dicat? cum Auguſtino in Pſalm. 118. concion. 1. ipſi reſpondebimus. „ Non „ illac itur quà pergitis, quò pervenire deſide- „ ratis. Ad vias Domini, *concion. 3.* & ipſa ora- „ tio pertinet, & ipſa confeſſio, *quamvis non* „ *ad eas peccata pertineant.* Itaquè in viis Do- „ mini, quas omnes una fides complectitur, „ quâ in eum creditur, qui juſtificat impium, „ qui etiam dixit, *ego ſum via:* nemo *peccatum* „ *operatur, ſed confitetur.* Deviat ergò cum pec- „ cat, *& ideò peccatum viæ non tribuitur*, quod „ à deviante committitur &c. propter viam „ non imputatur, *& tanquam non fuerit opera-* „ *tus accipitur.* „ Eodem planè modo hunc locum intellexit ac fuit interpretatus D. Hieronymus. „ *Non enim qui operantur iniquitatem,* „ *in viis ejus ambulaverunt.* Viæ, *inquit*, ſunt „ Apoſtoli & Prophetæ, per quos venitur ad

„ viam

„ *quid Deo præter contemptum injurias irrogas?* „ quid ad provocandam celerius ejus iram, in „ teſtimonium pœnæ tuæ ſceleratas ad Deum „ porrigis manus, ad quas ille non reſpicit, *qui* „ *nonniſi ſanctas & immaculatas ſibi manus juſſit* „ *offerri* &c. Rectiſſimè his dicitur, recedite à „ me operarii doloſi: nomen enim meum ha- „ buiſtis, *ſed opera mea non feciſtis*. Perdidit, „ *in Pſalm* 145. *verſ.* 7. jam vitam, *cadaver* „ *tibi loquitur*. „ Legatur ſect. 2. §. 1. num. 14. pag. 36. ſect. 4. §. 2. num. 16. pag. 82. §. 5. num. 21.

8. Collige ulterius 3. optimè deduci videri, actum externum ſpeciem pietatis præ ſe ferentem, ſed virtutem ejus abnegantem, inter actus religionis computandum non eſſe. Non enim ideò actus eſt religionis, propterea quod ejus ſpecie tegatur. Enimverò nullus eſt exterior virtutis actus, qui ab amore proprio imperari non poſſit, & ad ejus ſpeciem referri, ut docet Aug. tr. 7. in ep. B. Joan. „ Multa, *inquit*, „ fieri poſſunt quæ ſpeciem habent bonam, & „ non procedunt de radice charitatis. Habent „ enim ſpinæ flores. Videte, *tract. 8. in epiſt. eandem*: quanta opera facit ſuperbia. Ponite in „ corde quam ſimilia faciat & quaſi paria charitati. Paſcit eſurientem charitas, paſcit & ſuperbia. *Charitas ut Deus laudetur, ſuperbia ut* „ *ipſa laudetur*. Veſtit nudum charitas, veſtit „ & ſuperbia. Jejunat charitas, jejunat & ſuperbia. Sepelit mortuum charitas, ſepelit & „ ſuperbia. *Omnia opera bona quæ vult facere* „ *charitas & facit, agit contrà ſuperbia*; & „ quaſi ducit equos ſuos. „ Videatur, ſi placet,

2. Timoth. 3. v. 5.
Matth. 7. v. 15.

Ille propriè dicit, qui voluntatem ac mentē ſuā ſono vocis enuntiat. Libro 2. de ſerm. Dom. in monte cap. 39.

1. Cor. 12. v. 3.

ſect. 2. §. 1. num 11. & ſequent. pag. 34. ſect. 4. §. 2. num. 2. pag. 73.

In oratione præcipuè attenditur orantis devotio, & ideò tantùm debet oratio protendi; quantùm devotio orantis conſervari poteſt. S. Th. in 4. diſt. 15. qu. 4. art. 2. qu. 2. O.

In 2. diſt. 42. qu. 1. art. 5. ad 1.

9. Collige 4. rationem precandi, Miſſæ aſſiſtendi, aut alterius ſimilis præcepti adimplendi, ſimpliciter dictam (ut §. 3. pag. 124. vidimus) non ab alio peti poſſe quam ab actu virtutis, conſiderato ut medio, hoc eſt, ut omnimodam habet proportionem cùm fine ab ipſo legiſlatore, ſivè præcipiente, proximè & efficaciter volito, prout clarè demonſtrat Doctor Angelicus in 4. diſtinct. 15. quæſt. 1. art. 1. quæſtiunc. 1. O. his verbis. „Dicitur aliquis actus eſſe actus virtutis formaliter, quià in ſuo nomine formam & rationem „virtutis implicitam habet, ſicut fortiter ſuſtinere, dicitur actus fortitudinis, formale „autem cujuſlibet virtutis moralis *eſt ratio medii:* undè omnis actus qui rationem medii „importat, actus virtutis formaliter eſt. Et „quià *æqualitas medium eſt, quod ſuo nomine „ſatisfactio importat, non enim dicitur aliquid „ſatisfactum, niſi ſecundùm proportionem æqualitatis ad aliquid*, conſtat quod ſatisfactio „etiam formaliter eſt actus virtutis.„ In vanum igitur per actus peccaminoſos, ad omnem effectum bonum producendum ineptos, aliqualis virtutis, aut ſatisfactionis ratio prætenditur: ipſi enim, nè quidem quoad ſuum materiale ad actum virtutis pertinent, ſed ſolummodò ad actum peccati tanquam partem ejus materialem, ſecundùm ea quæ docet 1. 2. quæſt. 20. art. 2. art. 6. quæſt. 71. art. 6. O. & ad 2. Videatur & quæſt. 96. art. 1. & 2. Auguſt. in præfat. Pſalm. 130. lib. 1. de ſerm.

Dom.

Dom. in monte cap. 12 lib. 2. cap. 2. de ſalutar. docum. cap. 53. tract. 27. in Joan. Ambroſ. in Pſalm. 118. verſ. 169. de Conſec. diſt. 1. cap. 70. Quandò

10. Collige 5. minimè gentium admittendam eſſe reſpectu præceptorum tùm divinorum, tùm Eccleſiaſticorum, Dei cultum, vel ſalutem noſtram æternam immediatè urgentium, actuum noſtrorum bipartitionem, Deo videlicet actus iſtiuſmodi materiale offerendo, formali autem dæmoni relicto; talibus enim hoſtiis non promeretur Deus: ſed è contrà, *Neſcitis*, ait Apoſt. 1. Cor. 3. verſ. 16. *Quià templum Dei eſtis, & Spiritus Dei habitat in vobis? ſi quis autem templum Dei violaverit, diſperdet illum Deus. Quæ immolant gentes*, cap. 10. verſ. 20. *dæmoniis immolant, & non Deo. Nolo autem vos fieri ſocios dæmoniorum.* „Noli, *ait Auguſt. in præfat. Pſalm.* „*102.* de tuo retribuere: non vult Deus de „tuo ſibi retribui: ſe de tuo retribuis, pec„catum retribuis &c. Non ex te creſco, „*Homil. 6. inter 50.* ſed tu ex me. *Sacrificium* „*volo quod proſit homini, ſic ad me pervenit,* „quod tibi proſit.„ Eidem veritati adſtipulatur Hieronymus ſcribens in Malach. 1. verſ. 8. „Si, *inquit*, iſtiuſmodi duci tuo „offerres munera, nonnè reſponderet? non„nè ſibi factam putaret injuriam? & hoc au„detis offerre Deo, quod dare hominibus non „audetis.„ Nemo ergò ſibi perſuadeat Deum ſpolia peccati dividere cum dæmone; „Non „vult, *ait Auguſt. tract. 7. in Joan.* Chriſtus „communionem, ſed ſolus vult poſſidere quod „emit.

2. 2. Quæſt. 88. art. 2. ad 2.

Simplex autē quomodò erit, ſi duobus Dominis ſerviat, nec unâ intentione rerū æternarum purificet aciem ſuā. Lib. 2. de ſerm. Domini in monte c. 6. Hebr. 13. v. 16.

Ex parte Dei non ſunt nobis aliqua mala facta ſicut bona. S. Thom. in 4. diſt. 15. qu. 1. art. 3. q. 4. ad 1.

„ emit. Tanti emit ut ſolus poſſideat, tu facis „ ei conſortem diabolum, cui te per peccatum „ vendideras. *Væ duplici corde, qui in corde ſuo „ partem faciunt Deo*, & partem faciunt diabo-„ lo. Iratus Deus quià ibi fit pars diabolo; diſ-„ cedit; & totùm diabolus poſſidebit. Vides, „ *Ambroſius lib. 2. de Abel & Cain cap. 6.* quan-„ tùm ſit vitii, ubi deeſt diviſio, *ibi totum ſa-„ crificium refutatur.* „ Alia ejuſdem capitis verba habentur ſuprà §. 4. num. ult. & ibidem Auguſt. in Pſalm. 49. item de vitâ Chriſtian. cap. 10. cit. Append. 3. num. 27. in margine pag. 119. & §. 5. num. 40. & ſequent.

11. Collige ultimò, ſatis ſuperquè modò apparere; verùm eſſe quod docuit S. Thomas 3. part. quæſt. 68. art. 4. O. fruſtrà fieri in operibus Chriſti & Eccleſiæ, ſi non pertingatur ad finem ad quem res eſt deſtinata. Nequé ſolummodò eò ſenſu verum eſt: quod ſit fruſtrà, hoc eſt, abſquè mercede; ſed etiam quod ſit fruſtrà, hoc eſt, quòd non extinguat debitùm. Nam ſi ſufficeret malus ille ſolvendi modus: verè & certo ſenſu ſe homo juſtum exiſtimare poſſet, in quantum, tametſi illicitè, illum poneret actum, quo ſua, ſaltem ex parte, in Deum ac Eccleſiam debita extingueret; quod eſt contrà fulgidiſſimum jubar Divum Auguſtinum, nihil, quod Deo tunc fiat, agnoſcentem. „ Cor rectum, *in Pſal 100. „ verſ. 4.* ſequitur Deum, pravum cor reſiſtit „ Deo &c. Pravum eſt, quià tortum eſt, & „ tortam regulam portat &c. Quandò enim „ dicis, quid tibi feci? *juſtum te putas.* Sed „ reſpondeat tibi Deus: *verum dicis, mihi „ nihil*

Jerem. 2. v. 13.

„ *nihil feciſti, omnia enim tibi feciſti. Si enim*
„ *mihi aliquid feciſſes, bonum feciſſes. Quid-*
„ *quid enim benè fit, mihi fit, quià ex præcepto*
„ *meo fit. Quidquid autem mali fit, tibi fit,*
„ *non mihi fit: quià non facit malus aliquid niſi ſi-*
„ *bi, quià hoc non ego jubeo.* Tales quandò vi-
„ deritis fratres corripite, arguite, corrigite.
„ Et ſi non poteſtis corripere, aut corrigere,
„ nolite conſentire. Si pro laude humanâ dede-
„ ris eleëmoſynam, *ſerm. 60. de temp.* totum ſi-
„ niſtra facit, *dextra omninò nihil facit.* Si verò
„ pro remiſſione peccatorum & amore vitæ
„ æternæ eleëmoſynam dederis, *totum dextra*
„ *facit.* „ Lib. 2. de ſerm. Dom. in monte cap. 5.
& 6. de verb. Apoſt. ſerm. 13. S. Th. 1. 2. q. 84. a. 1.
ad 1. & ſect. 4. §. 2. n. 6. pag. 76. n. 16 pag. 83.

12. Reſtat in præſentiâ, ut ad aliam objectionis partem convertamur, ac unà demonſtremus diebus feſtis ac dominicis Chriſtianum debere ſpecialiter piis ac divinis rebus vacare; ſed ut nihil ex me ipſo proferam,

Probatur 1. ex Auguſtino ſerm. 251. de temp.
„ Sciendum, *inquit*, fratres chariſſimi, quod
„ ideò à ſanctis patribus conſtitutum eſt Chri-
„ ſtianis & mandatum, ut ſolemnitatibus San-
„ ctorum, & maximè in dominicis diebus,
„ otium haberent, & à terreno negotio vaca-
„ rent, ut paratiores & promptiores eſſent ad
„ divinum cultum, cum non haberent quod
„ eos retardaret incommodum, reliquerent-
„ què eo tempore terrenam ſolicitudinem, quò
„ faciliùs poſſent Dei intendere voluntatem,
„ &c. Sequeſtrati à rurali opere, ſoli divino
„ cultui vacemus. Sic quoquè ſanctificamus ritè

 „ ſabbatum

„ ſabbatum Domini, dicente Domino *omne* „ *opus non facietis in eo* &c. In die verò nullus ſe à „ ſacrâ Miſſarum celebratione ſeparet, neque „ otioſus quis domi remaneat, cæteris ad Ec„ cleſiam pergentibus, neque in venatione ſe „ occupet, & diabolico mancipetur officio &c. „ nullus veſtrum ſe inebriet. „ In Pſalm. 69. in præfat.

Idem commendat lib. de decem chordis cap. 3. „ Dicitur tibi, *ait*, ut ſpiritualiter obſerves „ ſabbatum, non quomodò Judæi obſervant „ ſabbatum, carnali otio: vacare enim volunt „ ad nugas atque luxurias ſuas. Meliùs enim fa„ ceret Judæus in agro ſuo aliquid utile, quam „ in theatro ſeditioſus exiſteret. Et meliùs fe„ minæ eorum die ſabbati lanam facerent, quam „ totâ die in Neomeniis ſuis impudicè ſalta„ rent. „ Serm. 215. de temp. tract. de rectitudine Catholicæ converſ.

13. Probatur 2. ex S. Thomâ in 3. diſt. 37. quæſt. 1. art. 5. quæſtiunc. 2. „ Secundùm enim, „ *inquit*, illud ejus quod naturalis ratio dictat, „ præceptum morale eſt, ut ſcilicet aliquo tem„ pore homo contemplationi vacet: ſed taxa„ tio temporis, in quo vacandum ſit, non eſt „ de dictamine legis naturalis, & ideò eſt mo„ rale præceptum. „ Quæſtiunc. 3. „ Sabbati „ obſervatio quantum ad illud, quod de lege „ naturali habebat, prout morale præceptum „ eſt, tempore gratiæ non ceſſavit, imò perfe„ ctius implendum eſt. *Ad 2*. Perfectius in novâ „ lege debemus Deo vacare. *Ad 4*. In die Do„ minicâ tenemur vacare ex conſtitutione Ec„ cleſiæ ab operibus quæ nos impedire poſſunt

„ à cul-

„ à cultu divino, qui indicitur in tali die exer-„ cendus.

In eâ mentis ſententiâ perſiſtit in ſuâ ſummâ, prout patet ex 2. 2. quæſt. 122. art. 4. ad 3. „ Homo, *ſunt ejus verba*, magis impeditur à „ rebus divinis per opus peccati, quam per opus „ licitum, quamvis ſit corporale, & ideò ma-„ gis contrà hoc præceptum facit, qui peccat „ in die feſto, quam qui aliud corporale opus „ licitum facit. Undè Aug. dicit &c. „ Art. 1. & 4.ad 4.

14. Hos Eccleſiæ Doctores preſſo pede ſequuntur, Patres Tridentini ſeſſ. 25. cap.ult. his verbis. „ Sanctorum celebratione, ac re-„ liquiarum viſitatione homines ad comeſſa-„ tiones atquè ebrietates non abutantur, quaſi „ feſti dies in honorem ſanctorum per luxu-„ riam ac laſciviam agantur.

15. Catechiſmus Romanus his omnibus adductis poſterior, fidelibus omnibus obligationem prædictam de feſtis legitimè ſervandis, multis exponit, ac vehementer commendat, parte 3. agens de tertio Decalogi præcepto num. 17. „ Ad id primum, *inquit*, inſtitui-„ mur, ut quæcumquè divinum cultum impe-„ dire poſſunt, omninò vitemus. Facile enim „ perſpici poteſt, omne ſervilis operis ge-„ nus prohiberi, *non quidem ex re, quod ſuâ* „ *naturâ eſt aut turpe aut malum ſit?* ſed quo-„ niam mentem noſtram à divino cultu, *qui* „ *finis præcepti eſt*, abſtrahit: quò magis pecca-„ ta fidelibus vitanda ſunt, quæ non ſolùm „ animum à divinarum rerum ſtudio avocant, „ ſed nos à Dei amore prorsùs ſejungunt. *Num.*

„ 21. Iſta verò ejuſmodi ſunt; ut ad Dei tem-„plum accedamus, *eoquê loco piâ, ſinceraquê* „ *animi attentione ſacroſancta Miſſa ſacrificio in-* „ *terſimus*, &c.

16. Sic verò proſequitur num. 22. „ Popu-„ lo illud maximè perſuadeatur, ut hujus præ-„ cepti legem ſummo ſtudio, accurataquè dili-„ gentia ſervet. Ad hoc plurimùm valet, ut „ populus ſcilicet intelligat, ac planè perſpi-„ ciat, quàm juſtum, ac rationi conſentaneum „ ſit, nos certos quoſdam dies habere, quos „ totos divino cultui tribuamus, Dominum-„ què noſtrum, à quo ſumma, & innumera-„ bilia beneficia accepimus, agnoſcamus, co-„ lamus, ac veneremur. Si enim juſſiſſet nos „ quotidie religionis cultum ſibi tribuere, „ nonnè pro ſuis erga nos beneficiis, quæ „ maxima & infinita ſunt, omnis opera danda „ eſſet, ut prompto, alacriquè animo ejus di-„ cto audientes eſſemus? nunc verò paucis ad „ ejus cultum inſtitutis diebus, non eſt cur nos „ negligentes atque difficiles in ejus officii fun-„ ctione ſimus, quod ſine graviſſima culpa præ-„ termittere non poſſumus.

§. VII.

De Jejunio.

DICES 1. qui jejunat manens in peccato mortali, ſatisfacit præcepto de jejunio, ergò &c.

Reſpondeo primò, eodem modo quo ſuprà §. 5. numero 1. & 2. quod hîc etiam locum habet.

1. Reſpondeo ſecundò, ejuſmodi jejunantem, poſitò quod à ſuis peccatis abſtinere nolit, ex parte tantummodò ſatisfacere, ſed non èx toto. Ad hoc benè intelligendum, effectus ab Eccleſiâ per jejunium intentos recenſere oportet. Illos refert S. Thomas 2. 2. quæſt. 147. art. 1. Primus ac proximè intentus, eſt carnis maceratio: ipſe verò ex rei naturâ ſequitur atquè reperitur ordinariè in eo, qui in ſuâ refectione unicâ, juxtà legis Eccleſiaſticæ regulam, & proborum morem receptum, modum imponit; ſivè talis ſit in gratiâ, ſivè non. Secundus jejunii effectus eſt elevatio mentis in Deum. Tertius autem pro peccatis ſatisfactio.

2. Quod ad duos illos poſtremos effectus jam enumeratos attinet; ſatis clarum ac certum eſt reperiri non poſſe in eo qui actu vult perſeverare in ſuis peccatis, ac dè illis delectatur, ſecundùm ea quæ de horis canonicis ac Miſsâ, præcedentibus paragraphis diximus. Undè ſi jeju-

nium eſſet primariò, & proximè indictum ad avertenda Dei flagella, ob gravia hominum peccata, ut olim contigit Ninive ad Jonæ prædicationem: nemo meritò dicet per jejunium nullâ factâ vitæ emendatione obſervatum, ſed è contrà voluntate in ſuis prioribus peccatis, vel etiam gravioribus obſtinatè perſeverante, vel denique ob finem malum jejunium ſolummodò ſervante, præcepto de Deo per jejunium, aliaque bona opera placando, ſatisfieri poſſe. Niſi velimus falſitatis arguere literas ſacras, clarè contrarium enuntiantes, ac ubiquè prædicantes debere tunc eſſe in fletu, planctu, converſione à viâ ſuâ malâ. 2. Paralip. 20. verſ. 3. & 1. Eſdr. 8. verſ. 21. Judith. 4. verſ. 12. Joël. 2. verſ. 12. Jon. 3. verſ. 5. Imò talia jejunia velut non jejunia deputantur apud Iſai. 58. v. 5. *numquid iſtud vocabis jejunium?* Non ipſi Deo, ſed ſibi jejunare dicuntur apud Zachar. 7. v. 6. *numquid jejunium jejunaſtis mihi? & cum comediſtis, & bibiſtis, numquid non vobis comediſtis, & vobiſmetipſis bibiſtis?* Videatur Auguſt. lib. 2. de ſerm. Dom. in monte cap. 19. & 20. de utilitate jejunii tom. 9. fol. 254. ſect. 2. ſuprà §. 1. num. 3. & 4. pag. 25.

Si enim ratio contrà divinarum ſcripturarũ authoritatẽ redditur, quamlibet acuta ſit, fallit veriſimilitudine, nã vera eſſe nõ poteſt. Aug. epiſt. 7. ad Marcellinum.

3. Scripturam ſacram ad ſenſum jam dictum intellexiſſe ſanctos Patres, ſatis probant eorum commentaria. „Vides, *inquit Hieronymus in Pſal. 108.* Hæreticum orantem, vides Judæum, vides Manichæum; licet jejunent, licet orent, tamen oratio ipſorum vertitur in peccatum. Quid enim prodeſt, *in caput 58. Iſai.* jejuniis ora pallere: & ad lites & ad jurgia jejunare &c. hujuſcemodi jejunia & in exordio

„ dio hujus Prophetæ Dominus arguit, dicens: „ *Jejunium & otium, neomenias & ſabbata, & „ alias ſolemnitates veſtras odit anima mea.* Undè „ præcipitur per Joël, *ſanctificate ieiunium: „ prædicate curationem*: ut à vitiis jejunemus, „ & bonis operibus, curatiſque peccatis fiant „ ſancti jejunia &c. Nequè enim, *in Zachar.7.* „ his verbis *placatur Deus, ſed bonis operibus* &c. „ hæc autem erant verba Domini, quæ ſequens „ ſcriptura teſtatur: velle ſe judicium & miſe„ ricordiam in pauperes. „ Quid ſimile habetur apud Auguſtinum ſerm. 25. ad fratres in eremo. „ Qui enim jejunat ut bonus appareat, ut con„ ſervetur, ut ſanior fiat, & ut nè corporenimis „ impingueſcat, non beatus eſt ille, quià jeju„ nium quod facit, non virtutis eſt, ſed præſum„ ptionis, non virtutis eſt, ſed attenuationis. „ *Ideò non mundo, ſed Deo ieiunare debemus*, ſic „ enim ſancti Patres in veteri lege faciebant. „ Serm. 55. de temp. S. Thom. 2. 2. q. 147. a.1. ad 1. art. 2. ad 1. & in 4. diſt. 15. quæſt. 3. art. 1. quæſtiunc. 1. O.

4. Dices 2. qui ex propoſito & eo fine adeò ſe ingurgitat per unicam refectionem, ut nullam ſentiat jejunandi difficultatem, verè jejunii præcepto ſatisfacit, & tamen finem jejunii proximum non aſſequitur, imò per illam fraudulentam refectionem, ipſam carnis macerationem impedire nititur, & de facto impedit, ergò &c.

Reſpondeo poſſe aliquem huic objectioni reponere, carnis macerationem effectum jejunii proximum, qui ab Eccleſiâ efficaciter ac proximè intenditur, atquè in ſuo medio præ-

cipitur,

cipitur, eùm eſſe qui ex unicâ refectione reſultat, tametſi, ob bonam reficientis ſe complexionem, aut ciborum præſtantiam, parva, vel nulla carnis maceratio inducatur. Ratio iſtiuſmodi eſt (dicet) quod Eccleſia ob ſtomachorum juxtà ac conditionum hominum diverſitatem ac inæqualitatem, nihil ſuper hac re præciſum & determinatum ſtatuere potuerit. Fatendum nihilominus Eccleſiam in ſui ortu jejunii fuiſſe obſervantiorem, ut notat S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 7. Sylvius ibidem, & art. 8. ad 2. Non obſcurè illud ipſum indicare videtur Doct. Ang. in 4. diſt. 15. quæſt. 3. art. 4. quæſtiunc. 3. ad 2. ubi in hunc modum loquitur. „Ea in quibus non poteſt accipi certa menſura, „non cadunt ſub determinatione legiſlatoris, „& ideò quià non poteſt accipi certa menſura „in quantitate cibi, vel aliis conditionibus „numeratis, ſicut in tempore accipi poteſt: „*ideò conditiones aliæ quatuor non cadunt ſub determinatione præcepti Eccleſiæ:* & ideò quamvis per inordinationem circà illas circumſtantias peccet, & meritum jejunii amittat, vel „in toto, vel in parte, *non tamen Eccleſiæ ſtatutum tranſgreditur, & ideò ieiunium non ſoluit.* „ Idem habet 2. 2. q. 147. art. 6. ad 1.

5. Ut tamen dictam ingurgitationem ex propoſito, & in ſolam fraudem jejunii factam paulò accuratiùs perpendamus, non erit omninò ſupervacaneum ſanctorum Patrum, ac aliorum ſententias ſuper hoc referre „Non laudatur, *inquit Aug. in Pſal. 43. v. 17.* in illo jejunium, qui ad luxurioſam cœnam ſervat ventrem ſuum. Invitantur enim aliquandò homi-

„nes

„ nes ad cœnam magnam, & cum ad eam volunt avidi venire, jejunant: numquid hoc jejunium continentiæ, & non potiùs luxuriæ deputandum. Nè fortè, *ſerm. 56. de temp.* aliquis ſumptuoſas cœnas, & ex exquiſitis ſaporibus epulas ſtudeat præparare, *& corpori ſuo magis commutaſſe, quam ſubtraxiſſe ciborum abundantiam videatur.* Nihil prodeſt totâ die longum duxiſſe jejunium ſi poſteà ciborum ſuavitate, *vel nimietate* anima obruatur.

6. Idem repetit ſerm. 157. de temp. his verbis. „Propter hominum errores, qui per vaniloquas ſeductiones & pravas conſuetudines nobis moleſtam pro vobis curam inferre non ceſſant; tacere non poſſumus. Sunt quidam obſervatores quadrageſimæ delicioſi potiùs quam religioſi, exquirentes novas ſuavitates, magis quàm veteres concupiſcentias caſtigantes; qui pretioſis copioſiſquè apparatibus fructuum diverſorum quorumlibet varietates & ſapores ſuperare contendunt. Vaſa in quibus coctæ ſunt carnes, *tanquam immunda formidant*, & in carne ſuâ *ventris & gutturis luxuriam non formidant.* Jejunant, *non ut ſolitam temperando minuant edacitatem, ſed ut immoderatam differendo augeant aviditatem.* Nam ubi tempus reficiendi advenerit, opimis menſis tanquam pecora præſepibus, irruunt, ventreſquè diſtendunt, artificioſis ac peregrinis condimentorum diverſitatibus tantùm capiunt manducando, quantum digerere non ſufficiunt jejunando &c. tanquam non ſit quadrageſima piæ humiliationis ob-

„ ſervatio

,, ſervatio, ſed novæ voluptatis occaſio &c.
,, Quid autem abſurdius, quam tempore quo
,, caro arctius eſt caſtiganda, tantam ſuavita-
,, tem carni procurare, ut ipſa faucium con-
,, cupiſcentia nollet quadrageſimam præterire?
,, quid inconvenientius, quam diebus humili-
,, tatis, quandò parùm victus omnibus imitan-
,, dum eſt, ità vivere, ut ſi toto tempore ſic
,, vivatur, vix poſſint victum patrimonia ſu-
,, ſtinere? cavete iſta dilectiſſimi, cogitate quid
,, ſcriptum eſt, poſt concupiſcentias tuas non
,, eas. *Quod ſaluberrimum præceptum ſi omni*
,, *tempore obſervandum eſt, quantò ampliùs his*
,, *diebus, quandò ità turpe eſt, ſi cupiditas noſtra*
,, *ad inuſitatas relaxetur illecebras, ut meritò cul-*
,, *petur qui non reſtrinxerit uſitatas.* ,, De ver-
bis Apoſt. ſerm. 4.

7. Quod ad ſanctum Thomam attinet duo circà hanc materiam docuiſſe viſus eſt, ut loca mox proferenda ſubindicant; primum videlicet, quod Eccleſiæ præceptum de jejunando ſit juris naturalis de aliquandò jejunando determinativum. Videatur ſuprà §. 5. n. 7. & §. 6. num. 13. Secundum autem: quod ille qui in fraudem jejunii ſeſe ingurgitat, graviter peccet, ac in ipſum jejunii præceptum impingat.

8. Primum deſumitur ex lib. 4. ſentent. diſt. 15. quæſt. 3. art 1. quæſtiunc. 4. O. ubi ità diſcurrit. ,, Præceptis juris naturalis prohiben-
,, tur ea, quæ poſſunt eſſe occaſiones malorum:
,, vel præcipiuntur aliqua ordinantia ad virtu-
,, tem, quam legis poſitor inducere intendit:
,, & propter hoc jus poſituum, ut dicit Tul-
,, lius

„ lius, eſt à naturali derivatum &c. Jus poſi-
„ tivum, *art. 2. quæſtiunc. 1. O.* à jure naturali
„ procedere dicitur, *in quantum per ius poſi-*
„ *tivum modus obſervandi ius naturale determi-*
„ *natur* : quia intentio cujuſlibet legiſlatoris
„ *eſt inducere homines ad virtutes*, ut dicitur in
„ 2. Ethic. quæ pertinent ad jus naturale. Mo-
„ dus autem obſervandi ea quæ ſunt de lege
„ naturali, non poteſt eſſe uniformis *2.2.q.147.*
„ *art 2.O.* Sicut ad ſæculares Principes pertinet
„ *præcepta legalia iuris naturalis determinativa*
„ *tradere de his quæ pertinent ad utilitatem com-*
„ *munem in temporalibus rebus, ità etiam ad Præ-*
„ *latos Eccleſiaſticos pertinet ea ſtatutis præcipere,*
„ *quæ ad utilitatem communem fidelium pertinent*
„ *in ſpiritualibus bonis.* Dictum eſt autem quod
„ jejunium &c.

9. Secundum verò, probari poteſt ex eodem libro diſt. 15. cit. quæſt. 3 art. 1. quæſtiunc. 4 ad 3. ubi eam veritatem evidenter adſtruit.
„ Præcepta, *ait*, juris poſitivi magis obligant ex
„ intentione legiſlatoris, quam ex ipſis verbis:
„ *& ideò tranſgreſſor talis præcepti magis eſt repu-*
„ *tandus, qui obviat intentioni legiſlatoris, quam*
„ *qui deviat in aliquo à legis ordinatione.* Sum-
„ ptio potus, manducatio non dicitur: & ideò
„ ille qui potat extrà horam comeſtionis, non
„ dicitur bis manducare, & propter hoc nec
„ ſtatutum Eccleſiæ frangit, *niſi fraudem faciat:*
„ *quià legem violat, qui in fraudem legis aliquid*
„ *facit.* Electuaria, *art. 4. q. 1. ad 5.* etſi aliquo
„ modo nutriant, *non tamen hic eſt principalis*
„ *uſus eorum.* Undè nec loco manducationis
„ ſumi conſueverunt, & ideò talis ſumptio jeju-

nium

„ nium Eccleſiæ non ſolvit, quamvis homo „ poſſit totaliter, vel in parte ex hoc meritum „ jejunii perdere, vel etiam mortaliter pecca- „ re, ſi ſit immoderata libido, *non tamen eſt* „ *tranſgreſſor præcepti Eccleſiæ, niſi in fraudem* „ *ſumeret, aut ſi eis quaſi aliis cibis uteretur ad* „ *famem extinguendam.*

Ad hoc autem præcipuè valet cōſiderare intētiones ſtatuentis. In 4. diſt. 15. q. 3. art. 4. quæſtiunc. 1. O.

Hanc doctrinam conſervaſſe videtur in ſuâ ſummâ, ut apparet ex 2. 2. qu. 147. art. 3. ad 2. ibi enim ità reſolvit. „ Præcepta quæ per „ modum communis ſtatuti proponuntur, non „ eodem modo obligant omnes, ſed ſecundùm „ quod *requiritur ad finem quem legiſlator inten-* „ *dit.* Cujus authoritatem ſi aliquis tranſgre- „ diendo ſtatutum contemnat, *vel hoc modo* „ *tranſgrediatur, ut impediatur finis quem in-* „ *tendit, peccat mortaliter talis tranſgreſſor.* „ Art. 6. ad 3. & 1. 2. quæſt 74. art. 7. ad 3. Videatur ſect. 3. §. 1. num. 4. pag. 53.

Bonũ autē cujuſlibet mēnſurati & regulati conſiſtit in hoc quod conformetur ſuæ regulæ: ſicut bonum in artificiatis eſt, ut ſequatur regulam artis S. Thom. 1. 2. q. 64. art. 1. O.

10. Si autem illa duo, numero ſeptimo allegata, ac numeris ſequentibus magis diſcuſſa, vera ſint, ac in ſenſu controverſo intelligenda? non magnam, objectio de ingurgitatione in fraudem jejunii factâ principiis ſectione tertiâ §. 1. & ſect. 4. §. 2. ſtabilitis, ingeret difficultatem. Numquam enim ingurgitatio iuri naturali habetur conformis, numquam regulis rationis commenſa dicitur, nec unquam populo Chriſtiano iuxtà finem à Chriſto vel ab Eccleſiâ intentum utilis eſſe poteſt. Quocircà præcepti affirmativi materia eſſe nequit, ſed benè ſolius negativi, ut ſuprà ex Auguſtino num. 6. circà finem vidimus. Enimverò ieiunium propriè dictum conſiſtit in abſtinendo à cibo, & quidem

Digitized by Google

quidem ut homo minùs ſumat de cibo, quam ſibi competeret ſecundùm ſtatum communem, prout docet S. Thom. 2. 2. quæſt. 147. art. 1. ad 2. Gula verò, eſt inordinatus comedendi vel bibendi appetitus, juxtà ea quæ habet qu. 148. art. 1. Ergò illi duo actus, cum ſint oppoſiti ſimulquè contrarii, ab eadem virtute, aut præcepto procedere nequeunt. Quapropter ſi talis temperantiam non ſervat, nec ponit actum ejus, quomodò jejunium Eccleſiaſticum ſervare prætendit? „ Jejunium enim, *ſecun-* „ *dùm S. Thom. in 4. diſt. 15. quæſt. 3. art. 1. quæ-* „ *ſtiunc. 1. O.* ab Eccleſiâ inſtitutum præſuppo- „ nit abſtinentiam illam, quæ ad virtutem exi- „ gitur; & addit abſtinentiam quandam ab illis, „ quæ medium virtutis non corrumpunt &c. in „ hoc, quod dicit, parſimonia victus: ab illis, „ quibus ſalvâ virtute aliàs uti liceret in hoc, „ quod dicit abſtinentiaque ciborum. „ Quæ-ſtiunc. 3. O. in fine. Quæſtiunc. 4. ad 1. diſt. 27. art. 1. ad 3. & 2. 2. quæſt. 27. art. 6. quæſt. 31. art. 4.

11. Sanctorum Patrum doctrinam amplectitur Petrus Bleſenſis Bathonienſis Archidiaconus in ſuo compendio in caput 1. Job. verſ. 6. quod refertur in Bibliothecâ Patrum tom. 24. ubi de materiâ præſente in hunc modum diſcurrit. „ Certè, *inquit*, non credo in homine in- „ columi jejunium eſſe alicujus meriti, quod „ eſuries non præcedit. Jejunare & jejunio non „ affligi, non habet vim, aut meritum jeju- „ nandi. Si inſtant Apoſtolorum vigiliæ, aut „ alia tempora, quæ neceſſitatem indicant, „ præcedenti die implemus & ingurgitamus

,, nos varietatibus ferculorum, atquè in frau-
,, dem venturi jejunii tantùm noſtris ventribus
,, inculcamus, quò ſufficienter poſſit ſuſtentari
,, triduò ſobrius diſpenſator. *Non eſt hoc*, dicit
Iſai. 58. v. 5. ,, Dominus per Prophetam, *jejunium quod elegi.*
,, Sunt enim jejunia, quæ reprobavit Deus, &
,, ſunt jejunia quæ elegit. Jejunant alii propter
,, naturæ impotentiam: alii propter avaritiam:
,, alii ad apparentiam: alii ad vitam æternam:
,, alii ad corporis ſanitatem. Jejunat ægrotus
,, ut convaleſcat, hypocrita ut appareat, faſti-
,, ditus ut appetat, avarus ut parcat. *In omni-
,, bus intentio tua, operi tuo nomen imponit.* In
,, omnibus diſcretio ſervanda eſt, auriga vir-
,, tutum & operum, atquè cogitationum opti-
,, ma moderatrix.,, Videatur & D. Bernardus
ſerm. 49. in cantica, & §. 6. num. 7. &c.

12. Totus viri hujus devotiſſimi diſcurſus, non alio quam noſtro nititur fundamento: videlicet ad ſatisfaciendum cuidam præcepto, in primis cavendum eſſe, nè ex propoſitò & in meram fraudem quidquam operemur, quod ipſi fini obtinendo contrarietur; imò verò candidè juxtà ac ſincerè & quantum in nobis eſt, ad eum aſſequendum laboremus. Si autem ipſum quoquo modo impediamus, omnemquè ejus effectum à nobis quam longiſſimè propulſemus; nos illud intendere non dicemur, ſed benè oppoſitum in quod convertimur, & ad quod obtinendum ſtudemus, optare vellequè pronuntiabimur Illud enim volumus quod intendimus & dè facto agimus, nobiſquè attribuitur. ,, In hominem, *inquit S. Thomas 1. 2. ,, quæſt. 79. art. 2. ad 2* ſicut in cauſam reduci-

,, tur

„ tur non ſolùm actus, ſed etiam ipſe defectus.
„ Denominationes, *ad Hannib lib. 4. diſt. 27.*
„ *art. 1. ad 2.* maximè fiunt à fine. „ Undè hujuſcemodi in objectione adductus, velle ſe ingurgitare, non verò jejunare velle dicendus & exiſtimandus eſt. Omne nomen ab actu, ut ſuprà §. 6. num. 7. ex Auguſtino audivimus. Videatur & S. Thom. 1. 2. quæſt. 72. art. 1. ad 1. art. 3.

13. Nequè habet Chriſtianus quod Eccleſiæ, bonum virtutis ab eo poſtulanti obmurmuret: ei enim ſubditus eſt. Quocircà rem ſibi tam ſalutarem meritò requirenti parère tenetur.
„ Tantò, *inquit Auguſtinus epiſt. 204. in fine*,
„ majore utitur Eccleſia poteſtate, ut non ſo-
„ lùm invitet, ſed etiam cogat ad bonum. „ Legatur & Epiſt. 48. Deniquè per multiplices atquè repetitas eodem die refectiones integras, tametſi temperanter factas, jejunium à ſe ſervatum prætendit nemo. Cur verò & quo jure per ingurgitationem & ingluvioſam refectionem in fraudem jejunii factam, refectionibus pluribus æquivalentem, vel etiam ſuperantem, illud autumamus? Profectò, ut extrà materiam quid proferam, in genere moris parùm referre cenſetur, an per unicam ſurreptionem, vel per repetitas, ſummam notabilem ſuffureris, ſi ipſam equidem integram auferre ſtatueras. Similiter an unico ictu, vel multiplici hominem occideris, ſi ipſum interimere abſolutè decreveras, & idem dic de ſimilibus exemplis. Ità pariter quid in genere moris intereſt, ſi jejunium multis refectionibus, vel unicâ guloſâ his æquivalente, à te avocare moliaris, imò ſuffocare

atquè extinguere penitùs nitaris? Legat, ſi placet, 2. Cor. 6. verſ. 14. S. Thom. 1. 2. qu. 74. art. 7. ad 3.

14. Præſentem hanc difficultatem paulò latiùs ventilatam, Covarruviæ Juriſconſulto eruditiſſimo integram relinquimus, qui eam lib. 4. variarum reſolutionum c. 20. diligenter examinat, atquè partis utriuſquè argumenta egregiè expendit. Poſt varia ab eo ibid. adducta ſic n. 11. proſequitur. „ Etenim multis rationibus, *ſunt* „ *ejus verba* non temerè poteris aſſeverare hoſcè „ homines jejunii præcepto minimè ſatisfeciſſe. „ Numero autem 12 in hunc modum concludit. „ Mihi tamen dubia eſt, quamvis nolim hac in „ re adeò gravi, quemquam damnare, facillimè „ ab hac dubitatione diſceſſurus, niſi vidiſſem „ tot ſanctorum Patrum teſtimonia, tot vete- „ rum canonum decreta &c. „ Juriſperiti hujus clariſſimi juxtà ac prudentiſſimi, ſingularem in nemine ſugillando vel damnando tùm modeſtiam, tùm humanitatem, imitari in præſentiarum omninò ſtatuimus, memores inſuper ejus quod habet Hieronymus in Epiſtolâ 13 ad Auguſtinum „ ſufficit enim mihi probare mea; „ & aliena non carpere. „ Suprà dicta verò in medium tantummodò attulimus, ut lector benevolus ea quæ ſuper factâ objectione regeri poſſunt, nobiſcum intueretur. Utrum verò rectè & pertinenter fieret? lectoris judicio, prudentiæ atquè determinationi totum relinquimus.

15. Dices 2. qui modo tetrico ſimul & ignominioſo, ſummam alteri debitam perſolveret, verè nihilominùs ſatisfaceret, nemo enim ipſum ad novam ſolutionem adſtringeret.

Ergò

Ergô ſimiliter dici debet de eo qui tali modo Deo vel Eccleſiæ ſatisfacit.

Reſpondeo 1. hoc ſufficienter ſolutum ſect. 4. §. 2. pag. 73. & §. 3. pag. 123.

Reſpondeo 2. illud, loquendo generaliter, falſum eſſe: & ſolummodò verum in ſolutionibus juſtitiæ commutativæ titulo factis, ubi præcisè æqualitas rei ad rem attenditur, quæ cum adhuc remanere ſupponatur; non habet Dominus quod ſub eâ ratione conqueratur. Aliud eſſet ſi modus ſolutionis eſſet de rei ponendæ ſubſtantiâ, ſivè magnoperè referret ad finem intentum proximè, ut in ſolutionibus honorariis, & cultus gratiâ factis, juxtà illud Malach. 1. verſ. 8. *Offer illud Duci tuo, ſi placuerit ei?* Vel ſi redderetur eo modo, loco, tempore, ubi nullius eſſet valoris aut utilitatis: imò eſſet ſub vitæ periculo vetita, vel alteri gravi incommodo obnoxia. Hæc enim ob oculos ſunt habenda, ſi rectè cognoſcere velimus, an ſatisfecerimus, necnè, ut notat S. Thomas 2. 2. quæſt. 88. art. 4. O. differentiam adferens inter actus humanos ad Deum immediatè ordinatos, & inter alios ad hominem proximè directos. „ Aliâ „ autem ratione, *inquit*, promittitur aliquid „ homini, & aliâ ratione Deo. Homini quidem „ promittimus aliquid propter ejus utilitatem; „ cui utile eſt & quod ei aliquid exhibeamus „ &c. Sed promiſſionem Deo facimus, non „ propter ejus utilitatem, ſed propter noſtram „ & ejus gloriam. Quod & iterùm adſtruit 1. 2. quæſt. 114 art. 1. ad 2.

16. Eandem ſolutionem adducit Eſtius in 4. diſtinct. 15. §. 17. in fine. „ Ad poſtremum,

 „ *inquit*,

„ *inquit*, reſpondetur non eſſe ſimile, quia
„ homo tenetur acceptare opus externum, de
„ quo ſolo lex præſcribit; Deus autem qui ſcru-
„ tator eſt cordium, non acceptat opus exter-
„ num, niſi quatenùs à bonâ voluntate proce-
„ dit. Quarè nec civilis illa ſatisfactio, virtu-
„ tis opus reputabitur, niſi procedat ab amore
„ juſtitiæ & ſtudio placandi proximum. Item
„ ſatisfactio quæ fit homini, non includit ut
„ fiat cum ſtudio placandi Deum, ſed tantùm
„ ut externa injuria reparetur.

Accedit & authoritas Auguſtini, illâ ipsâ ratione contrà Donatiſtas conſtanter utentis pluribus in locis, ut lib. 3. contrà Creſcon. cap. 8.
„ Quaſi verò, *ait*, quod infidelis colonus plan-
„ taverit, propter ejus infidelitatem non germi-
„ net vis ſeminis, & fecunditas terræ, cœliquè
„ temperies hanc efficaciam divinitus non acce-
„ perint, ut ad propagandos fructus plantatorem
„ vel rigatorem operarium tantummodò expe-
„ ctent, quâ mente operetur, quâ laboret inten-
„ tione non curent, utrùm Dominum agri fide-
„ liter diligat, an ſua non illius lucra conquirat.
„ Qui etiam, *Lib. 3. contrà Petil. lit. c. 55.* ſi ſua
„ quæreret, non quæ Jeſu Chriſti, *& invitus hoc*
„ *faceret*, ſinè ſuâ mercede tamen dominicam
„ pecuniam diſpenſaret, quamlibet malus, non
„ malam, nec inutilem, benè accipientibus
„ faceret. „ Cap. 49. in præfat. in Pſalm. 115.
S. Thom. in 4 diſt. 15. qu. 1. art. 1. quæſtiunc. 2. O. art. 5. quæſtiunc. 1. ad 1. item ſuprà ſect. 4. §. 2. num. 3. pag. 74.

17. Si quis interim ſcire cupiat, quam, qualemvè monetam, quodquè vectigal a nobis

Deus,

Deus, ac Dominus noſter exigat? cum ipſo Auguſtino perſcrutemur. ,, Quod vectigal, *In* ,, *Pſalm. 49. verſ. 7.* nobis indicit? quomodò ,, voluit eſſe Rex noſter, & nos voluit eſſe pro- ,, vinciam ſuam? audiamus indictiones ejus, ,, non trepidat pauper ſub indictione Dei. ,, Quod ſibi Deus dari indicit, *Ipſe priùs donat* ,, *qui indicit*, vos tantùm devoti eſtote. Non ,, exigit Deus quod non dedit, & omnibus de- ,, dit quod exigit. ,, Ecce perpetuum adimple- tionis ſignum ab ipſo indigitatum, & jam à no- bis aliquoties annotatum.

18. Quæ hactenùs diximus, cum propor- tione extendi poſſunt ad ſatisfactionem ſacra- mentalem quæ pro variâ tum Pœnitentis, tùm delictorum circumſtantiis, diverſa ab ipſo Con- feſſario, modò ut patre, modò ut medico, modò ut judice, ſpeciales effectus hîc & nunc principaliter & proximè intendente, imponi- tur. Ut ſi bonorum alienorum, famæ, hono- ris, injuſtè ablatorum reſtitutionem injungat, ſi harum, aut iſtarum occaſionum fugam præ- cipiat, ſi ſcandali dati reparationem imperet, ſi pœnitentiam purè vindicativam, ſivè puniti- vam per jejunia, eleëmoſynas, aut alia opera pœnalia imponat, ut pœnitentem ſuum pœnis domitum, cautiorem atquè ſapientiorem effi- ciat. Si pœnitentiam ſatisfactivam ſivè recon- ciliativam, pœnarumquè ex peccatis reſtan- tium deletivam poſtulet: ut enim habet S. Tho- mas in 4. diſt. 15 quæſt. 1. art. 4. quæſtiunc. 3. ad 5. ,,Unum opus poteſt habere plures ratio- ,, nes ſatisfaciendi.,, Confeſſarius autem quam- vis omnes intendat & velit; non tamen ſemper

& in omni caſu, ut jam diximus, eas æquè primò & efficaciter exigit : ſed modò hanc; modò illam pro ſuâ prudentiâ & diſcretione. Accedit prætereà quod eadem ipſa difficultas ab omnibus ſolvenda ſit in Pœnitentiis hodiernis, quæ noſtris peccatis indubiè ſunt inadæquatæ & inſufficientes.

19. His ità diſtinctis & explicatis, facillimè ab unoquoque perſpicitur, quandonam ſatisfactio ſit integra & undequaquè perfecta, & quandò non. Quandò iteranda ſit, & quandò non. Quandonam ſit actus virtutis ſimpliciter, Deiquè amicitiam conciliet, pœnarumquè abolitionem totaliter, vel ex parte impetret, & quandò non. Quandò reſtitutio & ſatisfactio ſumi poſſint pro eodem. Poſtremò ſtatim intelligitur quò uſquè admittendæ ſint variæ ac pugnantes Authorum ſententiæ : quorum aliqui in univerſum actibus peccaminoſis, aut in ſtatu peccati factis, adimunt reſpectu præceptorum Dei & Eccleſiæ omnem vim ſatisfaciendi. Alii è contrà idipſum univerſaliter aſſeverant, ceteris autem modò affirmantibus, modò negantibus, & ſubindè magis animi arbitrio, quam ſolidâ ratione inductis; plerumquè enim proferunt exemplum à paritate rationis, in quo toti fundantur, ubi tamen nulla eſt paritas. Videatur S. Thom. in 2. diſt. 42. q. 2. art. 5. ad 1. & 2. ubi illud quod dicimus clarè demonſtrat. „ In „ quolibet peccato, *inquit*, eſt aliquid virtu- „ tis, virtus enim conſtituitur, ex æqualitate „ omnium circumſtantiarum. Non eſt autem „ poſſibile, ut Philoſophus in 4. Ethic. dicit, „ ut omnium circumſtantiarum corruptio fiat ;

Covarruv. tom. 1. cap. Alma mater part. 1. §. 4. & 5. de bonis operibus.

„ &

„ & ideò aliquid virtutis in actu peccati rema-„ net. „ Item in 4. diſtinct. 15. quæſt. 1. art. 1. quæſtiunc. 1. & 2. O. & ad 1. quæſtiunc. 3. ad 1. art. 3. quæſtiunc. 1. O. & ad 2. quæſtiunc. 2. O. & ad 2. quæſtiunc. 3. ad 4. quæſtiunc. 4. O. in fine. Quæſtiunc. 5. O. art. 4. quæſtiunc. 1. O. quæſtiunc. 2. ad 3. art. 5. quæſtiunc. 1. O. & ad 1. &c. ad Hannib. lib. 4. diſt. 22. art. 2. ad 3. & 3. part. quæſt. 90. art. 2. O. item ſect. 4. §. 2. num. 8. pag. 77. §.6.n.9.

20. Ex doctrinâ Auguſtini difficultas emergit ſatis gravis: videlicet cur ipſe requirat ad implenda præcepta divina, ut id ipſum intendamus ac ut virtutis amore operemur, prout varia loca ſuprà citata, aliavè ſimilia clarè indicare videntur. Legatur §.5. n.25. §.6. nu 11.

Reſpondeo 1. poſſe dici Auguſtinum non tam effectum inductum alteri utilem conſiderare, quam ipſammet actionem ut ab homine procedentem, quæ cum in eo caſu, motivo virtuoſo & ſupernaturali non innitatur, imò vitioſo infecta ſit: ideò ad ſalutem hominis ſpiritualem, vitamquè æternam (quam potiſſimùm in dictis locis attendit Auguſtin.) conducere nequit. Eam interpretationem textus ipſe ſubminiſtrat; ut videre eſt ſerm. 59. de temp. ubi poſt iſta verba. „ Dextra autem ſignificat intentionem „ implendi divina præcepta. „ Hæc ſequentia ſubnectit. „ Hoc tali, *ait*, clauſulâ terminan-„ dum fuit. Non enim monet nunc ut oremus, „ ſed quomodò oremus: neque ut ſuperiùs ut „ eleëmoſynam faciamus, ſed quo animo facia-„ mus, *Quoniam de corde mundando præcipit*; „ quod non mundat niſi ſimplex intentio in „ æternam

Nemo autem implet legem niſi adjuverit gratia, id eſt, panis qui de cœlo deſcendit. Legis enim plenitudo (cōpendio ut ait Apoſtolus) charitas eſt: charitas nō nummi, ſed Dei: charitas nō terræ, nō cœli, ſed ejus qui fecit cœlum & terrā. Aug. tract. 26. in Joan.

„ æternam vitam ſolo & puro amore ſapientiæ.„
Item ſuprà §. 3. num. 3.

S. Thom. in 4. diſt. 16. qu. 4. arr. 1. quæſtiunc. 3. ad 4.

21. Reſponderi poteſt 2. eum hoccè modo etiam fortaſſis loqui, ob id quod non infrequenter contingat (quamvis non ſemper) homines ob finem vanum, & minimè propter Deum, vel virtutis amorem, opera virtutis exteriora exercentes, intùs eſſe tranſgreſſores: quod demùm palam innoteſcit, cum finis vani aut pravi materia deficit. Undè, ut ſuprà §. 5. num. 39. & 40. vidimus, talibus taliterquè mandatorum obſervatoribus, nequè Deus, nequè proximus adſtringuntur, cum in eorum gratiam nihil omninò fecerint, prout adhuc advertit in Pſalm. 52. verſ. 6. „ Qui, *inquit*, „ propter ſæcularia commoda, qui propter terrena bona, qui propter vitam præſentem & „ terrenam felicitatem invocant Deum, non „ invocant Deum. Non diligit, *In Pſalm. 55. verſ. 10.* uxorem ſuam, qui propter dotem illam diligit. Qui propter, *In Pſalm. 77. verſ. 35.* beneficia terrena, Deum quærebant: non „ utiquè Deum, ſed illa quærebant „ Videatur in Pſalm. 103 verſ. 2. in præfat. Pſalm. 115. in Pſalm. 118. verſ. 130. conc. 27. lib. 2. de ſerm. Dom. in monte cap. 20. & 35. tract. 9. in epiſt. B. Joan.

22. Ad hoc ampliùs confirmandum, non parùm facere videtur illud quod in exemplo (utinam illud ipsũ, aliavè ſimilia exempla nobis non impingantur) depingit Salvator noſter apud Lucam cap. 10. caſum referens de viatore quodam ab Jeruſalem in Jericho deſcendente, à latronibus deſpoliato, graviter vulnerato, atquè

in

in viâ ſemivivo relicto: quem cum ſacerdos quidam idem iter faciens, jacentem reperiſſet, abſquè ullo vel humanitatis, vel commiſerationis indicio pertranſiit. *Similiter & Levita, cum eſſet ſecus locum, & videret eum pertranſiit.* Hoc equidem alicui fortè mirum primâ fronte videtur, quod illi qui per totum Evangelium, in omnia virtutum genera, & præſertim in miſericordiæ opera tam propenſi juxtà ac addicti præ ſe feruntur; ideò ut præcone præeunte atquè clangore, miſeros & pauperes undiquè convocarent, nè quis eorum beneficentiam effugeret: imò mare & aridam circuirent, ut unum facerent proſelytum Matth. 23. verſ. 15. hîc, & ubi maximè manifeſtanda erat eorum charitas & miſericordia, toti hæreant, & hominem in mediâ viâ plenâ periculis jacentem, ſeminecem, atquè omni ope deſtitutum fœdè prætermittunt.

23. Sed, ut opinor, difficile non eſt cauſam iſtiuſmodi detegere: nullus ſiquidem quæſtus in eo negotio ſperari poterat, nulla vanę gloriæ captandæ materia ſuberat: ſed è contrà ſolummodò ictus, ſummum vitæ diſcrimen, rerumquè ſuarum diſpendium expectandum & metuendum erat: idcircò viſo illo uterquè pertranſiit. Forſan tale quid præ oculis habebat Chriſtus Dominus, dum eis objiceret, *Reliquiſtis quæ graviora ſunt legis*, Matth 23. verſ. 23. Sic ſanè intellexiſſe viſus eſt Auguſtinus, ut apparet ex ſerm. 30. de verb. Dom. in Lucam „Credo ergò, *ſunt ejus verba*, quià revocaverunt ad ſe, & putaverunt Dominum Chri- „ſtum inaniter loqui, quaſi eis qui non face- „rent

Multi foras faciunt Eleëmoſynā, & intùs nō faciunt, qui vel ambitione vel alicujus tēporalis rei gratiâ miſericordes volunt videri. Serm. 59. de tēp. in fine. Et lib. 2. de ſer. Dom. in monte cap. 5.

„ nos varietatibus ferculorum, atquè in fraudem venturi jejunii tantùm noſtris ventribus „ inculcamus, quò ſufficienter poſſit ſuſtentari „ triduò ſobrius diſpenſator. *Non eſt hoc*, dicit
Iſai. 58. v. 5. „ Dominus per Prophetam, *jejunium quod elegi.* „ Sunt enim jejunia, quæ reprobavit Deus, & „ ſunt jejunia quæ elegit. Jejunant alii propter „ naturæ impotentiam: alii propter avaritiam: „ alii ad apparentiam: alii ad vitam æternam: „ alii ad corporis ſanitatem. Jejunat ægrotus „ ut convaleſcat, hypocrita ut appareat, faſtiditus ut appetat, avarus ut parcat. *In omnibus intentio tua, operi tuo nomen imponit.* In „ omnibus diſcretio ſervanda eſt, auriga virtutum & operum, atquè cogitationum optima moderatrix.„ Videatur & D. Bernardus ſerm 49 in cantica, & §. 6. num. 7. &c.

12. Totus viri hujus devotiſſimi diſcurſus, non alio quam noſtro nititur fundamento: videlicet ad ſatisfaciendum cuidam præcepto, in primis cavendum eſſe, nè ex propoſito & in meram fraudem quidquam operemur, quod ipſi fini obtinendo contrarietur; imò verò candidè juxtà ac ſincerè & quantum in nobis eſt, ad eum aſſequendum laboremus. Si autem ipſum quoquo modo impediamus, omnemquè ejus effectum à nobis quam longiſſimè propulſemus; nos illud intendere non dicemur, ſed benè oppoſitum in quod convertimur, & ad quod obtinendum ſtudemus, optare velleque pronuntiabimur. Illud enim volumus quod intendimus & de facto agimus, nobiſquè attribuitur. „ In hominem, *inquit S. Thomas 1. 2. „ quæſt. 79. art. 2. ad 2* ſicut in cauſam reduci-

„ tur

„ tur non ſolùm actus, ſed etiam ipſe defectus. „ Denominationes, *ad Hannib lib. 4. diſt. 27.* „ *art. 1. ad 2.* maximè fiunt à fine. „ Undè hujuſcemodi in objectione adductus, velle ſe ingurgitare, non verò jejunare velle dicendus & exiſtimandus eſt. Omne nomen ab actu, ut ſuprà §. 6. num. 7. ex Auguſtino audivimus. Videatur & S. Thom. 1. 2. quæſt. 72. art. 1. ad 1. art. 3.

13. Nequè habet Chriſtianus quod Eccleſiæ, bonum virtutis ab eo poſtulanti obmurmuret: ei enim ſubditus eſt. Quocircà rem ſibi tam ſalutarem meritò requirenti parêre tenetur. „ Tantò, *inquit Auguſtinus epiſt. 204. in fine*, „ majore utitur Eccleſia poteſtate, ut non ſolùm invitet, ſed etiam cogat ad bonum. „ Legatur & Epiſt. 48. Denique per multiplices atquè repetitas eodem die refectiones integras, tametſi temperanter factas, jejunium à ſe ſervatum prætendit nemo. Cur verò & quo jure per ingurgitationem & ingluvioſam refectionem in fraudem jejunii factam, refectionibus pluribus æquivalentem, vel etiam ſuperantem, illud autumamus? Profectò, ut extrà materiam quid proferam, in genere moris parùm referre cenſetur, an per unicam ſurreptionem, vel per repetitas, ſummam notabilem ſuffureris, ſi ipſam equidem integram auferre ſtatueras. Similiter an unico ictu, vel multiplici hominem occideris, ſi ipſum interimere abſolutè decreveras, & idem dic de ſimilibus exemplis. Ità pariter quid in genere moris intereſt, ſi jejunium multis refectionibus, vel unicâ guloſâ his æquivalente, à te avocare moliaris, imò ſuffocare

atquè extinguere penitùs nitaris? Legat, ſi placet, 2. Cor. 6. verſ. 14. S. Thom. 1. 2. qu. 74. art. 7. ad 3.

14. Præſentem hanc difficultatem paulò latiùs ventilatam, Covarruviæ Juriſconſulto eruditiſſimo integram relinquimus, qui eam lib. 4. variarum reſolutionum c. 20. diligenter examinat, atquè partis utriuſquè argumenta egregiè expendit. Poſt varia ab eo ibid. adducta, ſic n. 11. proſequitur. „ Etenim multis rationibus, *ſunt* „ *ejus verba* non temerè poteris aſſeverare hoſcè „ homines jejunii præcepto minimè ſatisfeciſſe.„ Numero autem 12 in hunc modum concludit. „ Mihi tamen dubia eſt, quamvis nolim hac in „ re adeò gravi, quemquam damnare, faciſlimè „ ab hac dubitatione diſceſſurus, niſi vidiſſem „ tot ſanctorum Patrum teſtimonia, tot vete„ rum canonum decreta &c.„ Juriſperiti hujus clariſſimi juxtà ac prudentiſſimi, ſingularem in nemine ſugillando vel damnando tùm modeſtiam, tùm humanitatem, imitari in præſentiarum omninò ſtatuimus, memores inſuper ejus quod habet Hieronymus in Epiſtolâ 13 ad Auguſtinum „ ſufficit enim mihi probare mea; „ & aliena non carpere.„ Suprà dicta verò in medium tantummodò attulimus, ut lector benevolus ea quæ ſuper factâ objectione regeri poſſunt, nobiſcum intueretur. Utrum verò rectè & pertinenter fieret? lectoris judicio, prudentiæ atquè determinationi totum relinquimus.

15. Dices 2. qui modo tetrico ſimul & ignominioſo, ſummam alteri debitam perſolveret, verè nihilominùs ſatisfaceret, nemo enim ipſum ad novam ſolutionem adſtringeret.

Ergò

Ergô ſimiliter dici debet de eo qui tali modo Deo vel Eccleſiæ ſatisfacit.

Reſpondeo 1. hoc ſufficienrer ſolutum ſect. 4. §. 2 pag. 73. & §. 3. pag. 123.

Reſpondeo 2. illud, loquendo generaliter, falſum eſſe: & ſolummodò verum in ſolutionibus juſtitiæ commutativæ titulo factis, ubi præcisè æqualitas rei ad rem attenditur, quæ cum adhuc remanere ſupponatur; non habet Dominus quod ſub eâ ratione conqueratur. Aliud eſſet ſi modus ſolutionis eſſet de rei ponendæ ſubſtantiâ, ſivè magnoperè referret ad finem intentum proximè, ut in ſolutionibus honorariis, & cultus gratiâ factis, juxtà illud Malach. 1. verſ. 8. *Offer illud Duci tuo, ſi placuerit ei?* Vel ſi redderetur eo modo, loco, tempore, ubi nullius eſſet valoris aut utilitatis: imò eſſet ſub vitæ periculo vetita, vel alteri gravi incommodo obnoxia. Hæc enim ob oculos ſunt habenda, ſi rectè cognoſcere velimus, an ſatisfecerimus, necnè, ut notat S. Thomas 2. 2. quæſt. 88. art. 4. O. differentiam adferens inter actus humanos ad Deum immediatè ordinatos, & inter alios ad hominem proximè directos. „ Aliâ „ autem ratione, *inquit*, promittitur aliquid „ homini, & aliâ ratione Deo. Homini quidem „ promittimus aliquid propter ejus utilitatem; „ cui utile eſt & quod ei aliquid exhibeamus „ &c. Sed promiſſionem Deo facimus, non „ propter ejus utilitatem, ſed propter noſtram „ & ejus gloriam. Quod & iterùm adſtruit 1. 2. quæſt. 114 art. 1. ad 2.

16. Eandem ſolutionem adducit Eſtius in 4. diſtinct. 15. §. 17. in fine. „ Ad poſtremum,

„ *inquit*, reſpondetur non eſſe ſimile, quia
„ homo tenetur acceptare opus externum, de
„ quo ſolo lex præſcribit; Deus autem qui ſcru-
„ tator eſt cordium, non acceptat opus exter-
„ num, niſi quatenùs à bonâ voluntate proce-
„ dit. Quarè nec civilis illa ſatisfactio, virtu-
„ tis opus reputabitur, niſi procedat ab amore
„ juſtitiæ & ſtudio placandi proximum. Item
„ ſatisfactio quæ fit homini, non includit ut
„ fiat cum ſtudio placandi Deum, ſed tantùm
„ ut externa injuria reparetur.

Accedit & authoritas Auguſtini, illâ ipsâ ratione contrà Donatiſtas conſtanter utentis pluribus in locis, ut lib. 3. contrà Creſcon. cap. 8. „ Quaſi verò, *ait*, quod infidelis colonus plan-
„ taverit, propter ejus infidelitatem non germi-
„ net vis ſeminis, & fecunditas terræ, cœliquè
„ temperies hanc efficaciam divinitus non acce-
„ perint, ut ad propagandos fructus plantatorem
„ vel rigatorem operarium tantummodò expe-
„ ctent, quâ mente operetur, quâ laboret inten-
„ tione non curent, utrùm Dominum agri fide-
„ liter diligat, an ſua non illius lucra conquirat.
„ Qui etiam, *Lib. 3. contrà Petil. lit. c. 55.* ſi ſua
„ quæreret, non quæ Jeſu Chriſti, *& invitus hoc*
„ *faceret*, ſinè ſuâ mercede tamen dominicam
„ pecuniam diſpenſaret, quamlibet malus, non
„ malam, nec inutilem, benè accipientibus
„ faceret. „ Cap. 49. in præfat. in Pſalm. 115. S. Thom. in 4 diſt. 15. qu. 1. art. 1. quæſtiunc. 2. O. art. 5. quæſtiunc. 1. ad 1. item ſuprà ſect. 4. §. 2. num. 3. pag. 74.

17. Si quis interim ſcire cupiat, quam, qualemvè monetam, quodquè vectigal à nobis

Deus,

Deus, ac Dominus noſter exigat? cum ipſo Auguſtino perſcrutemur. ,, Quod vectigal, *In* ,, *Pſalm. 49. verſ. 7.* nobis indicit? quomodò ,, voluit eſſe Rex noſter, & nos voluit eſſe pro-,, vinciam ſuam? audiamus indictiones ejus, ,, non trepidet pauper ſub indictione Dei. ,, Quod ſibi Deus dari indicit, *Ipſe prius donat* ,, *qui indicit*, vos tantùm devoti eſtote. Non ,, exigit Deus quod non dedit, & omnibus de-,, dit quod exigit. ,, Ecce perpetuum adimpletionis ſignum ab ipſo indigitatum, & jam à nobis aliquoties annotatum.

18. Quæ hactenùs diximus, cum proportione extendi poſſunt ad ſatisfactionem ſacramentalem quæ pro variâ tum Pœnitentis, tùm delictorum circumſtantiis, diverſa ab ipſo Confeſſario, modò ut patre, modò ut medico, modò ut judice, ſpeciales effectus hîc & nunc principaliter & proximè intendente, imponitur. Ut ſi bonorum alienorum, famæ, honoris, injuſtè ablatorum reſtitutionem injungat, ſi harum, aut iſtarum occaſionum fugam præcipiat, ſi ſcandali dati reparationem imperet, ſi pœnitentiam purè vindicativam, ſivè punitivam per jejunia, eleëmoſynas, aut alia opera pœnalia imponat, ut pœnitentem ſuum pœnis domitum, cautiorem atquè ſapientiorem efficiat. Si pœnitentiam ſatisfactivam ſivè reconciliativam, pœnarumquè ex peccatis reſtantium deletivam poſtulet: ut enim habet S. Thomas in 4. diſt. 15 quæſt. 1. art. 4. quæſtiunc. 3. ad 5. ,,Unum opus poteſt habere plures ratio-,, nes ſatisfaciendi.,, Confeſſarius autem quamvis omnes intendat & velit; non tamen ſemper

& in omni caſu, ut jam diximus, eas æquè primò & efficaciter exigit: ſed modò hanc; modò illam pro ſuâ prudentiâ & diſcretione. Accedit prætereà quod eadem ipſa difficultas ab omnibus ſolvenda ſit in Pœnitentiis hodiernis, quæ noſtris peccatis indubiè ſunt inadæquatæ & inſufficientes.

19. His ità diſtinctis & explicatis, facillimè ab unoquoque perſpicitur, quandonam ſatisfactio ſit integra & undequaquè perfecta, & quandò non. Quandò iteranda ſit, & quandò non. Quandonam ſit actus virtutis ſimpliciter, Deiquè amicitiam conciliet, pœnarumquè abolitionem totaliter, vel ex parte impetret, & quandò non. Quandò reſtitutio & ſatisfactio ſumi poſſint pro eodem. Poſtremò ſtatim intelligitur quò uſquè admittendæ ſint variæ ac pugnantes Authorum ſententiæ: quorum aliqui in univerſum actibus peccaminoſis, aut in ſtatu peccati factis, adimunt reſpectu præceptorum Dei & Eccleſiæ omnem vim ſatisfaciendi. Alii è contrà idipſum univerſaliter aſſeverant, ceteris autem modò affirmantibus, modò negantibus, & ſubindè magis animi arbitrio, quam ſolidâ ratione inductis; plerumquè enim proferunt exemplum à paritate rationis, in quo toti fundantur, ubi tamen nulla eſt paritas. Videatur S. Thom. in 2. diſt. 42. q. 2. art. 5. ad 1. & 2. ubi illud quod dicimus clarè demonſtrat. „ In „ quolibet peccato, *inquit*, eſt aliquid virtu„ tis, virtus enim conſtituitur, ex æqualitate „ omnium circumſtantiarum. Non eſt autem „ poſſibile, ut Philoſophus in 4. Ethic. dicit, „ ut omnium circumſtantiarum corruptio fiat;

Covarruv. tom. 1. cap. Alma mater part. 1. §. 4. & 5. de bonis operibus.

„ &

„ & ideò aliquid virtutis in actu peccati rema- „ net. „ Item in 4. diſtinct. 15. quæſt. 1. art. 1. quæſtiunc. 1. & 2. O. & ad 1. quæſtiunc. 3. ad 1. art. 3. quæſtinnc. 1. O. & ad 2. quæſtiunc. 2. O. & ad 2. quæſtiunc. 3. ad 4. quæſtiunc. 4. O. in fine. Quæſtiunc. 5. O. art. 4. quæſtiunc. 1. O. quæſtiunc. 2. ad 3. art. 5. quæſtiunc. 1. O. & ad 1. &c. ad Hannib. lib. 4. diſt. 22. art. 2. ad 3. & 3. part. quæſt. 90. art. 2. O item ſect. 4. §. 2. num. 8. pag. 77. §. 6. n. 9.

20. Ex doctrinâ Auguſtini difficultas emergit ſatis gravis: videlicet cur ipſe requirat ad implenda præcepta divina, ut id ipſum intendamus ac ut virtutis amore operemur, prout varia loca ſuprà citata, aliavè ſimilia clarè indicare videntur. Legatur §. 5. n. 25. §. 6. nu 11.

Nemo autem implet legem niſi adjuverit gratia, id eſt, panis qui de cœlo deſcendit. Legis enim plenitudo (cõpendio ut ait Apoſtolus) charitas eſt: charitas nõ nummi, ſed Dei: charitas nõ terræ, nõ cœli, ſed ejus qui fecit cœlum & terrã. Aug. tract. 26. in Joan.

Reſpondeo 1. poſſe dici Auguſtinum non tam effectum inductum alteri utilem conſiderare, quam ipſammet actionem ut ab homine procedentem, quæ cum in eo caſu, motivo virtuoſo & ſupernaturali non innitatur, imò vitioſo infecta ſit: ideò ad ſalutem hominis ſpiritualem, vitamquè æternam (quam potiſſimùm in dictis locis attendit Auguſtin.) conducere nequit. Eam interpretationem textus ipſe ſubminiſtrat; ut videre eſt ſerm. 59. de temp. ubi poſt iſta verba. „ Dextra autem ſignificat intentionem „ implendi divina præcepta. „ Hæc ſequentia ſubnectit. „ Hoc tali, *ait*, clauſulâ terminan- „ dum fuit. Non enim monet nunc ut oremus, „ ſed quomodò oremus: nequè ut ſuperiùs ut „ eleëmoſynam faciamus, ſed quo animo facia- „ mus, *Quoniam de corde mundando præcipit*; „ quod non mundat niſi ſimplex intentio in

in viâ ſemivivo relicto: quem cum ſacerdos quidam idem iter faciens, jacentem reperiſſet, abſquè ullo vel humanitatis, vel commiſerationis indicio pertranſiit. *Similiter & Levita, cum eſſet ſecus locum, & videret eum pertranſiit.* Hoc equidem alicui fortè mirum primâ fronte videtur, quod illi qui per totum Evangelium, in omnia virtutum genera, & præſertim in miſericordiæ opera tam propenſi juxtà ac addicti præ ſe feruntur; ideò ut præcone præeunte atquè clangore, miſeros & pauperes undiquè convocarent, nè quis eorum beneficentiam effugeret: imò mare & aridam circuirent, ut unum facerent proſelytum Matth. 23. verſ. 15. hîc, & ubi maximè manifeſtanda erat eorum charitas & miſericordia, toti hæreant, & hominem in mediâ viâ plenâ periculis jacentem, ſeminecem, atquè omni ope deſtitutum fœdè prætermittunt.

23. Sed, ut opinor, difficile non eſt cauſam iſtiuſmodi detegere: nullus ſiquidem quæſtus in eo negotio ſperari poterat, nulla vanę gloriæ captandæ materia ſuberat: ſed è contrà ſolummodò ictus, ſummum vitæ diſcrimen, rerumquè ſuarum diſpendium expectandum & metuendum erat: idcircò viſo illo uterquè pertranſiit. Forſan tale quid præ oculis habebat Chriſtus Dominus, dum eis objiceret, *Reliquiſtis quæ graviora ſunt legis*, Matth 23. verſ. 23. Sic ſanè intellexiſſe viſus eſt Auguſtinus, ut apparet ex ſerm. 30. de verb. Dom. in Lucam „Credo ergò, *ſunt ejus verba*, quià revocave- „runt ad ſe, & putaverunt Dominum Chri- „ſtum inaniter loqui, quaſi eis qui non face- „rent

Multi foras faciunt Eleëmoſynā, & intùs nō faciunt, qui vel ambitione vel alicujus tēporalis rei gratiâ miſericordes volunt videri. Serm. 59. de tēp. in fine. Et lib. 2. de ſer. Dom. in monte cap. 5.

„ rent Eleëmoſynas, cum ipſi ſcirent opera ſua,
„ quod & minutiſſima & contemptibilia fru-
„ ctuum ſuorum decimabant, & Eleëmoſynas
„ dabant, irriſerunt illum apud ſe talia dicen-
„ tem, quaſi hominibus, qui Eleëmoſynas non
„ facerent. Hoc Dominus ſciens, continuò ſub-
„ junxit &c. Attendite, reliquiſtis judicium
„ & charitatem, & decimatis olera. *Non eſt*
„ *hoc facere Eleemoſynam. Et hæc*, inquit, *opor-*
„ *tet facere, & illa non omittere.* Quæ facere?
„ judicium & charitatem, juſtitiam & miſeri-
„ cordiam, & illa non omittere. *Facite illa*,
„ *ſed iſta præponite.* „ Undè iſti duo viri ordi-
nis levitici, à Chriſto Domino ergà eum mi-
ſerum & infortunatum, proximi fuiſſe negan-
tur (in genere videlicet moris) propterea quod
nihil eorum, quæ in eo eventu homo in fratrem
& proximum ſuum facere tenetur, ipſi effeciſ-
ſent. Videatur ſuprà § 5. num. 35. & ſeq.

24. Quam verò diſſimilis ipſis fuerit Samaritanus, & ob quam cauſam; ipſe contextus pulchrè admodùm deſcribit Enimverò ſtatim atquè infortunatum illum videre cœpit, neſcio quid ſiniſtrum ſuſpicatus, ad eum rectà venit, & cum eum ſemimortuum cerneret, *miſericordia motus eſt* Quapropter nec ſui, vitæquè ſuæ diſcrimen, nec jumenti periculum quidquam faciens, vulnera alligat, infundit oleum & vinum, deindè in jumentum imponit, & ad locum tutum deducere feſtinat: ad quem cum perveniſſet, ipſum intrò detulit, curamquè ejus egit. *Et alterâ die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait: curam illius habe: & quodcumquè ſuperrogaveris, ego cum rediero reddam*

reddam tibi. Undè & ex quo capite, amabo, ergà hominem prorsùs ignotum, imò & ab eo alienum, tanta in iis anguſtiis, ac tam ſingularis & inſolita hominis humanitas ſimul & ſolicitudo oborta eſt? Undè tantus vitæ, rerumquè ſuarum contemptus proceſſit? fruſtrà eſt extrà textum illud inquirere: non aliundè ergò, niſi quià *Miſericordia motus eſt.* Ecce vera ratio & unica (radicalis ſcilicet) ob quam præceptum dilectionis proximi impleviſſe dicitur, prout intendit Chriſti Domini ſermocinatio, & ut etiam ipſemet legis Doctor intellexit. Igitur non tantummodò in præceptis adimplendis actionem exteriorem, ejuſquè effectum conſideremus, ſed cauſam, ſed iſtiuſmodi agendi motivum primò omnium, expendamus oportet. „ Undè autem, *inquit Aug in Pſal.125. v.2.* „ procedit Eleëmoſyna? *de corde.* Si enim ma„ num porrigas, *nec in corde miſerearis, nihil* „ *feciſti.* Si autem in corde miſerearis, etiamſi „ non habeas quod porrigas manu, acceptat „ Deus Eleëmoſynam tuam. *Illi autem iniqui* „ *foris quærebant munditiam.* „ At verò cum illam munditiam exteriorem tunc temporis ſe expiſcaturos minimè crederent, ideò pertranſière, ceſſante enim fine, ceſſant & media. Videat, ſi placet, propoſitiones 10. & 11. ab Innocentio XI. condemnatas. Et Aug. ſerm. 59. de temp

25. Ob illam rationem docet Sanctus Auguſtinus, homines ob ſolum timorem præcepta ſervantes, intùs & in animo eſſe tranſgreſſores: undè vult, ad hoc ut timor ſit ſalutaris, quod introducat paulatim virtutis amorem, ipſamquè

charita-

charitatem;aliàs habendi ſunt ad inſtar mercatoris ſuas merces, ob timorem vitæ amittendæ, in mare projicientis,ſed affectum ad eas habitualiter retinentis. „Timor namquè iſte, *inquit in Pſ.* „ *118.v.120. conc.25.* quo non amatur juſtitia, ſed „ timetur pœna, ſervilis eſt, quià carnalis eſt, & „ ideò non crucifigit carnem, vivit enim peccandi voluntas, quæ tunc apparet in opere, „ quandò ſperatur impunitas. Quicumquè, „ ibi erant &c. *Lib.3. contrà duas Epiſt. Pelag. c.* „ *4. terrenorum* adipiſcendorum amore,& amittendorum timore Dei præcepta ſervabant; „ non ſervabant, ſed ſibi ſervare videbantur. „ Nequè enim fides in eis per dilectionem operabatur, ſed terrena cupiditas, metuſquè carnalis;ſic autem præcepta qui facit, *Procul dubio invitus facit, ac per hoc in animo non facit.* „ Mavult enim omninò non facere. „ Lib. de de ſpiritu & lit. cap. 14 31. ſerm. 18. de verb. Apoſt. S.Thom. 1. 2. q.91. art. 5. Reg 8. juris.

26. Hoc tamen non ità defendit Auguſtinus quaſi perpetuum ſit, prout facilè confirmabitur ex locis quam plurimis, in quibus timorem velut admodùm utilem commendat, & tanquam quid ad virtutem mirum in modum ſtimulans proponit. „In timore tuo, *ait in* „ *Pſalm. 5. verſ. 8.* quod magnum eſt præſidium „ procedentibus ad ſalutem. Cùm autem quiſquè pervenerit, fiet in eo quod dictum eſt, „ *conſummata dilectio foras mittit timorem.* Timent, *in Pſalm. 127.* & continent ſe à peccato. Timent quidem, ſed non amant juſtitiam, cum autem per timorem continent ſe à peccato, fit conſuetudo juſtitiæ, & incipit

1. Joan. 4. v. 18.

„ quod

„ quod durum erat amari, & dulceſcit Deus &c. „ & jam incipit homo juſtè vivere, propterea „ non quià timet pœnas, ſed quià amat æternitatem &c. Caſtus ergò timor fratres mei hoc habet, quià venit de amore. Ille autem timor „ nondum caſtus, præſentiam Domini & pœnas timet: timore facit quidquid boni facit, „ non timore amittendi bonum illud, ſed timore „ patiendi illud malum. Non timet nè perdat „ amplexus pulcherrimi ſponſi ſed timet nè mittatur in gehennam. *Bonus eſt & iſte timor, utilis* „ *eſt*: non quidem permanebit in ſæculum ſæculi. „ Verum cum valdè difficile ſit, ob iſtiuſmodi timorem implere præcepta, idcircò unumquemquè ſeriò admonet, ut ad virtutis amorem aſſurgat, ac ob ipſum præcepta adimpleat. „ Delectet vos ergò, *In Pſalm. 32. verſ. 2. conc. 1.* & rogate Dominum ut delectet, *Dominus enim dabit ſuavitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum*, ut per charitatem „ impleatis, *quod per timorem implere difficile eſt.* „ Quod dico difficile eſt, non poteſt timens „ adhuc animus: mallet non eſſe quod præcipitur, ſi ad faciendum amore non ducitur, „ ſed timore coarctatur. „ Undè ſerm. 7. de tempore ſermonem faciens de Pœnitentiâ, dicere non dubitat. „ Pœnitentiam certam non „ facit niſi odium peccati & amor Dei. „ Videatur Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 4. Eſtius in 3. diſt. 34. §. 7. diſt. 36. §. 3.

Pſalm. 84. verſ. 13.

27. Antequam finem imponamus, reſtat ut præter ſuprà dicta, ad duo alia quæ nobis objiciunt adverſæ partis Authores, paucis reſpondeamus. Primum, quod ex noſtris principiis

cipiis ſequatur eum mortaliter peccaturum, qui propter honeſtatem naturalem à fornicatione abſtineret. 2. Quod teneremur omnia opera noſtra facere in charitate; cum abſquè illâ vitæ æternæ non ſint meritoria, quæ duo ſunt abſurda. Solùm enim, inquiunt, tenemur ex charitate operari conditionaliter, juxtà illud Matth. 19 verſ. 17. *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* Licet namquè Deus dando præcepta, & ſpecialiter præceptum Communionis, intendat gratiam ſanctificantem, & vitam æternam fideliter ea obſervantibus retribuere; non tamen intendit homines ad id obligare.

28. Quantum ad primum attinet, reſpondeo negando ſequelam. Sunt enim actiones quædam ordinis naturalis, ſunt & aliæ ordinis ſupernaturalis. Priores ut tales, diſpoſitiones ac fines proximos habent naturales: poſteriores autem illa poſtulant ordinis ſupernaturalis. Pro diverſitate egò virtutum, diverſæ adhibendæ ſunt diſpoſitiones & fines, nequè ad ſatisfaciendum hujuſmodi virtutibus, opus eſt virtutis altioris perfectionem adducere. Finis tametſi naturalis bonus eſt, & ſufficiens ad cohoneſtandam actionem in iſtâ lineâ, quemadmodum habet Gregorius hom. 27. in Evangel. „ Sunt nonnulli, *inquit*, qui diligunt proximos, „ ſed per affectum cognationis & carnis: qui„ bus tamen in hac dilectione ſacra eloquia „ non contradicunt. „ Ad merendum nihilominùs, vitamquè æternam promerendam finis ille non ſufficit. Igitur qui eo modo jam dicto præcepta ſervaverit, ipſe ſaluabitur; cum, ut ſup-

ponimus,

ponimus, finem utrumquè, hoc eſt, tam naturalem quam ſupernaturalem à Deo inſtitutum, atquè ab eo obſervari juſſum ſit ipſe adimpleturus. Ut enim benè notat S. Thomas 1. 2. quæſt. 100. art. 10. ad 1. „Dominus non „dixit, ſi vis ad vitam ingredi, ſerva unum „mandatum, ſed ſerva omnia mandata.„ Legatur Joan. 15. verſ. 10. Rom. 2. verſ. 13. Aug. lib. 22. contrà Fauſtum cap. 27. S. Thom. in 2. diſt. 40. qu. 1. art. 5. diſt. 41. qu 1. art. 1. & 2. in 4. diſt. 14. qu. 1. art. 1. Covari. cap. Alma mater part. 1. §. 4. num. 4.

29. Quoad ſecundum autem; negamus aſſumptum, dicimuſquè falſum eſſe, hominem Chriſtianum non teneri abſolutè tendere ad vitam æternam, neque ad virtutis & religionis Chriſtianę opera obligari, niſi ſub conditione ab ejus arbitrio pendente, hoc eſt, ſi ipſe velit ſalvari. Nimis enim clarè contrarium revincitur ex ſcripturis ſacris juxtà ac Sanctis Patribus illud toties ingeminantibus, nihilquè magis commendantibus. *Quærite ergò*, dicit Chriſtus Matth. 6. verſ. 33. *primùm regnum Dei, & juſtitiam ejus. Videte*, Marc. 13 verſ. 33. *vigilate, & orate: neſcitis enim quandò tempus ſit &c. janitori præcepit ut vigilet &c. quod autem vobis dico, omnibus dico: vigilate. Niſi*, Luc. 13. verſ. 3 *pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis. Contendite*, Verſ. 24. *intrare per anguſtam portam. Niſi quis*, Joan. 3. verſ. 5. *renatus fuerit ex aquâ & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Ego*, Cap. 12. verſ. 49. *ex meipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar.*

Et ſcio quià mandatum ejus vita æterna eſt. An divitias, Rom. 2. verſ. 4. *bonitatis ejus, & patientiæ. & longanimitatis contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? ſecundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ.* Deut. 31. verſ. 29. Eccleſ 21. verſ. 1. Ezech. 18. verſ. 30. cap. 33. verſ. 11. Matth. 24. 25. Joan. 13. verſ. 34. &c.

30. Magno conſenſu in hanc veritatem conſpirant Sancti Patres, Chriſtianos ad virtutum actus præceptos animitùs excitantes, & ad vitam æternam aliquandò obtinendam toto pectore eos animantes. „ Quid enim, *ait Aug. lib.* „ *2. de ſerm. Dom in monte cap. 24.* interſit inter „ bonum quod appetendum eſt, & neceſſarium „ quod ſumendum eſt, hac ſententiâ declaravit, cum ait, *quærite primùm regnùm Dei, &* „ *juſtitiam ejus & hæc omnia apponentur vobis.* „ Regnum ergò & juſtitia Dei bonum noſtrum „ eſt: & hoc appetendum & ibi finis conſti- „ tuendus. propter quod omnia facimus. Qui, „ *ſerm. 169. de temp.* diſcipulus Chriſti eſt, Chriſti „ præcepta ſervat. Servare mandatum eſt pacem „ in omnibus cuſtodire. *Nam dividere unita-* „ *tem, non eſt magiſtrum ſequi, ſed ejus manda-* „ *tum calcare* &c. Sacerdotis eſt quod debet „ admonere, plebis eſt audire quod admonet. „ Quidquid non licet, Paſtoris eſt prohibere „ nè fiat: gregis eſt audire ut faciat &c. ſerve- „ mus mandata quæ vitæ ſunt. Vigilare debet, „ *Epiſt* 80. omnis Chriſtianus nè imparatum „ inveniat eum Domini adventus. Non ſolùm, „ *Gregor.* Rectores Eccleſiæ, ſed omnes vigi-

„ lare

„ late præcipimur. Vult, *Chryſoſt.* eos ſemper „ in ſolicitudine eſſe, propter quod dicit, vi-„ gilate. Hoc autem, *Hieron.* fine concludit „ ſermonem, ut commune omnium præceptum, „ noviſſimi per primos audiant, undè ſubdit, „ quod vobis dico, omnibus dico, vigilate. „ Videantur, ſi placet, alii SS. Patres in loca jam citata commentantes.

31. Sanctorum Patrum agmen claudat D. Thomas Scholaſticorum princeps, qui præter loca per totum opuſculum ſparſim adducta, his ſequentibus Doctrinam præſentem iterùm confirmat. „ Manifeſtum eſt, *ait*, 1. 2. *quæſt.* 100. „ *art.* 2. *O.* quod lex divina convenienter pro-„ ponit pręcepta de actibus omnium virtutum: „ ità tamen quod quędam, ſinè quibus ordo „ virtutis (qui eſt ordo rationis) obſervari non „ poteſt, *Cadunt ſub obligatione præcepti.* Lex „ nova, *qu.* 108. *art.* 1. *ad* 2. dicitur lex libertatis „ dupliciter. Uno modo, quià non arctat nos „ facienda vel vitanda aliqua, niſi quę de ſe „ ſunt vel neceſſaria, vel repugnantia ſaluti, „ *Quæ cadunt ſub præcepto vel prohibitione legis.* „ Oportet igitur, *Art.* 4. *O.* quod pręcepta no-„ vę legis intelligantur eſſe data de his *quæ ſunt* „ *neceſſaria ad conſequendum finem æternæ beati-* „ *tudinis*, in quem lex nova immediatè intro-„ ducit. Pręcepta legis, 2. 2. *quæſt.* 2. *art.* 5. *O.* „ quę homo *tenetur implere dantur de actibus* „ *virtutum: qui ſunt via perveniendi ad ſalutem* „ &c. determinatio ergò virtuoſi actus ad pro-„ prium & per ſe objectum virtutis, *eſt ſub neceſ-* „ *ſitate præcepti; ſicut & ipſe virtutis actus.* Ad il-„ lud, 3. *part. quæſt.* 68. *art.* 1. *O.* homines tenentur,

„ *ſinè quo ſalutem conſequi non poſſunt.* Manife-„ ſtum eſt autem, quod nullus poteſt ſalutem „ conſequi, niſi per Chriſtum &c. unde mani-„ feſtum eſt, quod omnes ad Baptiſmum tenen-„ tur. Sacramentum Pœnitentiæ, *Quæſt. 84.* „ *art. 5. O.* eſt neceſſarium ad ſalutem poſt pec-„ catum; ſicut medicatio corporalis, poſtquam „ homo in morbum periculoſum inciderit. „ Quęſt. 70. art. 2. ad 3. & 1. 2. quæſt. 91. art. 5. qu. 99. art. 3. Covarr. cap. Alma Mater part. 1. §. 5. num. 1.

32. Plurimùm inſuper, ad evertendum penitùs ſubtile Adverſariorum commentum, facit condemnatio variarum propoſitionum, qualis eſt hęc decima quarta inter cenſuratas ab Alexandro ſeptimo, Anno 1665. Septemb. 24. „ Qui facit confeſſionem voluntariè nullam ſa-„ tisfacit pręcepto Eccleſię. „ De quâ actum eſt §. 2. pag. 43. Item hęc 5. inter confixas ab Innocentio undecimo, Anno 1679. Martii 4. „ An peccet mortaliter, qui actum dilectionis „ Dei ſemel in vitâ eliceret, condemnare non „ audemus. 10. Non tenemur proximum dili-„ gere actu interno & formali. 11. Præcepto „ proximum diligendi ſatisfacere poſſumus per „ ſolos actus externos. 55. Præcepto commu-„ nionis annuæ ſatisfit per ſacrilegam Domini „ manducationem. 56. Frequens Confeſſio & „ Communio, etiam in his, qui gentiliter „ vivunt, eſt nota prædeſtinationis. „ Sanè ſi vera eſſet doctrina quam hîc impugnamus, locùmquè haberet prætenſa diſtinctio modi & ſubſtantiæ? ſequeretur neminem ſub peccato gravi obligari, vi alicujus præcepti, ad opera

bona

bona & ſupernaturalia, nè quidem ad Dei dilectionem, prout Appendice 2.pag.88. & alibi oſtendimus: ſicquè ſalus noſtra ſolummodò haberetur de conſilio, minimè verò de præcepto. Imò non prorsùs immeritò gloriari poſſet homo coram Deo, etiam dum legem malè & cum peccato obſervaret, ut ſuprà §. 6. num. 11. demonſtratum eſt: quod tamen poſt Apoſtolum, nè quidem per vires naturæ rectas concedendum vult Auguſtinus epiſt. 200. his verbis. ,, Præ- ,, ter gratiam Chriſti in lege gloriantur, ii ſunt, ,, de quibus idem Apoſtolus ait, quod *ignoran-* ,, *tes Dei juſtitiam, & ſuam volentes conſtituere,* ,, *juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti.* Dei quippè dixit ,, juſtitiam, quæ homini ex Deo eſt: ſuam ve- ,, rò, quam putant ſufficere ad facienda man- ,, data ſinè adjutorio ejus qui legem dedit. His ,, autem ſimiles ſunt, qui cum profiteantur ſe ,, eſſe Chriſtianos, ipſi gratiæ Chriſti ſic adver- ,, ſantur, ut ſe humanis viribus divina exiſti- ,, ment implere mandata: ac ſic etiam ipſi *igno-* ,, *rantes Dei juſtitiam & ſuam volentes conſtitue-* ,, *re, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti.* ,, Videatur ſect. 2. §. 1. num. 10. pag. 33. Rom. 10.

33. Si quis cognoſcere cupierit occaſionem atquè originem propoſitionum jam dictarum, aliarumquè ſimilium erronearum; non aliam fuiſſe arbitror quam diverſas difficultates hoc toto opuſculo diſcuſſas, ac prætereà diſcutiendas, quæ Adverſariorum intentum probare videbantur. Undè argumento à pari nixi & toti præfidentes, principia certa deſeruère, ut ſibi veriſimilia, probabiliaquè ſequerentur, tanquam plauſibiliora ac hominum genio placentiora.

„ rent Eleëmoſynas, cum ipſi ſcirent opera ſua,
„ quod & minutiſſima & contemptibilia fru-
„ ctuum ſuorum decimabant, & Eleëmoſynas
„ dabant, irriſerunt illum apud ſe talia dicen-
„ tem, quaſi hominibus, qui Eleëmoſynas non
„ facerent. Hoc Dominus ſciens, continuò ſub-
„ junxit &c. Attendite, reliquiſtis judicium
„ & charitatem, & decimatis olera. *Non eſt*
„ *hoc facere Eleemoſynam. Et hæc*, inquit, *opor-*
„ *tet facere, & illa non omittere.* Quæ facere?
„ judicium & charitatem, juſtitiam & miſeri-
„ cordiam, & illa non omittere. *Facite illa,*
„ *ſed iſta præponite.* „ Undè iſti duo viri ordi-
nis levitici, à Chriſto Domino ergà eum mi-
ſerum & infortunatum, proximi fuiſſe negan-
tur (in genere videlicet moris) propterea quod
nihil eorum, quæ in eo eventu homo in fratrem
& proximum ſuum facere tenetur, ipſi effeciſ-
ſent. Videatur ſuprà § 5. num. 35. & ſeq.

24. Quam verò diſſimilis ipſis fuerit Sama-
ritanus, & ob quam cauſam; ipſe contextus
pulchrè admodùm deſcribit Enimverò ſtatim
atquè infortunatum illum videre cœpit, neſcio
quid ſiniſtrum ſuſpicatus, ad eum rectà venit,
& cum eum ſemimortuum cerneret, *miſericor-*
dia motus eſt Quapropter nec ſui, vitæquè ſuæ
diſcrimen, nec jumenti periculum quidquam
faciens, vulnera alligat, infundit oleum & vi-
num, deindè in jumentum imponit, & ad lo-
cum tutum deducere feſtinat: ad quem cum
perveniſſet, ipſum intrò detulit, curamquè
ejus egit. *Et alterâ die protulit duos denarios,*
& dedit ſtabulario, & ait: curam illius habe: &
quodcumquè ſuperrogaveris, ego cum rediero
reddam

reddam tibi. Undè & ex quo capite, amabo, ergà hominem prorsùs ignotum, imò & ab eo alienum, tanta in iis anguſtiis, ac tam ſingularis & inſolita hominis humanitas ſimul & ſolicitudo oborta eſt? Undè tantus vitæ, rerumquè ſuarum contemptus proceſſit? fruſtrà eſt extrà textum illud inquirere: non aliundè ergò, niſi quià *Miſericordia motus eſt.* Ecce vera ratio & unica (radicalis ſcilicet) ob quam præceptum dilectionis proximi impleviſſe dicitur, prout intendit Chriſti Domini ſermocinatio, & ut etiam ipſemet legis Doctor intellexit. Igitur non tantummodò in præceptis adimplendis actionem exteriorem, ejuſquè effectum conſideremus, ſed cauſam, ſed iſtiuſmodi agendi motivum primò omnium, expendamus oportet. „ Undè autem, *inquit Aug. in Pſal.125. v.2.* „ procedit Eleëmoſyna? *de corde.* Si enim ma- „ num porrigas, *nec in corde miſerearis, nihil* „ *feciſti.* Si autem in corde miſerearis, etiamſi „ non habeas quod porrigas manu, acceptat „ Deus Eleëmoſynam tuam. *Illi autem iniqui* „ *foris quærebant munditiam.* „ At verò cum illam munditiam exteriorem tunc temporis ſe expiſcaturos minimè crederent, ideò pertranſière, ceſſante enim fine, ceſſant & media. Videat, ſi placet, propoſitiones 10. & 11. ab Innocentio XI. condemnatas. Et Aug. ſerm. 59. de temp

25. Ob illam rationem docet Sanctus Auguſtinus, homines ob ſolum timorem præcepta ſervantes, intùs & in animo eſſe tranſgreſſores: undè vult, ad hoc ut timor ſit ſalutaris, quod introducat paulatim virtutis amorem, ipſamquè

charitatem; aliàs habendi ſunt ad inſtar mercatoris ſuas merces, ob timorem vitæ amittendæ, in mare projicientis, ſed affectum ad eas habitualiter retinentis. „Timor namquè iſte, *inquit in Pſ.* „ *118. v. 120. conc. 25.* quo non amatur juſtitia, ſed „ timetur pœna, ſervilis eſt, quià carnalis eſt, & „ ideò non crucifigit carnem, vivit enim pec- „ candi voluntas, quæ tunc apparet in opere, „ quandò ſperatur impunitas. Quicumquè, „ ibi erant &c. *Lib. 3. contrà duas Epiſt. Pelag. c.* „ *4. terrenorum* adipiſcendorum amore, & amit- „ tendorum timore Dei præcepta ſervabant; „ non ſervabant, ſed ſibi ſervare videbantur. „ Nequè enim fides in eis per dilectionem ope- „ rabatur, ſed terrena cupiditas, metuſquè car- „ nalis; ſic autem præcepta qui facit, *Procul du-* „ *bio invitus facit, ac per hoc in animo non facit.* „ Mavult enim omninò non facere. „ Lib. de de ſpiritu & lit. cap. 14 31. ſerm. 18. de verb. Apoſt. S. Thom. 1. 2. q. 91. art. 5. Reg 8. juris.

26. Hoc tamen non ità defendit Auguſtinus quaſi perpetuum ſit, prout facilè confirmabitur ex locis quam plurimis, in quibus timorem velut admodùm utilem commendat, & tanquam quid ad virtutem mirum in modum ſtimulans proponit. „In timore tuo, *ait in* „ *Pſalm. 5. verſ. 8.* quod magnum eſt præſidium „ procedentibus ad ſalutem. Cùm autem quiſ- „ què pervenerit, fiet in eo quod dictum eſt, „ *conſummata dilectio foras mittit timorem.* Ti-

1. Joan. 4. v. 18. „ ment, *in Pſalm. 127.* & continent ſe à pec- „ cato. Timent quidem, ſed non amant juſti- „ tiam, cum autem per timorem continent ſe à „ peccato, fit conſuetudo juſtitiæ, & incipit „ quod

„ quod durum erat amari, & dulceſcit Deus &c. „ & jam incipit homo juſtè vivere, propterea „ non quià timet pœnas, ſed quià amat æternitatem &c. Caſtus ergò timor fratres mei hoc habet, quià venit de amore. Ille autem timor „ nondum caſtus, præſentiam Domini & pœnas timet: timore facit quidquid boni facit, „ non timore amittendi bonum illud, ſed timore „ patiendi illud malum. Non timet nè perdat „ amplexus pulcherrimi ſponſi ſed timet nè mittatur in gehennam. *Bonus eſt & iſte timor, utilis* „ *eſt*: non quidem permanebit in ſæculum ſæculi.„ Verum cum valdè difficile ſit, ob iſtiuſmodi timorem implere præcepta, idcircò unumquemquè ſeriò admonet, ut ad virtutis amorem aſſurgat, ac ob ipſum præcepta adimpleat. „ Delectet vos ergò, *In Pſalm. 52.* „ *verſ. 2. conc. 1.* & rogate Dominum ut delectet, *Dominus enim dabit ſuavitatem, & terra* „ *noſtra dabit fructum ſuum*, ut per charitatem „ impleatis, *quod per timorem implere difficile eſt.* „ Quod dico difficile eſt, non poteſt timens „ adhuc animus: mallet non eſſe quod præcipitur, ſi ad faciendum amore non ducitur, „ ſed timore coarctatur. „ Undè ſerm. 7. de tempore ſermonem faciens de Pœnitentiâ, dicere non dubitat. „ Pœnitentiam certam non „ facit niſi odium peccati & amor Dei. „ Videatur Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 4. Eſtius in 3. diſt. 34. §. 7. diſt 36. § 3. Pſalm. 84. verſ. 13.

27. Antequam finem imponamus, reſtat ut præter ſuprà dicta, ad duo alia quæ nobis objiciunt adverſæ partis Authores, paucis reſpondeamus. Primum, quod ex noſtris principiis

cipiis ſequatur eum mortaliter peccaturum, qui propter honeſtatem naturalem à fornicatione abſtineret. 2. Quod teneremur omnia opera noſtra facere in charitate; cum abſquè illâ vitæ æternæ non ſint meritoria, quæ duo ſunt abſurda. Solùm enim, inquiunt, tenemur ex charitate operari conditionaliter, juxtà illud Matth. 19 verſ. 17. *Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* Licet namquè Deus dando præcepta, & ſpecialiter præceptum Communionis, intendat gratiam ſanctificantem, & vitam æternam fideliter ea obſervantibus retribuere; non tamen intendit homines ad id obligare.

28. Quantum ad primum attinet, reſpondeo negando ſequelam. Sunt enim actiones quædam ordinis naturalis, ſunt & aliæ ordinis ſupernaturalis. Priores ut tales, diſpoſitiones ac fines proximos habent naturales: poſteriores autem illa poſtulant ordinis ſupernaturalis. Pro diverſitate egò virtutum, diverſæ adhibendæ ſunt diſpòſitiones & fines, nequè ad ſatisfaciendum hujuſmodi virtutibus, opus eſt virtutis altioris perfectionem adducere. Finis tametſi naturalis bonus eſt, & ſufficiens ad cohoneſtandam actionem in iſtâ lineâ, quemadmodum habet Gregorius hom. 27. in Evangel. „ Sunt nonnulli, *inquit*, qui diligunt proximos, „ ſed per affectum cognationis & carnis: qui-„ bus tamen in hac dilectione ſacra eloquia „ non contradicunt. „ Ad merendum nihilominùs, vitamquè æternam promerendam finis ille non ſufficit. Igitur qui eo modo jam dicto præcepta ſervaverit, ipſe ſaluabitur; cum, ut ſuppo-

ponimus,

ponimus, finem utrumquè, hoc eſt, tam naturalem quam ſupernaturalem à Deo inſtitutum, atquè ab eo obſervari juſſum ſit ipſe adimpleturus. Ut enim benè notat S. Thomas 1. 2. quæſt. 100. art. 10. ad 1. „ Dominus non „ dixit, ſi vis ad vitam ingredi, ſerva unum „ mandatum, ſed ſerva omnia mandata. „ Legatur Joan. 15. verſ. 10. Rom. 2. verſ. 13. Aug. lib. 22. contrà Fauſtum cap. 27. S. Thom. in 2. diſt. 40. qu. 1. art. 5. diſt. 41. qu 1. art. 1. & 2. in 4. diſt. 14. qu. 1. art. 1. Covari. cap. Alma mater part. 1. §. 4. num. 4.

29. Quoad ſecundum autem; negamus aſſumptum, dicimuſquè falſum eſſe, hominem Chriſtianum non teneri abſolutè tendere ad vitam æternam, neque ad virtutis & religionis Chriſtianę opera obligari, niſi ſub conditione ab ejus arbitrio pendente, hoc eſt, ſi ipſe velit ſalvari. Nimis enim claré contrarium revincitur ex ſcripturis ſacris juxtà ac Sanctis Patribus illud toties ingeminantibus, nihilquè magis commendantibus. *Quærite ergò*, dicit Chriſtus Matth. 6. verſ. 33. *primùm regnum Dei, & juſtitiam ejus. Videte*, Marc. 13 verſ. 33. *vigilate, & orate: neſcitis enim quandò tempus ſit &c. janitori præcepit ut vigilet &c. quod autem vobis dico, omnibus dico: vigilate. Niſi*, Luc. 13. verſ. 3 *pœnitentiam habueritis, omnes ſimul peribitis. Contendite*, Verſ. 24. *intrare per anguſtam portam. Niſi quis*, Joan. 3. verſ. 5. *renatus fuerit ex aquâ & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Ego*, Cap. 12. verſ. 49. *ex meipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me Pater, ipſe mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar.*

Et ſcio quià mandatum ejus vita æterna eſt. An divitias, Rom. 2. verſ. 4. *bonitatis ejus, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? ſecundùm autem duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ.* Deut. 31. verſ. 29. Eccleſ. 21. verſ. 1. Ezech. 18. verſ. 30. cap. 33. verſ. 11. Matth. 24. 25. Joan. 13. verſ. 34. &c.

30. Magno conſenſu in hanc veritatem conſpirant Sancti Patres, Chriſtianos ad virtutum actus præceptos animitùs excitantes, & ad vitam æternam aliquandò obtinendam toto pectore eos animantes. „ Quid enim, *ait Aug. lib.* „ *2. de ſerm. Dom in monte cap. 24.* interſit inter „ bonum quod appetendum eſt, & neceſſarium „ quod ſumendum eſt, hac ſententiâ declara- „ vit, cum ait, *quærite primùm regnum Dei, &* „ *juſtitiam ejus & hac omnia apponentur vobis.* „ Regnum ergò & juſtitia Dei bonum noſtrum „ eſt: & hoc appetendum & ibi finis conſti- „ tuendus, propter quod omnia facimus. Qui, „ *ſerm. 169. de temp.* diſcipulus Chriſti eſt, Chriſti „ præcepta ſervat. Servare mandatum eſt pacem „ in omnibus cuſtodire. *Nam dividere unita-* „ *tem, non eſt magiſtrum ſequi, ſed ejus manda-* „ *tum calcare* &c. Sacerdotis eſt quod debet „ admonere, plebis eſt audire quod admonet. „ Quidquid non licet, Paſtoris eſt prohibere „ nè fiat: gregis eſt audire ut faciat &c. ſerve- „ mus mandata quæ vitæ ſunt. Vigilare debet, „ *Epiſt* 80. omnis Chriſtianus nè imparatum „ inveniat eum Domini adventus. Non ſolùm, „ *Gregor.* Rectores Eccleſiæ, ſed omnes vigi- „ lare

„ lare præcipimur. Vult, *Chryſoſt.* eos ſemper „ in ſolicitudine eſſe, propter quod dicit, vi„gilate. Hoc autem, *Hieron.* fine concludit „ ſermonem, ut commune omnium præceptum, „ noviſſimi per primos audiant, undè ſubdit, „ quod vobis dico, omnibus dico, vigilate. „ Videantur, ſi placet, alii SS. Patres in loca jam citata commentantes.

31. Sanctorum Patrum agmen claudat D. Thomas Scholaſticorum princeps, qui præter loca per totum opuſculum ſparſim adducta, his ſequentibus Doctrinam præſentem iterùm confirmat. „ Manifeſtum eſt, *ait, 1. 2. quæſt. 100.* „ *art. 2. O.* quod lex divina convenienter pro„ ponit pręcepta de actibus omnium virtutum: „ ità tamen quod quędam, ſinè quibus ordo „ virtutis (qui eſt ordo rationis) obſervari non „ poteſt, *Cadunt ſub obligatione præcepti.* Lex „ nova, *qu. 108. art. 1. ad 2.* dicitur lex libertatis „ dupliciter. Uno modo, quià non arctat nos „ facienda vel vitanda aliqua, niſi quę de ſe „ ſunt vel neceſſaria, vel repugnantia ſaluti, „ *Quæ cadunt ſub præcepto vel prohibitione legis.* „ Oportet igitur, *Art. 4. O.* quod pręcepta no„ vę legis intelligantur eſſe data de his *quæ ſunt* „ *neceſſaria ad conſequendum finem æternæ beati*„ *tudinis*, in quem lex nova immediatè intro„ ducit. Pręcepta legis, *2. 2. quæſt. 2. art. 5. O.* „ quę homo *tenetur implere dantur de actibus* „ *virtutum: qui ſunt via perveniendi ad ſalutem* „ &c. determinatio ergò virtuoſi actus ad pro„ prium & per ſe objectum virtutis, *eſt ſub neceſ*„ *ſitate præcepti; ſicut & ipſe virtutis actus.* Ad il„ lud, *3. part. quæſt. 68. art. 1. O.* homines tenentur,

bona & ſupernaturalia, nè quidem ad Dei dilectionem, prout Appendice 2. pag. 88. & alibi oſtendimus: ſicquè ſalus noſtra ſolummodò haberetur de conſilio, minimè verò de præcepto. Imò non prorsùs immeritò gloriari poſſet homo coram Deo, etiam dum legem malè & cum peccato obſervaret, ut ſuprà §. 6. num. 11. demonſtratum eſt: quod tamen poſt Apoſtòlum, nè quidem per vires naturæ rectas concedendum vult Auguſtinus epiſt. 200. his verbis. ,, Præter gratiam Chriſti in lege gloriantur, ii ſunt, ,, de quibus idem Apoſtolus ait, quod *ignorantes Dei juſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, ,, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti*: Dei quippè dixit ,, juſtitiam, quæ homini ex Deo eſt: ſuam verò, quam putant ſufficere ad facienda man- ,, data ſinè adjutorio ejus qui legem dedit. His ,, autem ſimiles ſunt, qui cum profiteantur ſe ,, eſſe Chriſtianos, ipſi gratiæ Chriſti ſic adverſantur, ut ſe humanis viribus divina exiſtiment implere mandata: ac ſic etiam ipſi *ignorantes Dei juſtitiam & ſuam volentes conſtituere, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti.* ,, Videatur ſect. 2. §. 1. num. 10. pag. 33. Rom. 10.

33. Si quis cognoſcere cupierit occaſionem atquè originem propoſitionum jam dictarum, aliarumquè ſimilium erronearum; non aliam fuiſſe arbitror quam diverſas difficultates hoc toto opuſculo diſcuſſas, ac prætereà diſcutiendas, quæ Adverſariorum intentum probare videbantur. Undè argumento à pari nixi & toti præſidentes, principia certa deſeruère, ut ſibi veriſimilia, probabiliaquè ſequerentur, tanquam plauſibiliora ac hominum genio placentiora,

centiora. Sed in rebus tanti momenti, obſcuris, ſimul & difficilioribus, confugiendum erat ad ſacras ſcripturas. Concilia, ſanctos Patres & ad alia Theologica adminicula, non verò præcepta Dei & Eccleſiæ rationis humanæ ſolius lanci committere; imò verò cum Auguſtino potiùs dicendum erat; „ Ego autem, „ *Epiſt. 16. ad Marcellinum*, &c. etſi refellere „ iſtorum argumenta non valeam, video tamen „ inhærendum eſſe iis quæ in ſcripturis ſunt „ apertiſſima, ut ex iis revelentur obſcura.

§. VIII.

Objectiones petitæ ex parte Sacramenti Euchariſtiæ.

OBjicies 1. Euchariſtia non eſt neceſſaria ad ſalutem & vitam ſupernatutalem, cum non in ſolo pane vivat homo, Matth. 4. v. 4.

Reſpondeo eam quidem neceſſariam non eſſe neceſſitate medii, neceſſariam tamen eſſe neceſſitate præcepti; non nego alios cibos ſuppetere, ſed hunc non excludunt. *Niſi enim*, inquit Chriſtus Joan. 6. verſ. 54. *manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* „ Qui autem, „ *Auguſt. lib. 13. contrà Fauſtum cap. 16.* man„ ducare contemnit, non habebit in ſe vitam, „ & ideò non perveniet ad vitam æternam. „

S. Thom.

S. Thom. in 4. diſt. 23 q. 1. art. 2. quæſtiunc. 1. ad 1. & ſect. 3. §. 2. & ſect. 4. §. 1. n. 3. pag. 71.

Objicies 2. Sacerdos in Paſchate ſacrificans in peccato mortali exiſtens, ſatisfacit præcepto Communionis illo tempore obligantis.

Reſpondeo negando aſſumptum juxtà ea quæ alibi diximus Pro quibus videatur ſect. 2. §. 1. num. 5. pag. 27. num. 16. pag. 39. ſect. 4. §. 4. num. 11. & ſeq. & Matth. 13. v. 12. cap. 25. v. 29. ubi ſervus talentum ſibi concreditum habere negatur: ob id quod eo uſus non fuerat.

Inſtabis 1. tametſi Euchariſtia non actu cibet ob peccatum hominis, de ſe tamen nata eſt cibare.

Reſpondeo 1. retorquendo argumentum, Euchariſtia in ciborio concluſa, quantum eſt de ſe poteſt cibare; ergò ſatis erit ſi ſic remaneat & non ſumatur: imò meliùs erit, ut potè minus peccatum; immò verò nullum committetur, ſi communio tunc temporis non ſit in præcepto. „Utilius, *ait Auguſtin. Epiſt. 48.* „eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus ju„ſtitiam negligebat, quàm eſurienti panis fran„gitur, ut injuſtitiæ ſeductus acquieſcat. Ma„nente, *S. Thom. in 4. diſt. 9. quæſt. 1. art. 3.* „*quæſtiunc. 1. ad 3.* tali propoſito minùs peccat „non ſumendo, quam ſumendo: quià illud „quod eſt malum ſecundùm ſe, eſt majus ma„lum, quam illud, quod eſt malum quià pro„hibitum. Multò gravius eſt, *Quæſtiunc. 5. O.* „habitum gratiæ tollere, quam actum virtutis „impedire, cum illud pertineat ad peccatum „mortale ſemper, hoc autem interdùm ad ve„niale.

 Reſpon-

Reſpondeo 2. Cum Tridentino citato ſuprà ſect. 3. §. 2. num. 1. pag. 56. „ Sumi autem vo-„ luit, *Chriſtus*, Sacramentum hoc, tanquam „ ſpiritualem animarum cibum, quò alantur „ & confortentur vitâ illius &c. „ quibus verbis ſatis apparet actum ſecundum præcipi, hoc eſt, talem ſumptionem & communionem, quæ ſit virtutis actus, & quo finis ipſe proximus obtineatur, qui ab actu non prorsùs extrinſecus reputatur; cum ad eum velut principium vel terminus comparetur, ut habet S. Thomas 1. 2. qu. 18. art. 3. 4. & 6. Videatur & 3. part. qu. 79. art. 5. qu. 80 art. 2. ad 1.

Inſtabis 2. qui communicant indignè, tam verè Chriſtum atquè Sacramentum recipiunt, quam qui illud faciunt dignè.

Reſpondeo 1. eo argumentandi modo probatum iri, Chriſtianum poſſe Confeſſionis & Communionis annuæ præcepto ſatisfacere per Confeſſionem ſacrilegam, per Communionem factam extrà parochiam, vel tempus Paſchale. Idem dici poterit de jejunio, horis Canonicis, Miſſæ auditione aliiſquè ſimilibus, extrà tempus currentis obligationis, aut ſolutionis permiſſæ adimpletis, quod nemo admiſerit.

Reſpondeo ergò 2. Quamvis idem ſit Chriſtus, idemquè Sacramentum, non ideò, in genere moris loquendo, eadem cenſetur eſſe Communio ſpecie cum eâ quam Chriſtus & Eccleſia intendunt & præcipiunt. Ipſi enim Communionem virtuoſam, & ad virtutem religionis pertinentem exigunt, quæ manducatio vera ſit: non autem eam, quæ quodammodò Chriſti ſit occiſio, hominiſquè ſui ipſius interemptio,

peremptio, ut oſtenſum eſt ſuprà ſect. 2. §. 1.3. ſect. 4. §. 4. Videatur Auguſtinus tract. 6. in Joan.

Reſpondeo 3. conformiter ad ea quæ fuſius Appendice 2 pag. 88. & ſequentibus deduximus, comparationem inter Dei dilectionem & Communionem inſtituentes. Sicuti enim, ut ibi dicebamus, Deum malè diligentes, vel in proximum perversè depereuntes, neque Deum, neque proximum diligere dicuntur; & ob id ſolum quod eos ut oportet non ament; adeoquè præcepto quod habent de illis diligendis non ſatisfaciunt, ut poſt condemnationem ab Innocentio undecimo propoſitionum 10. & 11. ſuprà §. 7. num. 32. relatarum, indubitatum hodiè habetur: ità prorsùs idem dicendum aſſerimus de malè communicantibus, videlicet eos quidem Phyſice & à parte rei Sacramentum ſumere, ſed non moraliter, ob ſumptionis inutilitatem & ineptitudinem ad ſuum finem proximum; & per conſequens præcepto de communicando per hujuſmodi Communionem minimè ſatisfaciunt, quod & modò pro certo tenere debent omnes, poſt condemnationem ab eodem Pontifice factam de hac propoſitione 55. „ Præcepto Communionis annuæ „ ſatisfit per ſacrilegam Domini manducatio- „ nem.

Ad majorem hujus veritatis confirmationem, majuſquè præfatæ comparationis munimentum, operæ pretium cenſui authoritate gemini Eccleſiæ ſolis totum ampliùs fulcire.

Primum quidem, hoc eſt, dilectionem Dei, ſuiipſius, vel proximi graviter inordinatam, non

non exiſtimari dilectionem, apertè docet Auguſtinus in præfat. Pſal 140. his verbis. „Teipſum ſic debes diligere, ut non erret regula, „diliges proximum tuum tanquam teipſum. Si „enim malè te diligis & inutiliter, ità & proximum diligendo quid ei conſulis? Quomodò autem te malè diligis? quomodò te inveniet ſcriptura, quæ neminem palpat, & convincit *quià non te diligis*, imò convincit quià „& odis te. *Qui autem*, inquit, *diligit iniquitatem odit animam ſuam*. Si ergò diligis iniquitatem, *putans quod teipſum diligas, erras.* „Quantò quiſquè, *Epiſt. 29* gravius leviuſquè „peccaverit, tantò in peccato committendo „major, quantò in diligendo Deo & proximo „minor. Et rursùs tantò minor in peccati perpetratione, quantò major in Dei & proximi „dilectione. Tantò itaquè plenior iniquitatis, *quantò inanior charitatis*. Qui autem, „*Tract. 83. in Joan.* diligit iniquitatem, *non* „*planè diligit*, ſed odit ſeipſum.„ Idem habet tract. 82. in eundem, in Pſalm. 77. verſ. 35. de vitâ Chriſtian. cap. 9. Epiſt. 52. &c. item ſuprà ſect. 4. §. 5. num. 23.

Secundum verò, hoc eſt, ſacrilegè communicantem in genere moris non cenſendum communicare, evidenter probatur ex ſermone 18. de verbis Apoſtoli. „Chriſtus, *inquit*, templum ruinoſum non inhabitat, templum ſordidum non ingreditur, ſed geme ad illum ut „mundet ſibi locum: geme ad illum ut ædificet templum ſibi: quod tu deſtruxiſti, ipſe „conſtruat: quod tu exterminaſti, ipſe reformet: quod tu dejeciſti, ipſe erigat.„ Undè conſe-

conſequenter ad hæc alibi docet hujuſmodi homines non Deo, ſed ſibi communicare, ut lib. 2. contrà Parmen. cap. 6. „Manducat & „bibit, non ait aliis, ſed ſibi.„ Item cap. 5. 6. lib. de unic. Baptiſ. cap. 17. de verbis Dom. ſerm. 33. ſect. 2. §. 1. n. 5. pag. 27. & n. 17. pag. 39. ſect. 4. §. 4. num. 11. & 12.

De mente autem S. Thomæ nemo eſt qui meritò in dubium eam ſuper hoc revocare poſſit: ipſe enim non ſolos peccatis mortalibus gravatos à ſacris epulis arcendos decernit, ſed inſuper id etiamnùm vult, dum quis de ſuæ conſcientiæ munditiâ formidat. Ità docet lib. 4. ad Hannib. diſt. 9. art. 2. O. „Quicumquè, „*inquit*, cum conſcientiâ peccati mortalis ad „Euchariſtiam, quæ eſt Sacramentum Sacra„mentorum, accedit, contrà conſcientiam agit. „Nec refert, quantum ad hoc, utrùm habeat „certam conſcientiam vel cum dubitatione: „quià qui dubitat, diſcrimini ſe exponit. Si „autem ſit aliqua levis cogitatio quæ dubita„tionem non inferat, contrariis rationibus re„pulſa, non impedit Euchariſtiæ perceptio„nem.„ Imò verò, in 4. diſt. 17. qu. 2. art. 5. quæſtiunc. 1. ad 3. eandem verſans difficultatem, abſolutè pronuntiat quod „antè remiſ„ſionem peccati per miniſtros Eccleſiæ non de„bet aliquis ad Euchariſtiam accedere, quam„vis ſit culpa quoad Deum remiſſa.„ Quam doctrinam orthodoxam declaravit Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 7. Cur autem hîc ſpecialis devotio ac reverentia adeſſe debeat? rationem dat 3. part. qu. 83. art. 4. ad 5. „In hoc Sacramento, „*ait*, & major devotio requiritur quam in aliis

3. Part. qu. 80. art. 4. ad 4.

Sacra-

„ Sacramentis (propter hoc quod in hoc Sacra-
„ mento totus Chriſtus continetur) & etiam
„ communior. „ Illud ipſum olim docuerat Ambroſius, ut conſtat ex lib. 6. in Lucam 9. „ Nemo, *inquit*, cibum accipit Chriſti, niſi fue-
„ rit antè ſanatus &c. ubiquè ordo myſterii ſer-
„ vetur, ut priùs per remiſſionem peccatorum
„ vulneribus medicina tribuatur, poſt alimo-
„ nia. „ Legatur S Thom. diſt. jam cit. q. 3. art. 1. quæſtiunc. 3. & 4. & Aug. lib. 1. contrà Donat. cap. 5. ſect. 2. §. 3. num. 7. 9. &c. pag. 48. ſect. 4, §. 1. num. 3. pag. 71.

Objicies 3. Sententia oppoſita communior habetur apud Doctores ſcholaſticos, eorumquè præſtantiſſimos pro ſe ſtantes numerat. Deindè ſummus Pontifex ſententiam affirmantem ſolummodò condemnat ut ſcandaloſam, & ut periculoſam ac pernicioſam in praxi: hoc verò ut ſic jacet, facilè admittent omnes: diſputatio autem ſimul & animorum diſſenſio, tota eſt de ipsâ veritate.

Si juſtus, noli numerare, ſed appende, ſtaterã affer æquã, non doloſam, quià juſtus appellatus es. Auguſt. in Pſalm. 36. v. 4.

Ad 1. Reſponderi poteſt cum Auguſtino lib. 2. contrà Donat. cap. 5. „ Ideò plerumquè
„ doctioribus minùs aliquid revelatur, ut pa-
„ tiens & humilis charitas in quâ fructus major
„ eſt, comprobetur, vel quomodò teneant uni-
„ tatem, cum in rebus obſcurioribus diverſa
„ ſentiunt, vel quomodò accipiant veritatem,
„ cum contrà id quod ſentiebant, declaratum
„ eſſe cognoſcunt. „ Undè lib. 2. contrà Creſconium cap. 32. verba faciens de doctrinâ D. Cypriani dicebat. „ Literas Cypriani non ut ca-
„ nonicas habeo, ſed eas ex canonicis conſide-
„ ro & quod in eis divinarum ſcripturarum au-
„ thoritati

„ thoritati congruit, cum laude ejus accipio: „ quod autem non congruit, cum pace ejus „ reſpuo. „ Deniquè addi poteſt quod reperitur lib. 5. contrà Donatiſtas cap. 3. „ Quià aliquandò erratum eſt, ideò ſemper errandum eſt? In paucis, inquis, *Lib. 3. contrà Creſcon. c. 66.* „ frequenter eſt veritas, errare multorum eſt. „ Item cap. 33. S. Thom. 1. part. q. 1. art. 8. ad 2.

Ad 2. Reſpondemus hactenus dicta ſufficienter contrarium evincere. Sanè, dicet aliquis, non videretur ſummus Pontifex ſatis æquus, ſi rem in ſe veram, tàm ſeverè in praxim deduci vetaret, docenteſquè tam rigidè coërceret. His igitur rationibus inanibus procul miſſis, ipſum Auguſtinum audiamus, ejuſquè conſilium ſequamur. „ Cum divinis, *inquit* „ *Epiſt. 174.* ſcripturis quantum poſſumus colloquamur ſinè contentione pacati, non inani „ ac puerili animoſitate ſtudentes alterutrum „ vincere, ut pax Chriſti potiùs vincat in cordi- „ bus noſtris „ Illud etiam eſt monitum, imò & præceptum Innocentii undecimi Chriſti in terris moderni Vicarii; quod ad calcem propoſitionum 65. â ſe condemnatarum affixum habetur. Videatur & Auguſt. epiſt. 162. Haberent quod dicerent &c. lib. poſt Collat. cap. 35. Jam pacem amate &c.

Objicies 4. Si hoſtia eſſet ab impiis conculcanda, niſi eam in peccato mortali ſumerem, non peccabo ſi illud fecero, imò præcepto tum divino, tum Eccleſiaſtico ſatisfaciam, quis eſt qui audeat dicere contrarium? Ergò &c.

Reſpondeo 1. fretus Apoſtolo, Tridentino, aliiſquè

aliiſquè juribus negando antecedens. Cur enim non poſſem & tenerer, ſi res ac tempus ferant, elicere actum contritionis, & ex quo capite? „ Sivè enim ad malum, *inquit*, *Auguſtinus lib.* „ *2. contrà Creſcon. cap.* 9. ſivè ad bonum, par- „ vo momento animus commutatur, ſed non „ ideò parvum eſt quod meretur.„ Legatur § 4. num. 18. circà medium.

Reſpondeo 2. nimium probari, videlicet quod per Communionem ſacrilegam plenè & perfectè poſſet Chriſtianus ſatisfacere, ſivè quod in nullum impingeret præceptum, ut prætenditur reperiri in caſu objecto, in quo nullum vult objectio committi peccatum, ſed è contrà laudabiliter id fieri, Chriſtianumquè ad ſic agendum obligari; quod nihilominùs reſpectu Communionis ſacrilegæ, nè quidem Adverſarius conceſſerit: jam autem qui nimis probat, nihil probat.

Reſpondeo 3 Si nullum in iſtâ Euchariſtiæ ſumptione ſubeſſe ſupponatur peccatum, ergò fruſtrà & extrà propoſitum adducitur: nos enim Communionem ſacrilegam & mortaliter peccaminoſam ventilamus, & de eâ ſolâ unicus eſt ſermo ac controverſia.

Reſpondeo 4. Sacramentum in illâ occurrentiâ non tam ſumi per modum cibi, & Sacramenti ad propriam ac perſonalem recipientis ſanctitatem ordinati, quam ad occurrendum gravi Sacramenti irreverentiæ atquè contumeliæ. Adeoquè, moraliter loquendo, potiùs in ſtomachum velut in azylum trajiceretur ad præcavendam atrocem illam injuriam, quam ut ibidem ſolitum operaretur effectum. Nequè refert

refert quod de facto ſumeretur, & quod ſpecies ipſæ conſumerentur; nam illud eſſet per accidens & præter intentionem, cum primariò & directè fieret ob finem diverſum à fine Sacramenti intrinſeco & immediato. Videatur ſect. 4. §. 2. n. 2 pag. 73. Append. 2. num. 3. pag. 88.

Nemo eſt qui ambigat aliter recipiendum eſſe Principem, dum de ejus adventu tempeſtivè admonemur, quam dum prorsùs ſubitò & præter omnem expectationem, ſinè morâ ob hoſtes aut perfidos latebras concedere oportet. Neceſſitas legem non habet. Videat, ſi placet, Joſue 2. v. 6. & 2. Reg. 17. v. 18. & 2. Machab. 2. verſ. 5. S. Thom. 3. part. quæſt. 80. art. 4. ad 1. Poſtremò peti poteſt quo ſenſu intelligatur præfata objectio? cum non unum habeat. Hunc enim etiam patitur, videlicet: niſi in ejus receptione peccare velim mortaliter: & tunc eſſet inter utrumquè caſum paritas. Non Rom. 3. tamen arbitror objicientem in eo ſenſu intellexiſſe, undè jam dictis ſuperſedeo. v. 8.

Objicies 5. Si per revelationem ſcirem me per totam vitam conſervandum in gratiâ, aut me ſummam gratiam jam de facto habere, adhuc nihilominùs communicare deberem, ergò neceſſe non eſt quod finem proximum mediante Communione præceptâ obtineam.

Reſpondeo concedendo antecedens cum Tridentino ſeſſ 6. can. 11. & 20. negando conſequentiam. Sicut enim prædeſtinatio non tollit media ad ſalutem, ſed è contrà ſuo tempore ponenda procurat, juxtà Apoſtolum ad Rom. 8. verſ. 30. *Quos prædeſtinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & juſtificavit* &c. itè multò

minùs

minùs eadem revelatio ordinem à Deo inſtitutum everteret. Quemadmodùm enim ſi per revelationem haberem, quod per annos viginti verb. grat. eſſem adhuc victurus, non idcircò ab omni cibo abſtinere poſſem aut deberem, imò verò ut priùs me reficere deberem, ità hîc ſimiliter. Igitur revelatio jam dicta præceptorum obligationem & obſervantiam nullo modo
2. 2. q. 81. a. 3. ad 2. alteraret, per quam Deus non tantummodò colitur, ſed præterea quantum eſt ex parte ſumptionis, ſivè actionis virtuoſæ, effectus proximus inducitur, eſtquè merè peraccidens quod in eo eventu non producatur. Simile quid reſpondere debent omnes reſpectu Sacramentorum Baptiſmi & Pœnitentiæ, hominibus in gratiâ antecedenter conſtitutis collatorum. Ut omittam quod communiter docent Thomiſtæ de actibus virtutum ſuo habitu inferioribus, de quibus agitur 1. 2. quæſt. 114. art. 8. ad 3. & 2. 2. quæſt. 24. art. 6. Aliud indubiè eſſet, ſi Deus ſuper Communionis præcepto ſe diſpenſare declararet, at non alias: niſi incidere velimus in errorem Wicleffi, vel ſum prædeſtinatus, vel ſum reprobatus &c.

Poſtremò objectio ſupponit falſum, vel ſaltem quod non eſt: nos autem quod res eſt juxtà divinam præſentemquè providentiam conſideramus. Ut enim habet S. Thomas in 4. diſt. 4. quæſt. 2. art. 2. quæſtiunc. 2. ad 2. „ Gratia non „ habet aliquem determinatum terminum ad „ quem pertingat, vel ultrà quem procedere „ non poſſit. „ conformiter ad illud Apocalipſeos 22. verſ. 11. *Qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc.*

Objicies

Objicies 6. Subindè contingit moribundos advocare ſuos Paſtores, atquè ab eis ſacrum Viaticum flagitare dum ſunt in ſtatu lethifero, qui poſtmodùm conſcientiæ remorſu tacti, fictionem confeſſario aut ſuo Paſtori aperiunt, ſed ad iteratam Sacramenti receptionem adduci nequeunt, tùm ob famæ ſuæ diſpendium, tum ob populi oblocutionem præcavendam. Accedit, quod ipſimet Paſtores quamvis varios ſacris epulis indignos certò noverint; nihilominùs ipſos non arcent, nè quidem tempore Paſchali. Deindè quot perſonæ indecenter, quin & ſcandaloſè ornatæ cum cæteris communicare permittuntur? Deniquè Judas in ſtatu peccati mortalis longè graviſſimi ſacram ſynaxim de ipſamet manu Salvatoris recepit. Jam autem non eſt credibile neque veriſimile Chriſtum ſuo facto & exemplo voluiſſe illud peragere, quod in Judâ malum fore non ſolùm prævidebat, ſed quod præterea tam in ipſo quam in alio quovis homine in peccato mortali communicante prorsùs inutile probè ſciebat. Vel eò magis quod Judæ fama eſſet parva admodùm: imò & in ipsâ mensâ à Chriſto notata, & paulò poſt Apoſtolis, & poſtmodùm deindè toti orbi, qualis eſſet, notificanda.

Ad 1. Reſpondeo aliud eſſe me non teneri ad aliquid agendum vel omittendum, & aliud me præcepto ipſi ſatisfeciſſe. Qui enim verb. grat. ob rem alienam proprio domino obnoxius tenetur, non ideò in totum liber efficitur, quod eam hìc & nunc perficere non poſſit. Excuſabitur quidem in præſentiarum ab eâ faciendâ propter prætenſam mora-

lem impoſſibilitatem; ſed ſi poſthac copiam id præſtandi nactus fuerit, ſub peccato gravi, ſi res ſit alicujus momenti, illud exequi tenebitur, ergò aliud eſt excuſari, & aliud ſatisfeciſſe.

Videndum eſt ulteriùs, an de facto tale ac tantum, ut præ ſe fert objectio, ſubſit ſcandalum vel infamia: cum enim frequenter communicare ſit admodùm & ſalutare & laudabile, rationabiliter atquè laudabiliter id ipſum peroptare poteſt omnis Chriſtianus ſuæ ſalutis & perfectionis ſpiritualis percupidus, potiſſimùm dum corporis vires paulatim deficiunt, & ipſe animus faciliùs dejicitur, & dæmon, ſi unquam, tunc temporis præcipuè omnes ſuæ verſutiæ nervos, (ut declarat Trid. ſeſſ. 14. c. 1. agens de Sacramento Extremæ-Unctionis) ad nos penitùs perdendos intendit. Igitur cum nemo ſcire poſſit, quo motivo, quaquè de causâ motus, ſacram ſynaxim repetere velit infirmus; ideò facillimum planè erit prætenſam infamiam amoliri.

Ad alia quæ ulteriùs opponuntur; reſpondet Auguſtinus in hunc modum homiliâ 50. cap. 9. „Qui ſeparari à regno cœlorum timet per ultimam ſententiam ſummi judicis, per Eccleſiaſticam diſciplinam à Sacramento cœleſtis panis interim ſeparetur. Verſetur antè oculos imago futuri judicii, ut cum alii accedunt ad altare Dei quo ipſe non accedit, cogitet quam ſit contremiſcenda illa pœna quâ percipientibus aliis vitam æternam, alii in mortem præcipitentur æternam. Ad hoc enim altare, quod nunc in Eccleſiâ eſt in terrâ poſitum, terrenis oculis expoſitum, ad myſteriorum divinorum ſignacula celebranda, multi etiam ſce-

„lerati

„ lerati poſſunt accedere : quoniam Deus com-
„ mendat in hoc tempore patientiam ſuam , ut
„ in futuro exerceat ſeveritatem ſuam. Nemo ,
„ *Cap. 12.* arbitretur fratres propterea ſe conſi-
„ lium ſalutiferæ hujus debere pœnitentiæ con-
„ temnere , quià multos fortè advertit & no-
„ vit ad ſacra altaris accedere , quorum talia
„ crimina non ignorat. Multi enim corriguntur
„ ut Petrus , multi tolerantur ut Judas , multi
„ neſciuntur , *Donec veniat Dominus qui illumi-* 1. Cor. 4.
„ *nabit abſcondita tenebrarum , & manifeſtabit* v. 5.
„ *conſilium cordium.* Nam plerique propterea no-
„ lunt alios excuſare, dum ſe per illos cupiunt ex-
„ cuſare. Plerique autem boni Chriſtiani propte
„ reà tacent , & ſufferunt aliorum peccata quæ
„ noverunt , quià documentis ſæpè deſeruntur,
„ & ea quæ ipſi ſciunt , Judicibus eccleſiaſti-
„ cis probare non poſſunt. Quamvis enim vera
„ ſunt quædam , non tamen Judici facilè cre-
„ denda ſunt , niſi certis indiciis demonſtren-
„ tur. *Nos verò à Communione prohibere quem-*
„ *quam non poſſumus (quamvis hæc prohibitio*
„ *nondùm ſit mortalis , ſed medicinalis) niſi aut*
„ *ſpontè confeſſum , aut in aliquo ſæculari ſivè*
„ *Eccleſiaſtico judicio nominatum atquè convi-*
„ *ctum* &c. Quibus verbis ſatis oſtendit non
„ temerè aut quomodolibet , ſed per judicium
„ auferendos eſſe malos ab Eccleſiæ Commu-
„ nione , ut ſi per judicium auferri non poſſint,
„ tolerentur potiùs , nè perversè malos quiſ-
„ què evitando , ab Eccleſiâ ipſe diſcedens ,
„ eos quos fugere videtur *vinciat ad gehen-*
„ *nam.* Non ergò illi quos monemus agere pœ-
„ nitentiam , quærant ſibi comites ad ſup-
 „ plicium

„ plicium, nec gaudeant quià plures invene-„ rint. Non enim propterea minùs ardebunt, „ quià cum multis ardebunt. Non eſt enim hoc „ ſanitatis certum conſilium, ſed malevolentiæ „ vanum ſolatium.„ Pro aliis quibuſdam huc pertinentibus videatur Epiſt. 48. 54. 64. 152. 162. 163. 164. 166. 202. tract. 50. in Joan. lib. 3. cont. Parmen. cap. 2. lib. 2. de ſerm Dom. in monte cap. 30. in Pſal. 33. v. 4. S. Thom. 2. 2. qu. 108. a. 1. & 3. part. q. 80. art. 6. q. 81. a. 2. ſup. q 8. a. 4. & 5. Cauſ. 33. q. 3. diſt. 1. c. 58. Cauſ. 23. q. 4. c. 2. Tu.

Quod ad habitum laſcivum atquè ſcandaloſum attinet, multis expoſtulat ac in eum graviter invehitur ſerm. 247. de tempore. „ Adul-„ terator, *ſunt ejus verba*, habitus nuptialis, juſſu „ patris familias & manifeſtè excludetur, & in „ carcerem retrudetur. Interim tamen amici „ ſponſi talem ſimulatorem non ignorant, quià „ habitus impudicus corporis, nuntius eſt adul-„ terini cordis: impudicus autem habitus cor-„ poris ſui in viris, ſuperflua & inordinata ca-„ pillatura, veſtimentorumquè muliebrium af-„ fectata ſimilitudo, calceamentorum quoquè „ metas neceſſitatis excedens ſimulata longitu-„ do. In mulieribus facies fucata, virilium ve-„ ſtimentorum imitatio, capillorum nativi co-„ loris adulteratio. Hic habitus in utroquè „ ſexu adulterinus eſt, & ſanctarum nuptia-„ rum ſocietate indignus, & à conſpectu tanti „ ſponſi & tantæ ſponſæ *prorsùs amovendus.* „ Nec ſilentio prætерire hoc debent amici „ ſponſi, diligentes decorem domus Dei. De-„ bent hujuſmodi adulteris publicè oblatrare, „ nè dicatur de eis, *Canes muti, latrare non* „ *valentes.*

Iſai. 56. v. 10.

„ *valentes.* Qui enim quantitatem vel formam „ quam omnipotens plaſmator finxit, in aliam „ transfigurare contendit, nonnè evidenter dicere ei videtur qui ſe finxit, cur me feciſti „ ſic? improba temeritas, conditoris plaſmata „ vilificare, ut quantitatem ſuam & formam „ quantum in ſe eſt, in aliud transfiguret, quod „ ſi à naturâ haberet, incomparabiliter ſe habere doleret. Nec iſta dicimus à nobis tanquam „ ex nobis. Habemus Patres noſtros Doctores „ egregios qui antè nos *Contrà iſta ſcripſerunt, & irrefragabili authoritate damnaverunt*, &c.

Ad ultimum de facto Chriſti, jam ex eodem Auguſtino ſatisfecimus.

§. IX.

De Sacramentorum reviviſcentiâ.

DICIT aliquis, tametſi vera omnia à te huc uſquè dicta fateremur: datur nihilominùs perſiſtendi modus in ſententiâ tuæ oppoſitâ. Si enim ad faciendum ſatis præcepto cuidam, opus ſit finem præcepti proximum aſſequi? illud ipſum æquè pariter obtinebitur per Communiones ſacrilegas, non quidem pro eo tempore quo tales fuerint, ſed tandem poſteà, videlicet dum ſublatâ fictione reviviſcent: quod ſanè ſentiunt, ſimul & ſuſtinent plurimi, iiquè illuſtres Theologi,

Rom. 7. v. 2. 12. 1. Timoth. 1. v. 8. De Conſ. diſt. 4. cap. 29. Quamvis. 32. Oſtenditur. 37. Catechum. 40. Nullus.

41. Quomodò. 42. Tunc valere & Gloſſa. 43. Non. 45. Eccleſia. 131. Nulli. 140. Eccleſiæ charitas.

logi, inter quos numeratur D. Thomas, cujus dogmata pontificio etiam oraculo ſunt & tutiſſima & inconcuſſa. Vel eò magis hoc in materiâ præſente planum evadet, quod Deus bonorum noſtrorum non egeat: ideoquè per illam moram ac diſſitam fictionis ſublationem, nullum in bonis ſibi debitis diſpendium patiatur, quod de homine alteri obligato, reſtitutionem bonam atquè eidem utilem differente, generaliter dici nequit. Propter hanc objectionem mihi factam, aliquid de Sacramentorum reviviſcentiâ, unà & de factâ objectione pro meâ tenuitate dicere neceſſe eſt.

1. Nulla reviviſcere Sacramenta, aut ſaltem Characterem non imprimentia ſentiunt complures. D. Auguſtinus qui hujus totius controverſiæ author ſimul & occaſio extitit; ab utriuſquè partis authoribus in ſuæ ſententiæ patrocinium adducitur, nec non ab utraquè parte ſtare contenditur: ipſe verò pro Baptiſmi reviviſcentiâ ſolummodò citatur. Longè clariùs pro peccatorum reditu loqui videtur, qui tamen in alium ſenſum paſſim trahitur.

2. Si mens S. Doctoris circà hoc punctum eſſet indaganda? id certè faciendum eſſet maximè juxtà ſcopum à ſe præſtitutum. Ille verò, quantum ex ejus ſcriptis conjicere poſſumus, erat demonſtrare Sacramentum Baptiſmi non quidem prodeſſe, ineſſe tamen illis omnibus qui in crimine hæreſis, vel ſchiſmatis, vel alterius cujuſcumquè peccati gravioris ipſum recepiſſent. Cum hoc equidem diſcrimine, quod illi, qui ab Eccleſiâ non quidem ob hæreſim aut ſchiſma ſeparati, ſed intrà eam fidelibus per-

mixti

mixti ac ut tales habiti (ſi tamen coram Deo tales cenſeantur? lib. 2. contrà Creſcon. cap. 21. lib. 1. contrà Donat. cap. 10. lib. 7. cap. 52. de unit. Eccl. c. 20.) Baptiſmum ficti accepiſſent, aut poſt ipſum devotè acceptum in peccatum gravius prolapſi eſſent, quod illi, inquam, ſi poſt commiſſum à sè hujuſmodi peccatum, ad veram & ſinceram redierint pœnitentiam, Confeſſione eâque veraci reconcilientur, quod jus tunc acquiſiêre, cum ſe Eccleſiæ Catholicæ aggregarunt, ejuſquè membrum per Baptiſmi ſuſceptionem effecti ſunt, quod de Hæreticis ut talibus non eſt ſatis. Illis enim non ſufficit de ſuis, ſenſu quodam, dolere peccatis, benè vivere circà varia, imò & religionem Chriſti, aliquò uſquè ſectari tum per Baptiſmi ſuſceptionem, tum per variorum Eccleſiæ dogmatum fidem aliqualem & imperfectam, ſed debent eam ſartam tectam, integram, inviolatamquè retinere, (ſicut fideles debent & legem operum integram obſervare Jac. 2. v. 10.) ac inſuper de ſuo compuncti ſchiſmate ad Eccleſiam redire, eiquè ſeſe in perpetuum aggregare: quod cum maximoperè reſpuant, & execrentur, nullam æternę vitę ſpem habere, nullam gratiam peccatorum deletivam, filioſquè Dei efficientem expectare debent. Lib. 1. contrà Creſc. cap. 28. 29. lib. 3. contrà Donat cap. 14. lib. 4. cap. 1. 9. lib. 6. cap. ult. lib. 7. cap. 16. & 47. contrà Fulg. cap. 4. Cauſâ 1. q. 1 cap. 55. Firmiſſimè tene.

Marc. 16. v. 16.

Integra fides, ſolida ſpes, ſincera charitas. Aug. tract. 13. in Joan.

3. Illud, ut opinor, primarium erat inter Auguſtinum & Donatiſtas difficultatis punctum, atquè præcipuę controverſiæ caput, non autem reviviſcentia. Dummodò enim ab Auguſtino evicissent Donatiſtæ, apud ſe & Sacra-

menta extare, & unà ſalutem æternam operari, per conſequens poſſe ſe in ſuâ religione ſalvare, ſatis ſuperquè reportaſſent, intentumquè procul dubio habuiſſent. Imò ipſorum pleriquè ſe hoc ipſum aſſecutos de facto exiſtimabant, ut ex Ep. 48. non obſcurè poteſt demonſtrari. „ Multi, „ *inquit*, nihil intereſſe credentes in quâ quiſquè „ parte Chriſtianus ſit, ideò permanebant. „ Sed videntur, *lib. 1. contrà Donat. cap. 10.* „ ſibi argutiſſimè quærere, utrum generet filios „ Baptiſmus Chriſti in parte Donati, an non „ generet? ut ſi conſenſerimus quod generet, „ ſuam eſſe aſſeverent Eccleſiam matrem, quæ „ filios potuit de Chriſti Baptiſmate generare: „ & quià unam oportet eſſe Eccleſiam, ex hoc „ jam noſtram non eſſe Eccleſiam criminentur. „ Si autem dixerimus, non generat, cur ergò „ &c. „ Sed illud dilemma perpetuò confringit Auguſtinus. „ Nulli, *ait l. 4. c. 18.* utiquè dubium „ eſt propter hoc ſolum quod Hæreticus eſt, re„ gnum Dei non poſſeſſurum. Ad ipſam verò ſa„ lutem, *de unitate Eccleſiæ cap. 16.* ac vitam „ æternam nemo pervenit, niſi qui habet caput „ Chriſtum. Habere autem caput Chriſtum ne„ mo poterit, niſi qui in ejus corpore fuerit, „ quod eſt Eccleſia. „ Videantur plura §. 3. n. ult.

Lib. 3. cōtrà Creſc. cap. ult. Lib. 1. cōt. Don. c. 3. Lib. 2. c. 1. Lib. 5. cap. 21. Lib. 6. cap. 15. de unic. Bapt. c. 14.

4. Tota igitur lis in eo verſabatur; quomodò nimirùm Hæretici aut Schiſmatici, Eccleſiæ Catholicę deſertores, ejuſquè hoſtes jurati juxtà ac declarati, non eſſent ipſo facto omni honore ſpoliati, omniquè poteſtate privati ſpiritualia Eccleſiæ bona conferendi? quemadmodùm in regnis paſſim omnibus perſpicitur & practicatur. In ipſis enim gentis deſertores atque hoſtes

hoſtes noti ſimul & proſcripti, ipſo jure, ipſo quoquè facto; ſpoliantur omni honore, omniquè poteſtate degradantur; adeò ut ſi aliquid eorum attentent, quę ob dignitatem adeptam & poſſeſſam anteà competebant; irrita prorsùs, inania, invalidaquè declarentur. In eo vertebatur difficultatis cardo, & tantus quidem, ut Auguſtinus ipſemet ingenuè fateatur ipſum eſſe obſcuriſſimum, pro quo ſolvendo modò ad characterem, modò ad Concilium generale confugit, modò peccatorum reditum adſtruere videtur, modò traditioni ac conſuetudini receptę inſiſtendum eſſe decernit. „ Noverat enim, „ *lib 3. contrà Donat. cap. 3.* quantam Sacramen- „ ti profunditatem, tunc omnis Eccleſia variâ „ diſputatione verſabat. Illi, *Cypriano, lib. 4. c. 6.* „ viſę ſunt in obſcuriſſimâ quæſtione laboranti. „ Antequam enim, *tract. 5. in Joan.* iſta quæſtio „ benè tractaretur in Eccleſiâ Catholicâ, multi „ in eâ errarunt, & magni & boni. „ Lib. 1. contrà Donat. cap. 1. 4. 7. &c. lib. 2. cap. 7. 9. lib. 3. cap. 9. lib. 5. cap. 4. 19. 21. lib. 6. cap. 1. 2. & ſequent. lib. 7. cap. 1. &c. de unit. Eccleſ. cap. 19. &c.

5. Ut autem difficultatem penitiùs inſpiciamus, loca quæ ex ſancto Doctore pro adſtruendâ Baptiſmi reviviſcentiâ adferri ſolent, pauliſper perpendamus. In his autem ſequentibus potiſſimùm fundantur Authores, reviviſcentię Patroni. Videlicet lib. 1. contrà Donat. cap. 12. ubi ità loquitur. „ Tunc valere incipiat ad ſalutem, cum illa fictio veraci con- „ feſſione receſſerit &c. In unitate jam prodeſſe „ incipiat Sacramentum, quod acceptum in

„ ſchiſmate

„ ſchiſmate prodeſſe non poterat. *Et lib. 3. ca. 13.* „ Quamvis apud Hæreticos vel Schiſmaticos „ idem ſit Baptiſmus Chriſti, non tamen ibi „ operatur remiſſionem peccatorum propter „ eandem diſcordiæ fœditatem & diſſenſionis „ iniquitatem. Tunc incipit valere idem Ba„ ptiſmus ad dimittenda peccata, cum ad Eccle„ ſiæ pacem venerint, non ut jam dimiſſa non „ retineantur, nequè ut ille Baptiſmus quaſi „ alienus aut alius improbetur, aut alter trada„ tur, ſed ut idem ipſe qui propter diſcordiam „ foris operabatur mortem, propter pacem in„ tùs operetur ſalutem. „ Lib. 6. cap. 5. &c.

Lib. 7. cōtrà Don. c. 38. lib. 2. contrà Creſc. cap. 28.

6. Enimverò ſi quis hæc, aliaquè ſimilia loca ex Auguſtino adferri ſolita attentius conſideret, videbit ni fallor, nihil ipſa pro reviviſcentiâ prætensâ facere. Ad hoc meliùs cognoſcendum, opus eſt totum contextum tam antecedentem quam conſequentem perluſtrare. Hoc autem modo contrà eoſdem Donatiſtas ratiocinabatur in fine c. 11. l. 1. „ Hanc, *inquit*, eis quæſtionem ſol„ vendam proponimus. Magus ille Simon, utrùm „ vero Chriſti Baptiſmate tinctus ſit? reſponde„ bunt ità, quià ſanctæ Scripturę authoritate co„ guntur. Quæro ergò utrùm fateantur ei dimiſ„ ſa peccata? profectò fatebuntur. Item quæro, „ cur ei dixerit Petrus, non eum habere partem „ in ſorte ſanctorum? quià, inquiunt, poſteà pec„ cavit pecuniâ volens emere donum Dei, cujus „ venditores eſſe Apoſtolos credidit. Quid ſi ad „ ipſum baptiſmum fictus acceſſit? dimiſſa ſunt ei „ peccata, an non ſunt dimiſſa? *eligant quod vo„ lunt: utrumlibet elegerint, ſufficiet nobis.* „ Quod & inculcat atquè repetit cap. 13. ſeq. his verbis.

Lib. 1. cōtrà lit. Petil. cap. 23.

„ *Pror-*

„ *Prorsùs quod volunt eligant* &c. Sivè ergò dimittantur? ſivè non dimittantur, neceſſaria eſt medicina poſteà.„ Et poſt aliquot ſubjuncta, in hunc modum concludit. „Sed tamen quià eis nihil proſunt quamdiu Hæretici vel Schiſmatici ſunt propter alia in quibus à veritate diſſentiunt, & propter ipſum ſeparationis immaniſſimum ſcelus, *ſivè permanſerint in eis peccata ſivè continuò dimiſſa redierint, ut ad ſalutem pacis atquè charitatis veniant, adhortamur: non ſolùm ut aliquid habeant quod non habebant, ſed ut eis etiam illud prodeſſe incipiat quod habebant.* Lib. 4. c. 11. lib. 5. c. 8. 21. lib. 6. cap. 5. l. 7. c. 3.

7. Ex toto jam relato diſcurſu, quem urget ibi & ubiquè Auguſtinus, non incongruè oſtenditur eum non agere de reviviſcentiâ, ut explicat & intelligit ſententia communis: docet enim ibidem & quidem in terminis ſemper eam reſultare, ſivè peccata dimiſſa non fuerint, dum characterem actio ſacramentalis impreſſit, ſivè etiam tunc dimiſſa ſupponantur, ſed quę ob fictionem perſeverantem illicò redierint. Atqui hæ duæ hypotheſes non rectè combinarentur ſuppoſitâ veritate de reviviſcentiâ.

8. Probatur minor: in hypotheſi enim dimiſſorum peccatorum pro inſtanti, licet ſequenti redeuntium, reviviſcere nequit Baptiſmus, ſivè gratiam ſanctificantem & peccatorum remiſſionem dare non poteſt pro primâ vice; ipſam enim (quamquam pro inſtanti) habuiſſe jam ſupponitur, videlicet dum facta eſt impreſſio characteris; ergò reviviſcentia ab Auguſtino contrà Donatiſtas aſſerta, alio ſenſu eſt intelligenda; quod etiam ſatis ſonat vox *reviviſcentia*, quæ juxtà

Non poteſt reviviſcere quod vitâ caruit. S. Thom. l. 4. ad Hannib. diſt. 15. a. 2.

juxtà communem intellectum rem bis, ſivè iteratò vitam habere ſignificat. Ut omittam exemplum de Simone ab eo adductum & pluribus conſtrictum, quod niſi hoc dicatur, nihil probat, nihilquè urget Adverſarium ut ſatis ipſemet advertit, dum ei dat jus eligendi quod voluerit, ut legenti textum ſuprà relatum evadet ſanè manifeſtum. Ergò ad aliam reviviſcentiam confugiendum eſt.

S. Thomas 3. part. qu. 89. art. 5. O. in fine.

9. Accedit quod non videatur penitùs abſurdum, ſi quis dixerit ipſum in locis citatis ſuprà, non agere de actione ſacramentali, ſed benè de ipſo charactere, quem ferè ſemper intelligit nomine Baptiſmi, ut rectè advertit in 4. diſt. 4. §. 13. Eſtius Auguſtini ſtudioſiſſimus & in eo verſatiſſimus; ſic enim concludit lib. 1. cap. 12. contrà Donat. „Atque ità intelligant „in communionibus ab Eccleſiâ ſeparatis poſſe „homines baptizari, ubi Chriſti Baptiſmus ea„dem Sacramenti celebratione datur & ſumi„tur: *qui tamen tunc proſit ad remiſſionem pecca„torum* &c. „Quod enim datur per Sacramenti celebrationem, & extrà Eccleſiam ſumitur, eſt ipſe character, virtute actionis ſacræ & Sacramentalis inductus, tanquam effectus à ſuâ causâ procedens: opponit enim ibi effectum ſuæ cauſæ, Baptiſmum Sacramenti celebrationi. Aliàs ſermo videbitur ineptus, prout etiam annotat Eſtius loco jam citato. Deindè verba ſequentia hoc ſatis innuunt. „Sic etiam, *inquit*, iſte qui „Baptiſma Chriſti, *quod non amiſerunt*, qui ſe „ſeparaverunt &c. „Actio ſacramentalis certò perit. „Si enim, *ait lib. 3. cont. Don. cap. 10.* ad ip„ſas res viſibiles quibus Sacramenta tractantur,

Lib. 4. cōt. Creſc. cap. 62. Lib. 1. cōt. Don. c. 1. §. 17. Lib. 4. cap. 14. &c.

„animum

„ animum conferamus, *quis neſciat eas eſſe corru-* „ *ptibiles*? Si autem ad id *quod per illas agitur*, *quis* „ *non videat non poſſe corrumpi*. „ Quod ergò per Sacramenti celebrationem datur & ſumitur, ipſe eſt character, quem Baptiſmum vocat, & illud quod poſteà prodeſt, idem ille eſt, ut ſatis denotat relativum *qui tunc proſit* &c. Aliàs debuiſſet ponere *Ly* quod & non *Ly* qui, ſi ad Sacramentum referre voluiſſet. Videatur cap. 1. 13. in Pſal. 36. conc. 2. in fine, Eſtius in 4. diſt. 1. §. 20. & 21. diſt. 4. §. 13. & ibidem Auguſtinus lib. 1. de nuptiis & concupiſcentiâ c. 10. & infrà n. 18.

10. His eo modo explicatis, ulteriùs reſtat inquirendum an loca quæ ex Auguſtino pro reviviſcentiâ ſtabiliendâ proferuntur, ſenſum probabilem, ſed reviviſcentiæ minimè faventem admittere nequeant, ipſa hoc modo intelligendo. Fruſtrà, ô Donatiſtæ, & abſquè fundamento gloriamini, quod Sacramentum divinum & dominicum portetis. Ipſum enim Epiſt. 104. etſi ſacroſanctum, nihil planè prodeſt homini in peccatis lethiferis illud portanti, quæcumquè illa ſint & qualiacumquè. Igitur tametſi concederem vobis non ſolummodò per Sacramentum viſibile, impreſſum fuiſſe divinum illud ſignaculum, ſed prætereà ſecutam fuiſſe peccatorum veſtrorum remiſſionem, collatam gratiam ſanctificantem, adeoquè & Chriſti membra viva vos effectos fuiſſe; non idcircò de veſtrâ ſalute velut certâ & ſecurâ, blandiri oporteret. Ipſa ſiquidem peccatorum remiſſio, dato non conceſſo quod extiterit, non ultrà momentum permanſit, ſed ſtatim juxtà parabolam Regis, de quâ Matth. 18, verſ. 23. re-

deuntibus

deuntibus omnibus peccatis ipſa exulavit. Undè ex totâ illâ ſacramentali actione, nihil modò præter characterem, bonis & malis communem, vobis accrevit & permanſit: ipſe verò character in deſertoribus & apoſtatis ſignum non eſt benevolentiæ, vel amoris, vel fidelitatis; ſed è contrà merum ſignum eſt perfidiæ, infidelitatis & odii. Adeoquè vana eſt veſtra tum ratiocinatio, tum gloriatio, quâ non abſquè jactantiâ contenditis illum omnem ſignaculo ſacro & divino notatum, eo ipſo inter viva Chriſti membra connumerandum eſſe. Quis enim ignorat varia eſſe Dei dona, quæ Apoſtolus 1. Corinth. 12. & 13. recenſet, tam bonis quam malis communia? inter quæ ipſum etiam characterem in homine perſeverantem computamus. Videatur in Pſal. 77. v. 1. in Pſal. 103. v. 3. conc. 1. l. 3. cont. Parm. c. 16. l. 3. cont. lit. Petil. c. 55. lib. 1. cont. Creſc. c. 22. & ſequ. l. 5. cont. Don. c. 4. l. 6. c. 32. l. 7. c. 33. de unit. Eccl. c. 18. 19. ſerm. ſuper geſtis cum Emerito.

Nihil ſe illic accipere arbitrātur. Lib. de unit. Eccl. c. 19. lib. 6. cōtrà Donat. c. 1. 9. 22. 42.

11. Ex quibus omnibus, ſi attendere velitis, clarè videre poteſtis, homines Hæreticos aut Schiſmaticos ad ſecundum Baptiſmum, quaſi circà eos nihil effectum ſit, cogendos non eſſe; cum effectum Sacramenti proximum, hoc eſt characterem, quo in perpetuum & indelebiliter Chriſti ovili adſcripti convincuntur, acceperint; ſed tantummodò velut fugitivi & deſertores in ovile, à quo aberrant, cogendi ſunt, ut mediante adunatione & reconciliatione charitate formatâ cum Chriſti corpore, peccatorum ſuorum indulgentiam mereantur obtinere. „ Veniens, *de unit. Eccl. c. 19.*

„ itaquè

„ itaquè Hæreticus ut Catholicus fiat, errorem „corrigat proprium, non Chriſti violet Sacra-„ mentum. Quod enim habet, *in præfat. Pſal. 38.* „ habet. Baptiſmus ille tanquam character in-„ fixus eſt, ornabat militem, convincit deſer-„ torem. Dare, *tract. 5. in Joan.* non potes „ quod jam habet &c. Noli dare, quod enim „ vis dare, hærere in me non poteſt, quià quod „ *accepi*, auferri à me non poteſt. Multò mi-„ nùs, *Epiſt. 203.* invenitur locus *in uno corde*, „ ubi Baptiſmus Chriſti repetatur. Ideò qui du-„ plicare Baptiſmum vultis, neceſſe eſt omninò „ ut corda duplicia requiratis. Non ergò quæ-„ rant in Catholicâ Hæretici, *lib. 5. contrà Don.* „ *c. 8.* quod habent, ſed quod non habent, id eſt, „ finem præcepti charitatem. Hæc ſi accipiatis, „ *Epiſt. 48 non tunc aderunt, ſed tunc proderunt ea quæ habetis.* Videatur epiſt. 50. tract. 6. in Joan. l. 3. cont. lit. Petil. c. 37. 108. l. 1. cont. Creſc. c. 30. 34. lib. 5. cont. Don. c. 15. 22. cont. Fulgent. cap. 2. ſuper geſtis cum Emerito. Lib. 2. contrà 2. epiſt. Gaudent. cap. 4. & ſuprà §. 3. num. 25.

12. Confirmatur præfata doctrinæ Auguſtinianæ explicatio. 1. Ex eo quod D. Auguſtinus non ſolummodò Baptiſmo tribuat remiſſionem peccatorum ſe antecedentium & comitantium, ſed etiam omnium conſequentium ac tempore poſteriorum. Atqui reſpectu poſteriorum nemo eſt qui reviviſcentiam propriè dictam concedat Baptiſmo. Ità tamen generaliter & apertè docet lib. 1. de nuptiis & concupiſcentiâ cap. 33. his verbis. „ Sic inquam accipiendum eſt, ut eodem lavacro regenerationis & verbo ſanctificationis omnia prorsùs

„ mala

„ mala hominum regeneratorum mundentur „ atquè ſanentur, non ſolùm peccata, quæ om- „ nia tunc remittuntur in Baptiſmo, ſed etiam „ *quæ poſteriùs humanâ ignorantiâ vel infirmita-* „ *te contrahuntur*, non ut Baptiſma quoties pec- „ catur, toties repetatur, ſed quià ipſo quod „ ſemel datur, *fit ut non ſolùm anteà, verùm* „ *etiam poſteà quorumlibet peccatorum venia fi-* „ *delibus impetretur.* Quid enim prodeſſet vel „ antè Baptiſmum Pœnitentia, niſi Baptiſmus „ ſequeretur, vel poſteà niſi præcederet? Quid- „ quid, *Epiſt.* 50. ab eis qui poſt acceptum „ Baptiſmum hîc vivunt, infirmitate humanâ „ contrahitur quarumcumquè culparum, pro- „ pter ipſum lavacrum dimittitur. „ Lib. 1. de ſymbolo ad Catechum. cap. 6. lib. 4. cont. duas epiſt. Pelagian. cap. 7. Eſtius in 4. diſt. 4. §. 8.

13. Confirmatur 2. ex libro 1. contrà Creſconium cap. 16. ubi tres Pœnitentes cum peccatorum ſuorum remiſſione ad Eccleſiam accedentes adducit. Videlicet Hæreticos & Schiſmaticos, id eſt, qui in hæreſi aut ſchiſmate Baptiſmum olim acceperunt, ſed jam converſi Eccleſiæ aggregantur, quos conciliatos appellat. Deindè eos adfert qui in Eccleſiâ ritè baptizati & cum peccatorum remiſſione, ab eâ dein apoſtatant; & ad caſtra Infidelium aut Hæreticorum migrant, quos reconciliatos (dum iteratò poſt pœnitentiam Eccleſiæ inſeruntur) nominat. Poſtremò adducit Gentiles Eccleſiam per Baptiſmum devotè ſuſceptum ingredientes. In illo ſiquidem capite reconciliatos inter & conciliatos quoad modum impetrandi peccatorum remiſſionem, nullum aliud facit diſcrimen

diſcrimen, niſi quod reconciliatos „ampliùs gra-
„ vat crimen deſertionis: hos autem non à ſe diſ-
„ ruptum, ſed cognitum & retentum vinculum
„ relevat unitatis &c. „ Quod verbis ſequenti-
bus magis declarat. „ Quod enim, *inquit*, valet
„ ad mundanda ſacrilegia Gentilium rectè per-
„ ceptum Sacramentum Baptiſmatis, hoc valet
„ ad mundanda ſacrilegia Schiſmaticorum &
„ Hæreticorum veraciter apprehenſa charitas
„ unitatis &c. per donum ejus proprium, hoc
„ eſt, ſanctum ejus Spiritum, per quem diffun- Rom. 5.
„ ditur charitas in cordibus noſtris, mundari v. 5.
„ ſanariquè poteritis. „ Ex his etenim conſtat, conciliatos reconciliatis in eo tantummodò opponere, quod reconciliati majorem ſubire debeant pœnitentiam quam ipſimet conciliati. Utroſquè verò Gentilibus opponit: quod illi per reconciliationem veram atquè charitate formatam ſuorum peccatorum remiſſionem obtineant, Gentiles idipſum aſſequantur per Baptiſmum religiosè ſuſceptum. Dixi *per reconciliationem charitate formatam*: hanc enim conſtanter intelligit Auguſtinus, ut ſit evidens ex loco Apoſtoli ad Rom. 5. verſ. 5. ab ipſo ad id probandum adducto, qui poſt Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 7. in alium ſenſum detorqueri nequit. Deindè varia loca jam ſtatim citanda clarè hoc ipſum evincunt.

14. Nihilominùs nemo eſt ex reviviſcentiæ patronis, qui jam dicta ad hunc modum explicata velit admittere. Juxtà ipſos enim conciliati & Gentiles per eandem cauſam juſtificantur, nimirùm per ipſum Baptiſmum; in conciliatis equidem nè olim ageret ob fictionem

impeditum, ſed eâ randem ſublatâ juſtificationem modò cauſantem: in Gentilibus verò, illam ipſam ad ſuarum partium, materiæ videlicet & formæ, poſitionem ſtatim operantem, quod de reconciliatis dici nequit. Ipſi namquè per veracem confeſſionem & reconciliationem, non autem per Baptiſmum peccatorum ſuorum veniam conſequuntur. Verum hæc non diſtinguit Auguſtinus; imò verò utriſquè, hoc eſt, tam conciliatis quam reconciliatis concluſionem adaptat prorsùs eandem his verbis. „ Non ut „ deſtruantur in vobis Eccleſiæ Sacramenta, „ quæ aliena perniciosè habebatis, *ſed ut ea ipſa* „ *intùs, jam veſtra ſalubriter habeatis.* „ Pro dictâ reconciliatione charitate formatâ, & peccatorum remiſſivâ, videatur lib. 2. contrà Creſconium cap. 12. in fine, ubi eam tribuit verbo veritatis, ſivè fidei, eleëmoſynæ, contrito cordi, quæ omnia niſi charitate & gratiâ formentur, hominem Deo reconciliare ſola non ſufficiunt, prout ipſemet verbis ſequentibus demonſtrat. „ Mundantur, *ait*, ipsâ quæ ſu„ pereminet omnibus charitate ab illo qui per
1. Pet. 4. v. 8. „ Apoſtolum Petrum dixit, *charitas coöperit* „ *multitudinem peccatorum*: quæ una ſi adſit, om„ nia illa rectè fiunt: ſi autem deſit illa, *omnia* „ *fruſtrà fiunt.* Hęc verò undè ſit, audi docentem „ Apoſtolum: *Charitas,* inquit, *diffuſa eſt in cor*„ *dibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt* „ *nobis.* Undè meritò creduntur qui extrà Eccle„ ſiam Baptiſmum Eccleſię perceperunt, non ha„ bere Spiritum ſanctum, niſi cum ipſi Eccleſiæ „ in vinculo pacis per connexionem charitatis „ adhæreſcunt. Si quemquam, *ſerm. 11. de verb.*
„ *Dom.*

„ *Dom.* extrà Eccleſiam ſuorum pœniteat pecca-
„ torum, & hujus tanti peccati, quo alienus eſt
„ ab Eccleſiâ Dei, cor impœnitens habeat, quid
„ ei prodeſt illa pœnitentia?„ Epiſt. 50. 204.
lib. 1. contrà Creſcon. cap. 23. 24. & ſequent.
lib. 2. cap. 13. &c. lib. 3. cap. 24. lib. 1. contrà
Donat. cap. 10. 14. 18. lib. 3. cap. 16. 18. 19. 24.
lib. 4. cap. 2. 7. 17. lib. 5. cap. 2. lib. 6. cap. 34.
35. 40. in Pſalm. 103. v. 3. in epiſt. B. Joan. tract.
2. 5. 6. 7. ſerm. 50. de verb. Dom.

15. Enimverò nè quis opinetur loca jam allegata non ſatis rem evincere; alterum ex eodem Auguſtino clariorem producemus, quem habet lib. 4. contrà eundem Creſconium cap. 67. in fine, ubi iterùm de conciliatis & reconciliatis verba faciens, hunc in modum concludit. „Undè, *inquit*, ſicut illis redeuntibus „ *non redditur quod amiſerunt*: ità & illis non „ dandum eſt *quod acceperant*, ſed agendum „ cum eis, ut per Eccleſiam *proſit utriſquè*, „ quod extrà Eccleſiam *ſi eſſet, non prodeſſet.*„ Eo in loco, ut ſatis innoteſcit, docet Auguſtinus utriſquè, ideſt, tam conciliatis quam reconciliatis Baptiſmum prodeſſe, abſquè ullo inſinuato diſcriminis indicio. Atqui reviviſcentiæ patroni ſolis conciliatis illud adſcribendum volunt; igitur reviviſcentia ab Auguſtino contrà Donatiſtas propugnata, alia eſt ab eâ quam ipſi inducunt. Si ulteriùs reponatur quodam equidem ſenſu utriſquè prædictis Baptiſmum prodeſſe, tametſi diverſimodè? Reſpondebitur id dici quidem, ſed loca deſiderantur ex quibus hujuſcemodi eruatur interpretatio; vel eò magis, quod in ejus authoritate & ſe

fundet S. Thomas, & alii paſſim poſt ipſum. Videatur lib. 4. contrà Creſcon. cap. 25. lib. 2. contrà epiſtol. Parmen. cap. 13. lib. 1. contrà Donat. cap. 1. 2. lib. 4. cap. 17. lib. 5. cap. 23. lib. 6. cap. 14. 15 25. 34. lib. 7. cap. 52.

16. Confirmatur 3. Divus Auguſtinus Baptiſmum ſimul & characterem baptiſmalem comparat characteri, notæquè militari, militibus ſuo tempore, dum militiæ nomen dabant, inſigi ſolitæ. Præterea aſſimilat vinculo conjugali, ramo præciſo, Circumciſioni, fidei atquè aliis chariſmatibus de quibus Apoſtolus 1. Cor. 12. & 13. Atqui hæc omnia minimè probant reviviſcentiam prout paſſim explicatur, ergò &c. Ut ſingula proſequamur.

17. Probatur 1. de charactere militari. Quemadmodùm enim illi qui militiæ albo inſcribebantur, Ducíſquè ſui charactere notabantur, omnium privilegiorum, prærogativarum, jurium nec non ſtipendiorum charácteri militari annexorum atquè debitorum participes eſſe debebant, & quidem ex rei naturâ
1. Cor. 9. v. 7. (æquum enim eſt Principem honorare, privilegiis decorare juxtà ac remunerare eos qui totos ejus ſervitio ſeſe devovent.) Illa nihilominùs minimè gentium expectare debebant pro illo toto tempore quo à ſuo Principe & deficiebant, & apud hoſtes militabant: ſivè eorum animum id agendi ſubiiſſet illo ipſo die quo nomen dabant, atquè velut milites charactere ſignabantur, poſt acceptos ſcilicet nummos aliquot, prout ſubindè contingit: ſivè mutatâ exindè voluntate poſteà aufugiſſent. Nequè juvabat quidquam, eos & militiæ albo inſcriptos

ſcriptos eſſe, & charactere militari eſſe inſignitos. Ipſe namquè character non continuò ornat eum qui ipſum defert, nequè mercede, aut amicitiâ Principis ſemper dignum efficit. Sed è contrà deſertores alioſvè ſimiles tanquam perfidos, infideles atquè morte dignos apertè declarat & convincit. Quiſquis igitur transfuga bonorum characteri militari addictorum & promiſſorum compos in poſterum eſſe peroptat, in primis deſertionis labem eluat neceſſe eſt; dein Duci reconcilietur, atquè militandi veniam denuò impetret: quod ſi id factum fuerit, abſquè novâ vel nominis datione, vel iteratâ characteris impreſſione, reviviſcet in eo character militaris, omneſquè pariet effectus, quos in cæteris ejuſdem exercitus militibus parere ſolet. Hoc dicere velle videtur libro poſt collationem capite 35. his verbis. „Nec ipſi ſibi „magni videantur, quod eis honorem in uni„tate deferimus quem poſſidebant liberandi: „hunc enim habentes extrà unitatem magis „ſunt indè damnandi, ſigna quippè militaria „perniciosius ab uſurpatoribus habentur, „quam ſi omninò non haberentur: nec tamen „eis correctis & in caſtra Imperatoris redactis „illa franguntur aut abolentur, ſed eos quos „antè prodebant atquè puniebant, *jam ornare* „*incipiunt & munire.*„ Lib. 2. contrà Creſcon. cap. 30. lib. 4. cap. 4. 9. lib. 2. contrà Parmen. cap. 13. 14. &c. S. Thom. 3. part. quæſt. 63. art. 1. Epiſt. 50.

18. Confirmatur 4. ex vinculo conjugali, cui ab Auguſtino Baptiſmus comparatur, lib. 1. de nuptiis & concupiſcentiâ cap. 10. „Inter

 „viven-

„ viventes, *ſunt ejus verba*, manet *quoddam* „ *vinculum conjugale*, quod nec ſeparatio, nec „ cum altero copulatio *poſſit auferre:* manet au„tem *ad noxam criminis*, non ad vinculum „ fœderis: ſicut apoſtata anima velut de conju„gio Chriſti recedens, etiam fide perditâ, Sa„cramentum fidei *non amittit*, quod lavacro „ regenerationis *accepit*. Redderetur enim *pro*„ *cul dubio* redeunti, *ſi amiſiſſet abſcedens*. Ha„bet autem hoc qui receſſerit, ad cumulum „ ſupplicii, *non ad meritum præmii*. „ Videatur num. 9. ſuprà.

Illud exemplum ſicut & præcedens non ægrè admodùm applicabitur ſacerdoti religioſo ſui monaſterii deſertori, & ad Hæreticos aut Infideles transfugę: ipſi enim pro toto ſuę apoſtaſię tempore non prodeſt ſacerdotium, profeſſio religioſa, præbenda monachalis, neque dona Dei quæ habet & ſecum detulit, imò graviter peccat illis abutendo, ut res eſt evidens; prodeſſe tamen ea omnia incipient (tametſi juxtà canones id fieri ſoleat & debeat cum majori humiliatione) ſimulatquè Eccleſiæ ac monaſterio ſuo veraciter converſus reconciliabitur, reviviſcetquè jus ad omnia bona ac privilegia, profeſſioni religioſæ communiter annexa, nequè ad hoc opus erit, iteratâ voti emiſſione, aut vinculi effectione, aut ordinis collatione. Lib. 3. contrà Donat. cap. 19. lib. 4. cap. 5. 16. 17. 21. lib. 5. cap. 4. 7.

S Thom. 3. part. qu. 89. art. 3.

19. Ex dictis exemplis patet, quod quemadmodùm miles deſertor, pro eo tempore quo talis eſt, bona characterem militarem comitantia, ſua non facit, nequè exindè Duci ſuo reconciliatus

liatus atquè exercitui denuò incorporatus illa ipſa recuperat, imò verò ſeſe fortunatum ſatis exiſtimat, quod vitam ſalvam obtineat, necnon ſtipendiis & prærogativis, quibus gaudent cæteri, ſit in poſterùm & ipſe fruiturus.

20. Similiter quod ſicut uxor ob crimen adulterii verb. cauſ. à viro ſeparata, jus non habet pro tunc ad honores & commoda, quibus aliæ uxores in maritos ac in familiam, ut par eſt, ſe gerentes gaudent: illis tamen omnibus frui incipiet, cum primùm viro ſuo perfectè reconciliata fuerit, nequè ad id obtinendum neceſſe eſt de novo matrimonium inire. Ità pariter (ut ſtet comparatio) res ſe habere debet reſpectu baptizatorum, qui ob crimen hæreſis, ſchiſmatis, aut alterius ſpeciei gravioris à Deo & Eccleſiâ ſunt alieni, qui tamen poſteà verè & ſincerè pœnitentes utriquè reconciliantur. Enimverò tales mercedem vel præmium prætendere non habent ob opera tum mortifera, tum ſacrilega olim ab ipſis commiſſa, tametſi de illis doleant: cum enim mala ſint, per conſequens non poſſunt non eſſe objecta odii divini, ſicut ſunt objecta odii & deteſtationis reſpectu ipſius pœnitentis, contritionem de iiſdem elicientis. Lib. 3. contrà Donat. cap. 11. lib. 4. cap. 4. 25. lib. 7. cap. 38. 52. S. Thom. 3. part. quæſt. 89. art. 6. O.

21. Nequè idcircò rebaptizandi ſunt, dum ad reſipiſcentiam revertuntur: Baptiſmum enim, nihil obſtante ipſius indignâ receptione, & acceperunt, & indelebiliter impreſſum conſervaverunt. Sed ſolummodò efficiendum eſt, ut Baptiſmum, aliaquè dona antè vel poſt ipſum

ſum accepta, quæ inutiliter juxtà ac perniciosè retinebant, per ſinceram pœnitentiam, perfectam reconciliationem, uſumquè eorumdem legitimum, ad vitam æternam jam poſſidere incipiant. Eò, ni fallor, per præfatas comparationes collimare videtur Auguſtinus. „ Quoniam, *ait lib. 2. contrà Creſcon. cap. 1.* illa ſancta, quibus utiquè mali uti poſſunt, quantò ſanctiora ſunt, tantò ab eis inutilius pœnaliuſquè tractantur. Cùm ergò, *cap. 16.* veniunt ad nos veſtri, deſiſtentes eſſe veſtri, incipientes eſſe noſtri, accipiunt quod non habebant, *& ſalubriter habere incipiunt*, quod tantò perniciosius, quantò indignius habebant. Propter, *cap 35.* meritum tamen ipſius unitatis, indulgentiam Dei merentur, nè ab Eccleſiæ muneribus ſeparentur. Quià, *l. 2. cont. lit. Pet. c. 47.* & apoſtatæ ſi redeant, non quaſi *eum amiſerint baptizantur*, ſed quod in ſe *permanenti* injuriam fecerint, humiliantur. Quod autem, *lib. 6. contrà Donat. cap. 15.* præſtatur redeunti qui intùs acceperat, hoc præſtatur venienti qui foris acceperat, id eſt, *ut licitè intùs habeat, quod illicitè foris habebat.* „ Videatur lib. 4. cap. 2. 3. 4. lib. 5. cap. 7. 8. 22. 23. 28. lib. 6. cap. 9. lib. 2. contrà epiſt. Parmen. cap. 10. in expoſitione in epiſtolam ad Roman.

22. Confirmatur 5. ex epiſtolâ 50. ubi Baptiſmum Hæreticorum, aut potiùs ipſomet Hæreticos, alioſvè magnos peccatores aſſimilat ramo præciſo, his verbis. „ Ramuſculus fractus eſt, cum eos charitate parturiat ut redeant ad radicem, ſinè quâ veram vitam habere non poſſunt &c. Sed cum receptus recipienti coaluerit,

„ rit, *& vigor conſequetur & fructus.* Vivitis
„ adhuc, *epiſt.164.* & corrigi poteſtis ſi velitis.
„ Cum enim nobis conjungimini, hoc eſt, Ec-
„ cleſiæ Dei, hereditati Chriſti, cujus poſſeſſio
„ ſunt termini terræ, vos corrigimini *ut in ra-*
„ *dice vivatis.* De ramis enim fractis ſic ait Apo-
„ ſtolus: *potens eſt enim Deus iterùm inſerere illos.* Rom 11. v. 23.
„ Vos ergò mutamini ex eâ parte quâ diſſentie-
„ batis, quamvis Sacramenta quæ *habebatis*,
„ cum eadem ſint in omnibus, ſancta ſint. Qua-
„ propter vos mutari volumus à perverſitate,
„ id eſt, *ut denuò radicetur veſtra præciſio* &c.
„ Proptereà ergò vos non rebaptizamus, *quia*
„ *radicem vobis reddere cupimus*, formam tamen
„ præciſi ſarmenti, ſi non mutata eſt, approba-
„ mus: quę tamen *quamvis integra*, nullo modo
„ eſt *ſine radice fructuoſa* &c. Alia de baptiſmate,
„ quod non quærimus *ubi ſit*, *ſed ubi proſit.* Sed
„ ſi, *lib.4.contrà Creſconium cap 61.* non perman-
„ ſerint in infidelitate, ſicut de Iſraëlitis dicit
„ Apoſtolus, inſerentur. *Potens eſt enim Deus*
„ *iterùm inſerere illos*, non ut iterùm accipiant
„ Sacramentum Baptiſmatis, quod jam tractum
„ ex arbore *non mutarunt*, ſed ut *reviviſcant ex*
„ *radice charitatis & unitatis*, *à quâ ſeparati ſte-*
„ *rilitate animoſitatis areſcunt:* ſicut rursùs inſe-
„ rendo putaſtis &c. Firmamentum ſalutis, *in*
„ *epiſt. B. Joan. tract. 2.* eſt habere radicem cha-
„ ritatis, habere virtutem pietatis, non for-
„ mam ſolam, *bona forma*, *ſancta forma. Sed*
„ *quid valet forma*, *ſi non habeat radicem?* ſar-
„ mentum præciſum nonne in ignem mittitur?
„ habe formam, *ſed in radice.* Quomodò autem
„ radicamini, ut non eradicemini? tenendo
„ charita-

Epheſ. 3. v. 17. „charitatem, ſicut dicit Apoſtolus, *in charitate radicati & fundati* &c.„ Lib. 2. contrà Creſcon. cap. 12. 33. lib. 1. contrà Donat. cap. 18. lib. 3. cap. 10. lib. 6. cap. 2. de unit. Eccleſ. cap. 20. in Pſal. 103. verſ. 3. ſerm. 11. in Matth. de verb. Dom.

23. Loca jam adducta, ſicut & alia numeris præcedentibus relata, ſufficienter oſtendunt, ut arbitramur, Baptiſmi reviviſcentiam non aliâ de causâ Donatiſtis objectam fuiſſe ab Auguſtino, quam ut oſtenderet nulla bona, quantumcumquè divina homini inexiſtentia, ſalutifera eſſe poſſe, niſi charitati conjuncta ſint: cum ab illâ habeant & quod vivant, & quod fructus vitâ æternâ dignos producant, non tamen idcircò inferendum, quod in ſuâ permanentiâ ſemper ac neceſſariò, omnia & ſingula ab eadem dependeant. Quemadmodùm ramus, quamvis ſuum eſſe ab ipsâ radice accipiat, hoc tamen non obſtat, quo minùs ipſum conſervare queat etiam ab eâ præciſus. Verum quidem eſt, pro tunc inutilem, infructuoſum juxtà ac areſcentem fore, niſi quantociùs iteratò radici inſeratur, ipſiquè coäleſcat. Arbori enim viventi inſitus, ejuſquè radici coäleſcens, vitam ſimul & fecunditatem recuperat, ac jugiter haurit. Pro quibus videatur Tridentinum ſeſſ. 6. cap. 7. & 16.

24. Hoc exemplum (quod etiam annotavimus ſuprà num. 8. & res de ſe loquitur) probat atquè ſupponit rem bis habuiſſe vitam: ramus enim & vivens producitur, & perfectè inſitus reviviſcit, atquè revireſcit. (De quo S. Auguſt. lib. de unit. Eccleſ. cap. 20. ubi utraquè lectio indicatur)

Indicatur) Accedit quod dum inſeritur, nihil pro eo tempore accipit ab arbore à quâ præciſus eſt: poteſt enim eſſe tunc in favillas redacta, aut plurimùm loco diſtans; neque etiam præſcinditur (ordinariè ſcilicet) ut eidem numero inſeratur arbori, ſed benè ut illud quod ab eâ accepit, atquè etiamnum habet, per inſitionem & vitale reddat, & fructiferum faciat. Poſtremò illud toties continget, quoties præcidetur, & totidem inſeretur, radiciquè coälеſcet. Quod etiam voluiſſe videtur Apoſtolus, à quo exemplum hujuſmodi mutuatus eſt Auguſtinus, prout verba ſuprà citata præ ſe ferunt. *Potens eſt enim Deus iterùm inſerere illos.* Item verba ex ipſo Auguſtino adducta ex epiſtolâ 164. *Ut denuò radicetur præciſio veſtra.* Et ex lib. 4. contrà Creſcon. cap. 61. *Ut reviviſcant ex radice charitatis & unitatis, à quâ ſeparati* &c. Lib. 2. contrà lit. Petil. cap. 55. lib. 1. contrà Donat. cap. 18. libro 3. cap. 14. libro 5. cap. 7. 23.

25. Quam pulchrè hujuſcemodi exemplo, ſtatus Chriſtiani in peccato habituali perſeverantis, exprimitur atquè depingitur: non ſolùm in jam dictis, ſed etiam in eo, quod quemadmodùm ramus recenter præciſus non eſt ità mortuus, quin adhuc poſſit aliqualiter & folia emittere, & gemmas aperire, illæ nihilominùs ad fructus numquam perducentur, quinimò ſint totæ marcidæ juxtà ac aridæ futuræ, niſi tempore ſtatuto ſimul cum ſuo ramo inſerantur, atquè radici coälеſcant. Ità ſimiliter homo peccator per dona ipſa divina, ſivè permanentia, ſivè tranſeunter exiſtentia, virtutum actus,

exemp.

S. Thom. in 4. diſt. 15. qu. 1. art. 3. q. 3. ad 1. q. 4. O. q. 5. O. exemp. grat. actus fidei, ſpei, miſericordiæ, religionis poteſt elicere: ſed illi numquam digni futuri ſunt, qui fructus æternæ vitæ ferant, niſi per charitatem & gratiam ſanctificantem dignificentur. Adeoquè nec homo dona illa poſſidens, multò minùs dona ipſa mortua prorſùs dicenda ſunt, ſed potiùs mortificanda ac totaliter peritura, caſu quo homo in ſuis peccatis moriatur. Sed quamdiu eſt in viâ, vitæ poſſibilis, vel etiam exiſtentis ſigna ſunt, vel diſpoſitiones: cum per illa & vita ſupernaturalis acquiratur, aut ſignificetur, aut obtenta, quantum eſt ex illis, retineatur. „ In eo, *inquit* „ *S. Thomas in 4. diſt. 22. quæſt. 2. art. 1. quæ-* „ *ſtiunc. 1. O.* qui poſt Baptiſmum mortaliter „ peccat, ſpiritualis vitæ firmitas tollitur, quià „ gratia & charitas tolluntur: ſed tamen adhuc „ ſpiritualis vita manet in radice ſui, *ſcilicet in* „ *fidei Sacramento.*

26. Undè per hoc differt viator peccator à peccatore verb. cauſ. dæmone in termino exiſtente: ipſe enim bonum numquam benè facit, ſivè nuſpiam ob virtutis amorem operatur, venit namquè reſpectu ejus *nox*, *quandò nemo poteſt operari*: ſed tanquam ſarmentum inutile, aridum & ad omnia reprobum ad ignem ſolum eſt deſtinatum. „ Quoniam, *ait Auguſtinus* „ *lib. 14 de civit. Dei cap. 27.* qui providenter, „ atquè omnipotenter ſua cuiquè diſtribuit, „ non ſolùm bonis, verùm etiam malis benè „ uti novit. Ac per hoc propter meritum pri„ mæ voluntatis ità damnato atquè obdurato „ Angelo malo, *ut jam bonam voluntatem ulte-* „ *riùs non haberet*, benè utens Deus &c. „ Idem

(Joan. 9. v. 4. cap. 15. v. 6. Matth. 3. v. 10. cap. 7. v. 16.)

habet S. Thomas in 4. diſt. 18. quæſt. 2. art. 1. quæſtiunc. 2. ad 2. „ Diabolus, *inquit*, incor-„ rigibilis eſt, & ideò non eſt ſuſceptibilis ali-„ cujus boni.

Habetur præterea alia inter peccatorem & ramum præciſum analogia, in eo conſiſtens, quod rami præciſi ſterilitas ac vitæ ſuperſtitis exilitas, nullibi citiùs atquè meliùs perſpicitur, quam cum ſoli exponitur. Itâ ſanè res ſe habet reſpectu operum hominis peccatoris, potiſſimùm reſpectu eorum quæ ſpecie tenùs & coram oculis hominum bona & virtuoſa cenſentur, ſed non itidem coram ſole juſtitiæ. Quamvis hypocritica opera, fortè quis rectiùs comparaverit ramo picto, ſivè æquivocè ſumpto. Videatur Matth. 7. verſ. 16. Trident. ſeſſ. 6. cap. 6. 7. S. Auguſt. lib. 2. contrà Donat. cap. 18. in epiſt. B. Joan. tract. 6 S. Thom. 2.2. q. 5. art. 2. ad 2. Sylvius 3. part. q. 89. art. 5.

27. Confirmatur 6. ex ipſius Circumciſionis exemplo, quod in eum finem aſſumpſit Hipponenſium Epiſcopus, ut oſtenderet quod quemadmodùm ipſa nec poterat, nec debebat iterari, tametſi per Hæreticum vel Infidelem fuiſſet accepta, itâ nec repetendus eſſet Baptiſmus (cujus ipſa typus erat) quamvis ab Hæretico, Schiſmatico, aut alio quovis peccatore eſſet collatus, prout docet lib. 1. contrà Creſconium cap. 31. his verbis. „ Numquid apud „ Samaritanos circumciſus, ſi fieri tunc vellet „ Judęus, poſſet iterùm circumcidi? nonnè „ illius error corrigeretur, *ſignaculum autem* „ *fidei* agnitum probaretur? & nunc ſunt qui-„ dam hæretici qui ſe Nazarenos vocant, à „ nonnul-

„ nonnullis autem Symmachiani appellantur, „ & Circumciſionem habent Judæorum, & „ Baptiſmum Chriſtianorum: ac per hoc quem- „ admodum ſi quis eorum ad Judæos venerit, „ non poteſt iterùm circumcidi, ſic cum ad nos „ venerit, non debet iterùm baptizari. „ Idem habet epiſt. 203. ad Maximinum, lib. 6. quæſt. ſuper Joſue capite 6. libro 2. contrà lit. Petil. cap. 72.

28. Confirmatur 7. Dona atquè chariſmata, quæ cum Baptiſmo confert Auguſtinus (de quibus jam aliquoties mentionem fecimus) non aliter reviviſcunt, quam quod charitate formata & in ipsâ radicata, fructus bonos atquè ſalutiferos, vitamquè æternam promerentes progignant, quod extrà gratiam efficere nequeunt. Sed non dicit Auguſtinus, actus fidei, ſpei, ſapientiæ, ſcientiæ, miſericordiæ, aut alterius chariſmatis ab homine extrà ſtatum gratiæ conſtituto, aut in ſuis peccatis perſeverare volente, elicitos, ſuperveniente poſtmodùm juſtificatione eoſdem numero revicturos, & ad præmium æternę beatitudinis profuturos.

1. Cor. 13. v. 1. „ De formâ, *inquit tract. 13. in Joan.* fructus non „ exit, niſi ubi eſt radix. Ubi autem eſt radix „ niſi in charitate? & audi formam ſarmento- „ rum. Paulus loquitur, *ſi ſciam*, inquit, *omnia* „ *ſacramenta*, *& habeam omnem prophetiam &* „ *omnem fidem*: & quantam fidem? *ità ut mon-* „ *tes transferam*, *charitatem autem non habeam*, „ *nihil ſum*. Nemo ergò vobis fabulas vendat: „ & Pontius fecit miraculum, & Donatus ora- „ vit, & reſpondit ei Deus de cœlo. „ Videatur propoſitio 56. inter condemnatas à S. D. Inno-

Non ſint in te ſola verba, non ſint in te ſola folia, ſit fructus. Aug. tract. 6. in Joan.

centio

centio XI. Aug. epiſt. 48. lib. 2. contrà lit. Petil. cap. 77. lib. 1. contrà Creſcon. cap. 24. & ſequent. lib. 3. contrà Donat. cap. 16. lib. 4. cap. 17. tract. 6. in Joan. tract. 7. in epiſt. B. Joan. & §. 6. ſuprà num 11.

In ſententiam D. Auguſtini concedit S. Thomas in 4 diſt. 17. qu. 2. art. 1. quæſtiunc. 3. O. ubi conformiter ad hactenùs dicta, habitibus reviviſcentiam tribuit, ſed non itidem eorum actibus idipſum concedit. „ Quamvis, *inquit*, „ habitus fidei *informis fiat formatus*, *numquam* „ *tamen actus fidei informis ſit actus fidei formatæ:* „ quià actus ille *informis tranſit, & non manet ve-* „ *niente charitate.* „ Atqui hoc tam verum eſt de habitu fidei primâ vice formato, quam ſecundâ & tertiâ, ergò &c. Videatur 2. 2. qu. 4. art. 4. 5. 7. quæſt. 6. art. 2. Eſtius in 3. diſtinct. 23. §. 8. & infrà hîc num. 42. 43.

29. Confirmatur ultimò, ad evitandam omnem in Auguſtino antilogiam, non ſatis apparet, cur dici non poſſit Baptiſmum peccatum tam originale quàm alia perſonalia ſeipſum præcedentia, imò & conſequentia eo ſenſu remittere; in quantum ſcilicet, nulla contritio peccata abolere poteſt, nulla pœnitentia valet juſtificationem conferre, niſi ordinem dicat ad Baptiſmum reipsâ vel in voto ſuſceptum: cui velut ſuæ cauſæ fundamentali innititur pœnitentiâ, à quo vim ipſa accipit ad ampliandum & reparandum ſpirituale animæ ædificium. Sicut enim fides initium eſt humanæ ſalutis, fundamentum ac radix omnis juſtificationis, ità pariter Sacramentum fidei, tametſi cum aliquo diſcrimine. Neſcio an

non

non id velit Auguſtinus in ſuo commentario in Epiſtolam ad Romanos, ubi ità loquitur. Eos „ enim qui jam baptizati fuerint, curari meliùs „ dicimus per pœnitentiam, non renovari, quià „ renovatio in Baptiſmo eſt. Ut quidem opera- „ tur pœnitentia, *ſed tanquam in fundamento*, „ manente itaquè fundamento recurari ædifi- „ cium poteſt: ſi autem fundamentum iterare „ quis voluerit, totum ædificium ſubvertat ne- „ ceſſè eſt. Propter, *Lib 1. de ſymbolo ad Ca-* „ *techumenos cap. 6.* omnia peccata *Baptiſmus* „ *inventus eſt* &c. Deus non dimittit peccata *niſi* „ *baptizatis*. Ipſa peccata quæ primùm dimittit, „ niſi baptizatis dimittit. Quandò? quandò „ Baptizantur. Peccata quæ poſteà orantibus „ dimittuntur (nam quomodò dicunt Pater „ noſter, qui nondùm nati ſunt) *& pœnitenti-* „ *bus, quibus dimittit, baptizatis dimittit.* „ Legatur lib. 1. contrà Creſcon. cap. 29. lib. 4. contrà Donat. cap. 21. 25. & Objectio Nemeſiani lib. 6. cap. 12. Trident. ſeſſ. 6. cap. 7. S. Thom. in 4. quæſt. 3. art. 2. quæſt. 1. ad 2. & 2. 2. quæſt. 4. art. 4. Eſtius in 4. diſt. 1. §. 12. diſt. 4. §. 8. & in ſuo commentario in epiſt. ad Rom. cap. 3. v. 28.

30. Ad præſentis difficultatis majorem elucidationem, notandum S. Auguſtinum ob fines diverſos & in duabus diverſis occurrentiis Baptiſmo uſum fuiſſe. Semel enim eo uſus eſt, ut ſuprà diximus, contrà Donatiſtas, qui pertinaciter contendebant rebaptizandos eſſe omnes & quoſcumquè ab Hæreticis baptizatos. E contrà Auguſtinus illud fortiter negabat, propterea quod tales vi Baptiſmi, characterem tanquam

formam

formam accepiſſent, à quâ formaliter baptizati permanerent, & quidem indelebiliter. „ Sed „ quid dicunt? *Tract. 13. in Joan.* habemus „ Baptiſmum. Habes, *ſed non tuum.* Aliud eſt „ habere, aliud dominari. Baptiſmum habes, „ *quiâ accepiſti ut baptizatus ſis.* In baptizato, „ *lib. 5. cont. Donat. cap. 15.* autem inſeparabili- „ ter Baptiſma *permanere* manifeſtum eſt, quià in „ quodlibet profundum malorum, & in quam- „ libet horribilem voraginem peccatorum ir- „ ruat baptizatus uſquè ad apoſtaticam ruinam, „ non caret Baptiſmo, & ideò per pœnitentiam „ redeunti, *non redditur quià eo non potuiſſe care-* „ *re judicatur.* Licet, *inquit S. Thomas lib. 4. ad* „ *Hannibaldum diſt. 3. art. 1. ad 2.* ablutio ex- „ terior tranſeat, quæ eſt tantum Sacramen- „ tum, *manet tamen character interiùs*, qui eſt „ res & Sacramentum, *ratione cujus dicitur Ba-* „ *ptiſmus manere.* In Baptiſmo, *diſt. 5. art. 1. O.* „ duplex effectus conſideratur. Unus *per quem* „ *dicitur aliquis Sacramentum ſuſcipere, ſcilicet* „ *character.* Alius ratione cujus aliquis dicitur „ *ſuſcipere rem Sacramenti*, ſcilicet gratiam, „ & remiſſionem peccatorum. In quantum eſt „ character *in 4. diſt. 4. qu. 1. art. 2. quæſtiunc. 1. O.* „ ſcilicet ſignum, quod pertinet ad cauſam for- „ malem. „ Videatur Aug. lib. 3. cont. Donat. c. 14. 15. 19. lib 4. cap. 4. 9. 12. 15. 17. &c. lib. 5. cap. 8. 15. 16. 24. lib. 6. cap. 1. 9. 22. 23. &c.

31. Undè nihil prorsùs referret allegare, hujuſmodi homines, gratiam ſanctificantem, peccatorum quoque remiſſionem non fuiſſe conſecutos. Enimverò effectus ille, nec eſt om- nis, nec ſolus ipſius Baptiſmi, quandoquidem

ab eo ſeparari poſſit, & reipſa quandoquè ſeparetur. „ Manifeſtum eſt, *inquit lib. 5. contrà* „ *Donat. cap. 16.* in baptizato eſſe Baptiſmum, „ cum baptizatus ab Eccleſiâ ſeparatur, Baptiſ„ mus qui in illo eſt, cum illo utiquè ſeparatur: „ & ideò non omnes qui tenent Baptiſmum, te„ nent Eccleſiam, ſicut non omnes qui tenent „ Eccleſiam, tenent & vitam æternam. Sed pla„ nè oſtenditur, *Cap. 23.* multos pſeudochri„ ſtianos, quamvis non habeant eandem cha„ ritatem cum ſanctis, ſinè quâ nihil proſunt „ quæcumquè ſancta habere potuerint, Baptiſ„ mum tamen communem *habere* cum ſanctis „ &c. nam ideò redeunti *non redditur, quià* „ cum diſcederet *non amiſit.* Huic reſpondetur, „ *lib. 7. cap. 19.* ſi Baptiſmi gratiam hoc eſſe di„ cis quod eſt *Baptiſmus*, eſt apud Hæreticos. „ Si autem Baptiſmus Sacramentum eſt gratiæ, „ ipſa verò gratia abolitio peccatorum eſt, „ *non eſt apud Hæreticos Baptiſmi gratia.* Non „ autem ideò, *cap. 41.* ad nos veniunt Hæretici „ quià foris *nihil acceperint*, ſed ut eis utile „ eſſe incipiat *quod acceperunt: hoc enim foris* „ *nullo modo poteſt.* „ Ex his, aliiſquè innumeris clarè dignoſcitur, Auguſtinum in eo contrà Donatiſtas certamine, Baptiſmum conſideraſſe, ut ſubjacentem characteri compatibili cum ipſo peccato; non verò ut ſubſtantem formæ ſacramentali atquè ſuis exorciſmis, ut mox oſtendemus. Ab Eccleſiâ tanti facta eſt illa doctrina, ſimul & ejus ratio, tantumquè momentum habuit, ut ſuam fecerit in Conciliis generalibus, Florentino in ſuo decreto de Sacramentis, Tridentino ſeſſ. 7. de Sacramentis in genere can. 9.

de Baptiſmo can. 11. Videatur Auguſt. lib. 3. contrà Donat. cap. 15. lib. 4. cap. 6. 12. &c. lib. 5. cap. 8. 15. 24. lib. 6. cap. 1. 9. 22. 32. lib. 7. cap. 5. 33 39. 44. 46.

32. Uſus eſt prætereà Baptiſmo Auguſtinus diſputans contrà Pelagianos, qui negabant peccatum originale: contrà quos urget fruſtrà infantes baptizari, ſi ab originali ſupponantur immunes. Imò Sacramenti formam, ejuſque adjunctas ceremonias planè falſas fore: cum apertè hominem lavari, à peccatis mundari, dæmonemquè expelli ſignificent. Evidens eſt in hac velitatione cum Pelagianis, Auguſtinum Baptiſmo uſum fuiſſe, quatenùs ſubeſt ſuæ formæ ſacramentali, & ut adjunctis innititur exorciſmis, non autem ut ſubſtat ipſi characteri. Nequè id mirum cuiquam videri debet; cum characteris ratio locum hîc nec haberet, nec habere poſſet, ob id quod, ut jam diximus, peccatum formaliter nec expellat, nec cum eo omnimodam habeat repugnantiam, in caſu enim fictionis illa duo ſe mutuò compatiuntur. Totum igitur litigium in eo conſiſtebat, quod Donatiſtæ capere non valerent, poſſe eſſe Baptiſmum, & ſtatim gratiam ſanctificantem non conferre, ut oſtendit lib. 6. cont. eoſdem cap. 1. his verbis. „Viſum eſt, *ait*, quibuſdam etiam egregiis viris „antiſtitibus Chriſti, inter quos præcipuè Beatus Cyprianus eminebat, non eſſe poſſe apud „hæreticos vel Schiſmaticos Baptiſmum Chriſti, niſi quià non diſtinguebatur *Sacramentum* „*ab effectu vel uſu Sacramenti*, & quià ejus effectus atquè uſus *in liberatione à peccatis & cordis* „*rectitudine non inveniebatur*, ipſum quoque Sa-

De ore ejus gladius utraquè parte acutus exibat Apocal. 1. v. 16.

„ cramentum *non illic eſſe putabatur.* „ Quam verò feliciter & rectè Pelagianorum errorem confutarit Auguſtinus; ex eo demonſtratur, quod in canonem tum ejus doctrinam, tum ejuſdem rationem retulerint Concilia, Milevitanum cap. 2. Tridentinum ſeſſ. 5. cap. 5. de peccato originali. Videatur Auguſtinus lib. 2. contrà Pelagium & Celeſtium cap. 40 lib. 1. de nuptiis & concupiſc. cap 20. lib. 2 cap. 18. lib. 4 contrà Donat. cap. 14. 22. S. Thomas lib. 4. contrà Gentiles cap. 50. Bellarminus lib. 2. de Sacramentorum effectu cap. 22.

33. Tempus modò eſt, ut quid ſuper præfatâ difficultate ſenſerit Doctor Angelicus, paucis proſequamur, ſimul & loca, quæ in eo pervolvendo nobis occurrerunt magis ad rem ſpectantia, oculis benevoli lectoris ſubjiciamus.

Tria circà reviviſcentiam docuiſſe viſus eſt S. Thomas. Primum, quod eam Baptiſmo dumtaxat expreſsè conceſſerit (unicùm, quod ſciam, ſi locum exceperis, qui habetur in 4. diſt. 17. de quo pluribus infrà) atquè ejus characteri tanquam cauſæ inſtrumentali & immediatæ attribuerit. 3. part. quæſt. 64. art. 1. O.

Secundum, quod actus tranſeuntes, quamvis boni, ſed extrà ſtatum gratiæ juſtificantis eliciti, nequè reviviſcant, nequè reviviſcere poſſint.

Tertium, quod omnia quæ reviviſcere dicuntur merita, non ſolummodò bona in ſeipſis fuerint cum producerentur, ſed prætereà à gratiâ & charitate pro tunc formata promanarint.

34. Ut autem ordine procedamus; proba-

tur prima pars locis ſequentibus. „ Sicut, *in* 4. „ *diſtinct* 1. *quæſt.* 2. *art.* 4 *quæſtiunc.* 1. *ad* 3 in „ Baptiſmo *manet character ſpiritualis ratione* „ *cujus* fictus depoſitâ fictione effectum Baptiſmi „ recipit: ità *manebat character exterior* in Cir- „ cumciſione, quæ hoc idem faciebat. In Ba- „ ptiſmo, *diſt.* 4. *quæſt.* 3. *art.* 2. *quæſtiunc.* 3. O. „ imprimitur *character*, qui eſt *immediata cauſa* „ diſponens ad gratiam; & *ideò* cum fictio *non* „ *auferat characterem*, recedente fictione *quæ* „ *effectum characteris impediebat*, character qui „ *eſt præſens in animâ*, incipit habere *effectum* „ *ſuum*, & *ità* Baptiſmus recedente fictione, „ effectum ſuum conſequitur. In Euchariſtiâ, „ *ad* 2. non imprimitur character, *cujus virtute* „ poſſit aliquis *virtutem Sacramenti percipere* „ fictione recedente, *& ideò non eſt ſimile.* Ba- „ ptiſmus, *diſt.* 15. *quæſt.* 1. *art.* 3. *quæſtiunc.* 3. „ *ad* 3. imprimit characterem in animâ, non „ autem ſatisfactio, *& ideò* adveniens charitas „ quæ fictionem tollit *& peccatum*: facit quod „ Baptiſmus effectum ſuum habeat, *non autem* „ *facit hoc de ſatisfactione.* Et præterea Baptiſ- „ mus ex ipſo *opere operato* juſtificat, *quod non* „ *eſt hominis, ſed Dei*: & *ideò* non eodem modo „ *mortificatur*, ſicut & ſatisfactio, quæ *eſt opus* „ *hominis*, Baptiſmus tamen, *in textu diſt.* 15. „ ratione *characteris* quem imprimit, *aliquid* „ *valet*, etiamſi homo fictus accedat.

35. In eadem animi ſententiâ, ſimul & ratione aſſignandâ perſiſtit lib. 4. ad Hannibaldum diſt. 4. art. 2. ad 2. his verbis. „ Recedente autem fictione, *virtute characteris*, Baptiſ- „ mus ſuum effectum conſequitur. Sacramenta, „ *diſt.*

„ *diſt.* 7 *art.* 4. quæ imprimunt *characterem*, „ cauſa ſunt gratiæ *per impreſſionem ejus*, quià „ *character* quantum eſt de ſe, *eſt ſufficiens diſpo-* „ *ſitio ad gratiam.* Character, *in* 4. *diſt.* 4. *quæſt.* „ 1. *art.* 1. *ad* 5. eſt diſpoſitio *ad gratiam* per „ quamdam congruitatis dignitatem. Ex hoc „ enim ipſo quod homo mancipatus eſt divinis „ actionibus, & inter membra Chriſti connu- „ meratus, *fit ei quadam congruitas ad gratiam* „ *ſuſcipiendam*, quià Deus perfectè in Sacra- „ mentis homini providet: undè ſimul *cum* „ *charactere*, quo datur homini, *ut poſſit exer-* „ *cere* ſpirituales actiones fidelium, vel paſſio- „ nes, ſeu receptiones, *datur gratia quâ hæc* „ *benè poſſit.*

36. Quàm conſtanter juxtà ac immobiliter tum in eâ doctrinâ, tum in aſſignandâ ipſius ratione permanſerit Scholaſticorum Coryphęus Doctor Angelicus; (in eo ſicut & in aliis, ſancti Auguſtini Doctorum aquilæ veſtigia fortiter premens) invictè prorsùs demonſtrant ea quæ poſtremò ſcripſit, videlicet quæ habentur in ſuâ ſummâ, ubi ſua opera jam olim ſcripta ad incudem revocat, manumquè extremam admovet. Duobus locis erimus contenti. Primus refertur 3. part. quæſt. 66. art. 9. ubi quærit utrum Baptiſmus poſſit iterari? Poſtquam autem primo loco ſibi hanc formaſſet objectionem. „ Videtur quod Baptiſmus poſſit iterari? „ Baptiſmus enim videtur inſtitutus ad ablutio- „ nem peccatorum, ſed peccata iterantur. Ergò „ multò magis Baptiſmus debet iterari. „ In hunc modum ſolvit difficultatem. „ Ad pri- „ mum ergò dicendum, quod Baptiſmus ope-

„ ratur

„ ratur in virtute paſſionis Chriſti : ut ſuprà „ dictum eſt. Et *ideò* ſicut peccata ſequentia, „ virtutem paſſionis Chriſti *non auferunt*; ità „ etiam *non auferunt Baptiſmum*, ut neceſſe ſit „ Baptiſmum iterari. Sed pœnitentiâ superve- „ niente *tollitur peccatum*, quod impediebat „ effectum Baptiſmi. „ Quæſt. 63. art. 5.

37. Hæc ſancti Thomæ ſolutio ſimul & reſponſio, ut adæquata cenſeatur, & meliùs cum corpore articuli cohæreat, debet intelligi tam de primâ Baptiſmi reviviſcentiâ, quam de ſecundâ ac aliis ſequentibus : peccata enim ſæpiùs & committi & remitti poſſunt. Nequè ſufficienter reſpondebitur, dicendo Baptiſmum ſecundâ vice hoc ſenſu reviviſcere, quod gratiam priùs habitam, ſed per peccatum ſubſequens amiſſam, reconciliatione factâ tandem recuperet, eo modo quo cætera peccatoris merita per peccatum mortificata, deinceps accedente ſtatu gratiæ reſtitui dicuntur. Contrà enim hujuſmodi interpretationem facit primò, quod non appareat fundamentum in textu, ad ſumendum ità diverſimodè ipſam reviviſcentiam. Aliter enim juxtà communem ſententiam reviviſcit Baptiſmus fictè ſuſceptus, & aliter formatus, qui exindè informis eſt effectus, ut ſuprà num. 14. vidimus.

Secundò juxtà eam interpretationem minùs quadrat ipſa exemplificatio, quæ, ut nobis videtur, in eo conſiſtit. Quod quemadmodùm non bona eſt illatio. Paſſio Chriſti in hominis animâ nihil operatur ; aut ſi de facto fuerit operata, effectum illum priùs à ſè productum conſervare deſiit ; ergò vel paſſio non præextitit,

aut ſi præextiterit, jam ineſſe deſiit, adeoquè ut effectus ille iteratò ponatur, novâ opus eſt paſſione. Ità pariter non ſequitur, Baptiſmus ab initio gratiam non produxit; aut ſi produxerit, per peccatum ſubſequens amiſit, ergò ſignum eſt, vel quod non præextiterit, vel quod per peccatum ſuperveniens perdiderit; undè ut amiſſus recuperetur effectus, novus adhibeatur Baptiſmus oportet.

38. Ratio autem cur iſtiuſmodi ratiocinatio non valeat? oritur ex eo quod cauſa poſſit eſſe, & tamen actu non operari; non ob defectum vel ipſius paſſionis, vel ipſius Baptiſmi, vel ob utriuſquè interitum. Illa enim ſemel poſita, non tantùm ineſſe perſeverant, ſed etiam de ſe ſemper parata, ſemper potentia ſunt ad operandum: ſed quod quandoquè non agant, vel finem ſuum non aſſequantur, non ipſis, ſed hominis peccato & malitiæ adſcribendum eſt, qui quamvis paſſionem Chriſti ſemel peractam, vel Baptiſmum ſemel receptum deſtruere nequeat per ſuam malitiam, etiam quamtamlibet; effectum tamen utriuſquè durante ſuâ fictione impedire poteſt, quam tamen ſi depoſuerit, abſquè vel paſſionis, vel Baptiſmi iteratione, effectus deperditus reſtituetur. Evidens eſt S. Thomam in eo loco Baptiſmum uſurpare pro charactere, qui per peccatum auferri nequit; non verò pro actione ſacramentali, cum ea de facto pereat, ut ſuprà §. 3. num. 11. & ſequentibus annotavimus Videatur num. 9. 47. 48. hîc, & lib. 4. ad Hannibald. diſt. 16 art. 4. ad 2.

S. Thom. 3. p. q. 48. a. 6. q. 49. art. 1. Sylvius 3. part. q. 13. a. 2. quæſit. 3. qu. 62. art. 1. ad 1.

39. Longè clarius totum evadit ex eo quod habet quæſt. 69. art. 10. in quâ ex profeſſo illam ipſam

ipſam difficultatem examinat, eamquè ex Auguſtino confirmat, videlicet ex lib. 1. contrà Donat. cap. 12. de quo ſuprà num. 5. In corpore autem articuli quæſtionis jam citatæ, hoc modo totum reſolvit & explicat. „Cum au„tem, *inquit*, aliquid generatur, *ſimul cum* „*formâ recipit effectum formæ*, niſi ſit aliquid „ impediens, quo remoto *forma rei generatæ* „*perficit ſuum effectum* : ſicut ſimul cum corpus „*grave* generatur, movetur *deorsùm*, niſi ſit „ aliquid prohibens, quo remoto ſtatim *incipit* „*moveri deorsùm*. Et ſimiliter quandò aliquis „ *baptizatur*, *accipit characterem quaſi formam*, „ & conſequitur *proprium effectum*, *qui eſt gra*„*tia remittens omnia peccata*. Impeditur autem „ quandoquè per fictionem: undè oportet quod „ remotâ eâ per pœnitentiam, *Baptiſmus ſtatim* „*conſequatur ſuum effectum*.

40. Quam pulchrè & per omnia, tam exemplum hoc quam alia huc uſquè adducta reviviſcentiam ſpectantia, doctrinæ Auguſtinianæ ſuprà relatæ correſpondeant, ità manifeſtum eſt, ut ulteriore opus non ſit perſuaſione. Baptiſmus enim juxtà Doctorem Angelicum, characterem imprimit indelebilem : character verò quantum eſt de ſe, gratiam cujuſcumquè peccati, originalis tamen directè & principaliter, remiſſivam poſtulat. Exigit inſuper ſuo tempore auxilia, quibus anima charactere inſignita, dignè obeat ea, ad quæ ob ipſum ſuſceptum, ſtatumquè ex illo reſultantem, adſtringitur. Attamen ſi quandoquè accidat animam tam divino illuſtratam ſignaculo, hos effectus non percipere, ſibi, ſed minimè Sacramento im-

putandum

aut ſi præextiterit, jam ineſſe deſiit, adeoquè ut effectus ille iteratò ponatur, novâ opus eſt paſſione. Ità pariter non ſequitur, Baptiſmus ab initio gratiam non produxit, aut ſi produxerit, per peccatum ſubſequens amiſit, ergò ſignum eſt., vel quod non præextiterit, vel quod per peccatum ſuperveniens perdiderit; undè ut amiſſus recuperetur effectus, novus adhibeatur Baptiſmus oportet.

38. Ratio autem cur iſtiuſmodi ratiocinatio non valeat? oritur ex eo quod cauſa poſſit eſſe, & tamen actu non operari; non ob defectum vel ipſius paſſionis, vel ipſius Baptiſmi, vel ob utriuſquè interitum. Illa enim ſemel poſita, non tantùm ineſſe perſeverant, ſed etiam de ſe ſemper parata, ſemper potentia ſunt ad operandum: ſed quod quandoquè non agant, vel finem ſuum non aſſequantur, non ipſis, ſed hominis peccato & malitiæ adſcribendum eſt, qui quamvis paſſionem Chriſti ſemel peractam, vel Baptiſmum ſemel receptum deſtruere nequeat per ſuam malitiam, etiam quamtamlibet; effectum tamen utriuſquè durante ſuâ fictione impedire poteſt, quam tamen ſi depoſuerit, abſquè vel paſſionis, vel Baptiſmi iteratione, effectus deperditus reſtituetur. Evidens eſt S. Thomam in eo loco Baptiſmum uſurpare pro charactere, qui per peccatum auferri nequit; non verò pro actione ſacramentali, cum ea de facto pereat, ut ſuprà §. 3. num. 11. & ſequentibus annotavimus Videatur num. 9. 47. 48. hîc, & lib. 4. ad Hannibald. diſt. 16 art. 4. ad 2.

S. Thom. 3. p. q. 48. a. 6. q. 49. art. 1. Sylvius 3. part. q. 13. a. 2. quæſit. 3. qu. 62. art. 1. ad 1.

39. Longè clarius totum evadit ex eo quod habet quæſt. 69. art. 10. in quâ ex profeſſo illam ipſam

ipſam difficultatem examinat, eamquè ex Auguſtino confirmat, videlicet ex lib. 1. contrà Donat. cap. 12. de quo ſuprà num. 5. In corpore autem articuli quæſtionis jam citatæ, hoc modo totum reſolvit & explicat. „Cum au„tem, *inquit*, aliquid generatur, *ſimul cum* „*formâ recipit effectum formæ*, niſi ſit aliquid „impediens, quo remoto *forma rei generatæ* „*perficit ſuum effectum*: ſicut ſimul cum corpus „*grave* generatur, movetur *deorsùm*, niſi ſit „aliquid prohibens, quo remoto ſtatim *incipit* „*moveri deorsùm*. Et ſimiliter quandò aliquis „*baptizatur, accipit characterem quaſi formam*, „& conſequitur *proprium effectum, qui eſt gra*„*tia remittens omnia peccata*. Impeditur autem „quandoquè per fictionem: undè oportet quod „remotâ eâ per pœnitentiam, *Baptiſmus ſtatim* „*conſequatur ſuum effectum*.

40. Quam pulchrè & per omnia, tam exemplum hoc quam alia huc uſquè adducta reviviſcentiam ſpectantia, doctrinæ Auguſtinianæ ſuprà relatæ correſpondeant, ità manifeſtum eſt, ut ulteriore opus non ſit perſuaſione. Baptiſmus enim juxtà Doctorem Angelicum, characterem imprimit indelebilem: character verò quantum eſt de ſe, gratiam cujuſcumquè peccati, originalis tamen directè & principaliter, remiſſivam poſtulat. Exigit inſuper ſuo tempore auxilia, quibus anima charactere inſignita, dignè obeat ea, ad quæ ob ipſum ſuſceptum, ſtatumquè ex illo reſultantem, adſtringitur. Attamen ſi quandoquè accidat animam tam divino illuſtratam ſignaculo, hos effectus non percipere, ſibi, ſed minimè Sacramento im-

putandum

Aug.lib.3. cont. Donat. c. ult. in fine. putandum ducat. In causâ ſunt ſiquidem ejus fictio & irreligio, quam ſi poſtmodùm auferre ac eluere voluerit per veram atquè ſinceram
L. 5. c.18. pœnitentiam, character qui Dei eſt, non ho-
Lib.6.c.5. minis, in ſe ſanctus, in ſe vivus juxtà ac divi-
L.7. c.47. nus, gratiam virtuteſquè diffundere faciet per totam animam. Sicut enim lapis quamvis deorsùm, quantùm eſt de ſe, moveri poſtulet ob gravitatem ſibi innatam in eo permanentem: id tamen perpetuò non aſſequitur, propterea quod ſit in contrarium prohibens aliquod. Motum nihilominùs ſibi connaturalem quamprimùm obtinebit, ac prohibens remotum fuerit. Ità, ut valeat comparatio, res cum proportione ſe habet in homine characterem baptiſmalem retinente. Atqui lapidi id toties continget, quoties moveri impedietur, & deindè prohibens removebitur, quod omninò reſpondet hactenùs dictis. Videatur lib. 4. ad Hannib. diſt. 4. art. 4. in 4. diſt. 4. q. 1. art. 2. quæſtiunc. 1. O. & quæſt. 3. art. 2. quæſtiunc. 1. ſed contrà cuilibet culpæ &c. 3. part. qu. 84. art. 2. ad 3.

41. Ut autem ad difficultatem nobis propoſitam redeamus; ſufficienter, quantum exiſtimamus, hæc omnia demonſtrant, communionem ſacrilegam prætendere non poſſe reviviſcentiæ beneficium: cum nihil eorum quæ ad ipſum ſibi vindicandum ſunt neceſſaria, ex mente ſanctorum Patrum ac Doctorum memoratorum, ipſa poſſideat. Characterem non imprimit, nullum effectum bonum & permanentem in homine relinquit: imò verò ſolam peccati maculam in animâ efficit & conſervat, ipſa autem macula, ſimul & actus à quo immediatè proceſſit,

ſolius

ſolius hominis, in genere videlicet moris, opus eſt, tanto bono, tantoquè Sacramento in ſuam perniciem abutentis. Si ità eſt? igitur in eum minimè quadrant ea quæ pro reviviſcentiâ confirmandâ docuêre præfata Eccleſiæ lumina.

42. Secundum quod probandum ſuſcepimus, eſt oſtendere D. Thomam actibus bonis, ſed extrà gratiam & charitatem factis, ſuperveniente poſthac ſtatu gratiæ, reviviſcentiam abſolutè denegaſſe, quod extendi voluit ad ipſam ſatisfactionem ſacramentalem, quæ nullum in homine ſui veſtigium relinquit, ut ſatis ſuperquè conſtat ex eo quod habet in 4. diſt. 14. q. 2. a. 3. quæſtiunc. 10. „ Vivificationis autem operum, *inquit*, ex„ trà charitatem factorum non poteſt poni ali„ qua cauſa per ſe, *quià vita operum ex vitâ ope„ rantis dependet*, & ideò à gratiâ vel charitate *ha„ bent opera quod vivant*. Gratia autem, vel chari„ tas quam pœnitentia reſtituit, *non poteſt operi„ bus præcedentibus vitam conferre*, quià habitus „ non format actum niſi qui ab eo procedit, & ità „ patet quod per pœnitentiam opera extrà chari„ tatem facta *vivificari non poſſunt*. Cauſa, *ad 3.* „ quarè illa opera ſunt mortua, eſt, *quià non ſunt à* „ *charitate elicita*, ideò cauſa mortis *non tollitur* „ *per pœnitentiam*. Ad 1. 2. Opera bona, *quæſtiunc.* „ 2. ex charitate facta in eo qui gratiam habet, „ viva ſunt: in eo autem qui gratiâ caret, opera „ ex charitate facta, *mortua ſunt*. Opera autem „ non priùs ex charitate facta in eo qui gratiam „ dimittit, per peccatum mortificata ſunt, quià „ peccatum ſequens impedit quod homo per „ illa opera non poſſit ad vitam introduci. „ Opera &c. *diſt. 15. q. 1. art. 3. quæſtiunc. 2. O.*

„ ſinè

„ ſinè charitate facta *non ſunt ſatisfactoria.* „ Item quæſtiunc. 3. O.

43. Idipſum & eodem modo docet lib. 4. ad Hannib diſt 15. art. 2. O. „ Nec, *ait*, cum in „ peccato ſatisfactio facta ſit, *eſt accepta vel vi-* „ *va poſt gratiæ recuperationem*, nec acceptatur, „ nec vivificatur, *quià non poteſt reviviſcere, quod* „ *vitâ caruit.* Opera mortua, *diſt 22. art. 2. ad 3.* „ non reviviſcunt, *ideò pars ſatisfactionis facta in* „ *mortali, oportet quod iteretur.*„ Doctrinam hanc diſtinctè ſimul & pluribus confirmat 3. p. q. 89. art. 6 quam ad longum hîc tranſcribo, eò quod in ſequentibus aliquoties uſuvenire poterit. „ Sed contrà eſt, quod Apoſtol. dicit 1. Cor. 13. „ *ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates* „ *meas, & ſi tradidero corpus meum, ità ut ardeam:* „ *charitatem autem non habuero, nihil mihi pro-* „ *deſt.* Hoc autem non eſſet, *ſi ſaltem per pœniten-* „ *tiam ſubſequentem vivificarentur.* Non ergò „ pœnitentia *vivificat opera priùs mortua.* Cum „ operibus, *in concluſ* propter charitatis & gratiæ „ defectum mortuis per pœnitentiam præſtari „ *non poſſit ut ex tali principio procedant*, conſe- „ quens eſt ea *per pœnitentiam viva fieri non poſſe.* „ Opus aliquod, *in corp.* dicitur mortuum du- „ pliciter. Uno modo effectivè, quià ſcilicet *eſt* „ *cauſa mortis* &c. Hæc igitur opera mortua „ *non vivificantur per pœnitentiam*, *ſed magis* „ *abolentur* &c. Alio modo dicuntur opera mor- „ tua privativè, ſcilicet quià carent vitâ ſpi- „ rituali, quæ eſt ex charitate, per quam anima „ Deo conjungitur ex quo vivit, *ſicut corpus per* „ *animam.* Et per hunc modum etiam fides, quæ „ eſt ſinè charitate, *dicitur mortua* &c. ſecundùm

„ illud

„ illud Jac. 2. *Fides ſinè operibus mortua eſt.* Et per
„ hunc etiam modum omnia opera *quæ ſunt bona*
„ *ex genere*, ſi ſinè charitate fiant, *dicuntur mor-*
„ *tua*, in quantum ſcilicet, *non procedunt ex prin-*
„ *cipio vitæ &c.* Opera autem nonpoſſunt *iterùm*
„ à principio procedere (*quia tranſeunt*) & ite-
„ rùm *eadem numerò reſumi nonpoſſunt.* Undè *im-*
„ *poſſibile eſt* quod opera mortua *iterùm fiant viva*
„ *per pœnitentiam.* „ Videatur ibid. ad 1. 2. 3. & Trid. ſeſſ. 6. c. 7. ſect. 4. ſup. §. 2. n. 8. pag. 78.

44. Nullum ſimiliter ex his authoritatibus ſubſidium accipere poteſt communio ſacrilega. Vitam enim habuit numquam, vel habere potuit: imò prout facta eſt, ſpiritualem vitam ab homine, ſi extitiſſet, illicò depuliſſet, tanquam actio per ſe mala & mortifera, & ideò cum gratiâ ſanctificante in eodem ſubjecto prorsùs incompoſſibilis eſt; Malam autem eſſe actionem per ſe docet S. Thomas in 4. diſt. 9. quæſt. 1. art. 3. quæſtiunc. 3. ad 3. his verbis. „ Manducare cor-
„ pus Chriſti indignè eſt *malum per ſe.* Nullum
„ enim peccatum dicitur malum per ſe, niſi pro-
„ pter corruptionem alicujus circumſtantiæ. „ Si igitur hujuſmodi ſacrilega ſumptio ſit mala per ſe? non vivificanda, ſed benè abolenda venit per ipſam pœnitentiam. Sanè quomodò ſanctus Doctor dicere potuiſſet talem communionem & malam, & præteritam, ſublatâ fictione reviviſcere, qui ut jam audivimus, nè quidem actionibus bonis, etiam ſupernaturalibus ſed extrà ſtatum gratiæ factis, reviviſcentiæ beneficium concedere velit; imò eſſe id factu impoſſibile apertè doceat, eò quod actiones iſtiuſmodi jam tranſierint dum gratia ſanctificans ſupervenit,

venit, adeoquè ab eâ informari nequeant. Igitur illa doctrina, ejuſquè aſſerendæ ratio, toties inculcata, prædicata, & ad mortem uſquè doctiſſimi juxtà ac ſanctiſſimi Doctoris retenta, omnem reviviſcentiam denegat communioni ſacrilegæ, & meritò; cum ſcripturæ ſacræ, Concilia, SS. Patres, nihil ipſi, ſicut & aliis actionibus ſacrilegis & mortiferis, aliud promittant, prædîcant, minentur; quam mortem, judicium, condemnationem.

45. Supereſt à nobis examinandum & oſtendendum, quod ex jam dictis facilè & ſufficienter colligitur, ſanctum Thomam meritorum reviviſcentiam dumtaxat admiſiſſe reſpectu eorum operum, quæ in ſe bona erant, & à principio vitæ, dum elicita ſunt, procedebant, hoc eſt, ut antè diximus, ab ipsâ charitate & gratiâ profluebant, à quibus ſuum valorem, ſuamquè completam dignitatem per ordinem ad vitam æternam mutuabantur, idquè ſolummodò tamen, juxtà diſpoſitionem peccatoris ad pœnitentiam, ſuamquè reconciliationem adnitentis. Ut omittam ea quæ habet tam in quartum ſententiarum quam alibi. Probatur ergò ex 3. part. q. 89. art. 2. O. ubi materiam præſentem clarè docet, atquè pluribus confirmat. „ Secundùm quod, *inquit*, „ motus liberi arbitrii in pœnitentiâ eſt intenſior vel remiſſior, ſecundùm hoc pœnitens, „ conſequitur majorem vel minorem gratiam. „ Contingit autem intenſionem motus pœnitentis quandoquè proportionatam eſſe majori „ gratiæ, quam fuerit illa, à quâ ceciderat per „ peccatum; quandoquè autem æquali; quan„ doquè verò minori. Et *ideò* pœnitens quan-

„ doquè

„ doquè *reſurgit in majori gratiâ, quam priùs ha-*
„ *buerat ;* quandoquè autem *in æquali*, quando-
„ què etiam *in minori.* Et eadem eſt ratio de vir-
„ tutibus quæ *ex gratiâ conſequuntur.* Quando-
„ què, *ad 3.* abundanter peccantes abundantiùs
„ dolent : & ſic abundantiorem habitum gratiæ
„ & virtutum conſequuntur. Opera, *in concl. a. 4.*
„ in charitate facta mortificari per mortale pec-
„ catum dicuntur, in quantum retardatur, vel
„ vel impeditur *effectus* virtuoſarum operatio-
„ num. *In O.* Sic autem *art. 5. O.* remanent quan-
„ tum eſt de ſe, etiam poſtquam per peccatum
„ mortificantur : quià ſemper Deus illa opera,
„ *prout facta fuerunt*, acceptabit, & *ſancti de eis*
„ *gaudebunt.* Ille *ad 3.* qui per pœnitentiam re-
„ ſurgit in minore charitate, conſequetur qui-
„ dem præmium eſſentiale, *ſecundùm quantita-*
„ *tem charitatis in quâ invenitur.* Habebit tamen
„ *gaudium majus* &c. quod pertinet *ad præmium*
„ *accidentale.* „ Videatur art. 3.

46. Hanc eſſe germanam ſui & communis magiſtri doctrinam, fortiter & impavidè ſuſtinet Contenſon, ordinis Prædicatorum Theologus emeritus, tomo nimirùm 9. diſſertat. unic. cap. 2. de effectu pœnitentiæ pag. 320. Poſt autem à ſe factam ibidem objectionem de modo quo merita reviviſcere contendunt varii, hæc ſequentia ſubnectit. „Reſpondeo,
„ *ſunt ejus verba*, huic argumento ſolvendo
„ multa adhibere Theologos modernos, *præſer-*
„ *tim Thomiſtas, qui à manifeſtiſſimâ ſancti Tho-*
„ *mæ ſententiâ & avitâ ſcholæ noſtræ doctrinâ re-*
„ *cedere volentes*, nec exertè audentes, *in tot fi-*
„ *gmenta prolapſi ſunt*, ut quam doctrinam Tho-
„ miſticam

„ miſticam de reviviſcentiâ meritorum ſuis in„ terpretationibus *mollire ſategerunt*, *ridendam* „ *potius communibus Angelici Doctoris Adver*„ *ſariis effecerint*. Ut ergò firmum fundamen„ tum ſtet, agè inconcuſſam S. Thomæ doctri„ nam ſinè ullo prorsùs errore ſcriptam, quam „ qui impugnaverit ſemper fuerit de veritate „ ſuſpectus, ut toties decantata Pontificum ora„ cula nos docuerunt; ab interritis S. Thomæ „ diſcipulis Capreolo, Ferrarienſi, Cajetano, „ Paludano, Bannez; *omnibus deniquè ad unum* „ *antiquis*, quos etiam *eximius Doctor Sylvius* „ ſequutus eſt, propugnatam, non tremuli, ſed „ intrepidi defendamus. Dicendum igitur om„ ninò eſt, merita quidem per pœnitentiam „ reviviſcere, *ſed dumtaxat juxta quantitatem* „ diſpoſitionis in quâ peccator reſurgit &c.

47. Contrà doctrinam Divi Thomæ non facit, quod per peccatum poſt gratiam receptam commiſſum, jus ad vitam æternam perierit: non enim prorsùs extinctum, ſed ſuſpenſum potiùs atquè mortificatum permanſit; quinimò primam vim ſuam ad beatitudinem revincendam recuperaturum, ſtatim atquè homo per pœnitentiam fuerit & reconciliatus, & ſtola prima fuerit ei reddita. Enimverò Deus cujus bonitatis infinitus eſt theſaurus, qui quoquè omnipotentiam ſuam, parcendo maximè & miſerando manifeſtat, non tantummodò peccata dimittere creditur, ſed inſuper bona & dona ſua ob peccatum mortificata, homine jam ſibi reconciliato, approbat, rata & grata habet, ad inſtar Principis benigniſſimi, qui perduellibus in gratiam revocatis, bona legitimè olim acquiſita,

Luc. 15. v. 22. Orat. grat. action. & Dom. X. poſt Pentecoſt.

ſed

ſed ob crimen fiſco addicta, reſtituit. Illud tamen, ut antè ex S. Thomâ audivimus, Deus non præſtat niſi juxtà diſpoſitionem peccatoris ſuam veniam ſatagentis. Gratia enim & charitas correſpondere ſolent diſpoſitioni hominis ad juſtitiam aſſurgentis, gloria autem & vita æterna correſpondent gratiæ & charitati in homine repertis, tanquam ſemini, fundamento proximo atquè pignori gloriæ retribuendæ. Adeoquè præmium eſſentiale majus non confert quam fundamentum proximum actu homini inexiſtens mereatur. Gaudebunt tamen beati ſe ea opera in Dei gloriam olim feciſſe, ut potè, qui cum ſint in ſtatu conſummatæ beatitudinis, non poſſunt non eſſe ad ſuum finem ultimum quam optimè & per omnia ordinati & ſubordinati. Videatur 1. part. quæſt. 23. art. 6. ad 1. quæſt. 62. art. 8. qu. 100. art. 2. & 2. Corinth. 1. verſ. 22. 1. Timoth. 6. verſ. 19. & 2. cap. v. 19. 1. Joan. 3. verſ. 9.

De pœnit. diſt. 3. cap. 45. Piuni eſt. Diſt. 4. c. 15. Si averterit & ſequent.

3. Part. qu. 89. art. 5.

48. Ex quibus omnibus non obſcurè dignoſcitur diſcrimen inter opera mortificata & inter alia, quæ tametſi etiam actu tranſierint, nihilominùs habitu & abſquè interruptione in homine perſeverarunt, in ſuo videlicet effectu, id eſt, gratiâ ſanctificante, habitu charitatis, quæ aut homo meritoriè produxit, aut intenſiora effecit, & conſtanter retinuit. Ratio apparet evidens: talia enim merita in ſuo effectu perſeverante, permanere moraliter cenſentur, prout ſuprà de Baptiſmo, ſivè actione ſacramentali dictum eſt. Adeoquè cum fundamento in animâ hominis reperto, habet Deus quod opera illa remuneret & acceptet, alioquin

Hebr. 6. v. 18.

injuſtus

injuſtus appellandus, ſi hominem verè & intrinſecè vitâ æternâ dignum non bearet atquè præmiaret, quod locum habere nequit in meritis mortificatis, quæ idcircò ex ſolâ Dei miſericordiâ acceptari atquè remunerari rectiùs dicuntur. Videatur S. Thomas in 4. diſtinct. 14. quæſt. 2. art. 3. quæſtiunc. 3. O. & 3. part. quæſt. 89 art. 5. hanc ipſam materiam examinans; ubi videtur minùs convenienter ad ſua principia de reviviſcentiâ ratiocinari. Niſi fortaſſis quis dicat, merita mortificata hoc ſenſu reviviſcere cum fundamento inexiſtente actu in homine, in quantum videlicet habitus fidei, ſpei, in homine peccatore remanentes, accedente gratiâ ſanctificante formati efficiuntur. Rom. 5. verſ. 2. 5. cap 8 verſ. 14. Gal. 3. verſ. 29. cap. 4. verſ. 6. Epheſ. 1. verſ. 13. 2. Timoth. 4. verſ. 8. Trident. ſeſſ. 6. cap. 7. & ſuprà num. 28. Sylvius 3. part. quæſt. 89. art. 2. 5.

In 4. diſt. 22. qu. 1. art. 1. O. ad 5. & 6.

49. Quoad enim ſanctum Auguſtinum attinet; negari non poteſt quin in illa duo, Baptiſmi reviviſcentiam refuderit. Nimirùm quod Baptiſmus ſit in ſe ſanctus, divinus, legitimus, integer, vivus; nullâ vel conferentis, vel recipientis malitiâ inquinandus. Deindè quod ſemel in animâ receptus, indelebiliter in eâ permaneat, & ideò iterari nec poſſit, nec debeat, ut jam toties audivimus, & habet inſuper lib. 2. contrà epiſtolam Parmeniani cap. 13. „Quapropter, *inquit*, ſicut redeunti non red„ditur quod foris *habebat*, ſic venienti non „repetendam eſt, quod etiam foris *accepit*. „Undè conſequenter intelligitur perverſita„tem hominum eſſe corrigendam, ſanctitatem

„ autem

„ autem Sacramentorum in nullo perverſo eſſe „ violandam. Conſtat enim eam in perverſis & „ ſceleratis hominibus, ſivè in eis qui intùs ſunt, „ ſivè in eis qui foris ſunt, impollutam atquè „ inviolabilem *permanere* : & quiâ dicuntur ea „ mali polluere, quantum in ipſis eſt dicuntur, „ cum illa impolluta *permaneant*, ſed in bonis „ *permanent* ad præmium, in malis *permanent* „ ad judicium &c. Si autem, *lib.* 5. *contrà Do-* „ *nat. cap.* 18. verbis ſolis & non factis renun- „ tiant, quales Cyprianus & intùs eſſe teſtatur, „ nec ipſos vivificari niſi convertantur, & ta- „ men *verum* Baptiſmum *habere*, etiamſi non „ convertantur, undè & exteriores mortuos „ quamvis nequè vivant, nec vivificent, *habere* „ tamen Baptiſmum *vivum*, qui eis *tunc pro-* „ *ſit ad vitam ſi convertantur ad pacem*, ſimili- „ ter manifeſtum eſt. „ Sed hæc, aliaquè ſimilia loca convenientiùs adferentur infrà, dum proponetur difficultas de Confeſſione informi. Legatur lib. 1. contrà Creſcon. cap. 29. 30. lib. 2. cap. 28. libro 4. capite 22. 62. libro 1. contrà Donat. cap. 1. lib. 3. cap. ult. in fine, lib. 4. cap. 9. 16. lib. 6. cap. 5. 9. 24. lib. 7. cap. 47.

50. Ex his luculenter conſtat, reviviſcentiæ doctrinam communioni ſacrilegæ applicari non poſſe. Deus enim ſacrilegium nec approbat, nec approbare vel acceptare poteſt. Nequè beati ſacrilegam communionem, & prout facta eſt, approbabunt, aut de ipsâ gaudebunt unquam, imò tum Deus, tum beatus per totam æternitatem facinus iſtiuſmodi deteſtabuntur; adeoquè non eſt materia reviviſcentiæ, ſed

Digitized by Google

mediante pœnitentiâ materia abolitionis eſt; planè conformiter ad orationes pœnitentiales, quibus nomine peccatorum, Eccleſia veniam delictorum ab eiſdem commiſſorum his verbis à Deo precatur. „ Deus, cui proprium eſt mi-„ ſereri ſemper & parcere: ſuſcipe deprecatio-„ nem noſtram, ut nos & omnes famulos tuos, „ quos delictorum catena conſtringit, miſera-„ tio tuæ pietatis abſolvat. Ineffabilem nobis, „ Domine, miſericordiam tuam clementer oſten-„ de: ut ſimul nos & à peccatis omnibus exuas, „ & à pœnis, quas pro his meremur eripias. „ En totum quod per has orationes pro peccatoribus precatur Eccleſia. Videatur Actor. 2. verſ. 38. cap. 3. verſ. 19. Hebr. 10. verſ. 29. S. Auguſt. in Pſalm. 58. verſ. 12. conc. 2. initio, & S. Thom. lect. 7. in 1. Corinth. 11. verſ. 27.

51. Dices, S. Thomas in 4. diſtinct. 17. quæſt. 3. art. 4. quæſtiunc. 1. O. reviviſcentiam extendit non ſolummodò ad Confeſſionem informem, ſed etiam ad alia Sacramenta, ergò &c. „ Confeſſio, *inquit*, etiam poteſt eſſe in eo qui „ non eſt contritus, quià poteſt peccata ſua ſa-„ cerdoti innoteſcere, & clavibus Eccleſiæ ſe „ ſubjicere. Et quamvis tunc non percipiat ab-„ ſolutionis fructum, tamen recedente fictio-„ ne percipere incipiet, ſicut etiam eſt & *in* „ *aliis Sacramentis*.

Reſpondeo primò illam objectionem nobis non tam adverſari, quam duobus ſummis Pontificibus, nimirùm Alexandro ſeptimo & Innocentio undecimo. Eo enim argumentandi modo, Confeſſio nulla, Communio ſacrilega, frequens

frequens confeſſio etiam in his qui gentiliter vivunt, eſt nota prædeſtinationis, aliaquè hujuſmodi, de quibus ſuprà egimus, poſſent non incongruè ſuſtineri, adeoquè non fuiſſent rectè condemnata, & per conſequens Pontifices præfati nihil aliud effeciſſent quam aërem verberare, ut advertimus ſect. 2. §. 2. pag. 43. Append. 3. num. 9. pag. 105. & num. 30. ibid. & §. 7. num. 32. 33.

52. Reſpondet 2. Gonet in clypeo Theologiæ Thomiſticæ diſp. 4. art. 5. de effectibus Baptiſmi num. 60. „ cum Melchiore Cano, „ D. Thomam, non dixiſſe, *in omnibus Sacra-* „ *mentis*, ſed *in aliis Sacramentis*, undè ſolùm „ velle, quod præter pœnitentiam, alia quæ- „ dam ſunt Sacramenta, quæ recedente fictio- „ ne producunt ſuum effectum, non tamen „ omnia, quarè loco ſuprà citato, expreſsè „ excipit Euchariſtiam, & nullibi eam includit.

„ Si enim, *habet idem Author num. 59.* Sa- „ cramentum Euchariſtiæ fictè, ſeu in ſtatu „ peccati mortalis ſuſceptum, recedente fictio- „ ne, produceret ſuum effectum, ſequeretur „ ſacerdotem ſcienter toto vitæ curriculo in „ mortali peccato celebrantem, ſi in mortis ar- „ ticulo conteratur, vel cum attritione confi- „ teatur, *recipere ingentem gratiæ cumulum*, Matth. 7. „ correſpondentem omnibus miſſis præteritis, v. 16. „ in quibus celebrandis *ingentia ſacrilegia com-* „ *miſit*; undè fieret repentè ſanctiſſimus, *& eò* „ *ſanctior, quò plura fuiſſent ſacrilegia*; & adhuc *multò ſanctior*, ſi ſingulis diebus contrà „ leges Eccleſiæ *celebraſſet decies* (adde & to-

„ tidem confeſſus & abſolutus fuiſſet) quod ex
Matth. 18. v. 22. „ ſe incredibile apparet. Addo quod Apoſtolus
„ docet, indignè Euchariſtiam ſumentes, ju-
„ dicium ſibi manducare, quod ex parte verum
„ non eſſet, *ſi recedente fictione, ad vitam pro-
„ deſſet.* „ Videatur S. Thom. 3. part. quæſt. 89.
art. 6. ſed contrà citat. ſuprà num. 43.

53. Reſpond. 3. (quidquid ſit de Sacramentorum reviviſcentiâ, tantoperè in ſcholis agitatâ, quibus eam ventilandam relinquimus) juxtà ſanctum Thomam præfatam reviviſcentiam minimè trahi poſſe in patrocinium communionis ſacrilegæ, cum, ut ſuprà viſum eſt, expreſsè & in terminis hujuſmodi beneficium eidem denegaverit, verba hîc iterùm refero. „ In Euchariſtiâ, *in 4. diſtinct. 4. quæſt. 3. art. 2.* „ *quæſtiunc. 3. ad 3.* non imprimitur *character*, „ cujus *virtute* poſſit aliquis virtutem Sacra- „ menti recipere fictione recedente, & ideò non „ eſt ſimile. Quamvis, *diſt. 13. quæſt. 1. art. 3.* „ *quæſtiunc. 3. ad 4.* Sacramentum virtutem ſuam „ non amittat, tamen in eo qui indignè accedit „ contrà obedientiam Eccleſiæ faciens, effe- „ ctum ſuum non habet. „ Haberet tamen in ſententiâ nobis oppoſitâ, videlicet fundamentaliter & ex hypotheſi reviviſcentiæ. Videatur 3. part. quæſt. 89. art. 6. ſed contrà.

54. Reſpond. 4. & poſtremò, extenſionem reviviſcentiæ prætenſam ampliùs à nemine ſuſtineri poſſe, omnem enim viam ei præcluſit Pontifex modernus Innocentius XI. hanc propoſitionem, inter ceteras numero 55. condemnando. *Præcepto communionis annuæ ſatisfit per ſacrilegam Domini manducationem.* Quam au-

tem

tem jure merito id egerit Summus Eccleſiæ Paſtor? ſatis ſuperquè probant atquè evincunt huc uſquè dicta. Quid enim, amabo, abſurdiùs ac magis à ratione alienum, quam actionibus impiis & ſacrilegis præmium ac mercedem addicere, gratiam ſanctificantem, atquè æternæ beatitudinis bravium eiſdem oppignerare? imò quò plura ſuprà ſe invicem multiplicabuntur ſacrilegia, eò majorem meritorum theſaurum, amplioremquè gloriæ gradum conflandum docere? quod ſtatim eveniet ac homo de ſuis ſacrilegiis verè doluerit, obicemquè removerit; hoc eſt, ſi ſacrilegum ſuorum peccatorum ſincerè pœniteat, quamprimùm omnes illæ retroactæ communiones impiæ & lethiferæ, à Deo eo loco habebuntur, haud ſecùs ac ſi cum devotione & pietate fuiſſent olim peractæ; quaſi verò aliter judicium Deus ferre valeat de rebus & actionibus, quam ipſæ mereantur. Credamus potiùs ſanctis Patribus, qui hujuſmodi communiones pro communionibus non habent, credamus & ei quod habetur de Conſecrat. diſt. 2. cap. 24. ubi dicitur quod „ qui „ ſceleratè vivunt in Eccleſiâ & communicare „ non deſinunt, putantes ſe tali communione „ mundari, diſcant nil ad emundationem pro- „ ficere, dicente Prophetâ. *Quid eſt quod dile-* „ *ctus meus fecit in domo mea ſcelera multa? num-* „ *quid carnes ſanctæ auferent à te malitias tuas?* „ & Apoſtolus, *probet*, inquit, *ſeipſum homo*, „ *& ſic de pane illo edat, & de calice bibat.*

1.Reg. 16. v. 7. Iſai. 28. v. 17. cap. 42. v. 1. Jerem. 13. v. 23. Jerem. 11. v. 15. 1.Cor. 11. v. 28.

55. Caveamus igitur in poſterum, ſalutis noſtræ vel certitudinem, vel incrementum in ſimilibus fulcris arundineis quo quo modo col-

Digitized by Google

locare. Aliam viam firmiorem & certiorem nobis demonſtrat Apoſtolorum princeps Petrus in ſuâ ſecundâ cap. 1. verſ. 10. his verbis. *Fratres mei ſatagite ut per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis.* Aliam pariter ſemitam ſuggerit Apoſtolus & Doctor gentium Paulus, Epiſcopum inſtruens & commonefaciens in 2. ad Timoth. 2. verſ. 15. *Sollicitè,* inquit, *cura teipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, rectè tractantem verbum veritatis &c. Sectare,* verſ. 22. *verò juſtitiam, fidem, charitatem, & pacem cum iis qui invocant Dominum de corde puro. Stultas autem, & ſinè diſciplinâ quæſtiones devita: ſciens quià generant lites* &c. iter hoc, hocquè conſilium ſecutus eſt Ambroſius libro 2. de Caïn & Abel cap. 6. „ Non ſatis eſt, *ait*, reddere quod ac„ ceperis, ſed commendare quod reddas. Nam „ ſi quis debitum ſolvat, & in referendo inju„ riam faciat creditori, intolerabilius eſt utiquè „ quam non reddidiſſe quod debebat. Non er„ gò quantitas ſolutionis, ſed animus redden„ tis, & quantitas ſolutionis conſideratur & „ affectus. „ Finiamus tandem cum verbis Auguſtini ſerm. 252. de tempore. „ Conſcientias „ noſtras quantum poſſumus cum Dei adjutorio „ cuſtodire diligentiùs ſtudeamus, ut cum dies „ judicii advenerit, in illâ æternâ & beatâ Ec„ cleſiâ, ubi numquam habitare poterit malus, „ undè numquam exiturus eſt bonus, non cum „ pannis veteribus foras in tenebras exteriores „ excluſi appareamus, ſed ſtolâ immortalitatis „ induti, caſtitatis vel juſtitiæ gemmis ornati, „ eleëmoſynarum luce veſtiti, audire merea„ mur,

„mur, *venite benedicti Patris mei, percipite* Matth. 25.
„*regnum*.„ Videatur Catechiſm. Roman. tit. v. 34.
de Euchariſtiæ Sacramento cap. 4. num. 41. & 42. item ſuprà ſect. 2. §. 1. num. 5. pag. 27. ſect. 4 §. 4. num. 11. §. 8. Object. 2.

§. X. *Et Ultimus.*

Vtrum Confeſſio informis & Sacrilega ob defectum doloris, recedente poſtmodum fictione reviviſcat, adeoquè non ſit repetenda?

QUamvis, Lector benevole, difficultas hæc, nec ad me directè pertineat, ut potè qui de Communione ſacrilegâ ex profeſſo tractare ſolummodò decreverim; nequè omninò opus ſit eam iteratò examinare; cum de eâ egerim ſect. 2. §. 2. pag. 43. Nihilominùs quià non ità accuratè ibi ipſam perpendi, nequè varia loca ſancti Thomæ, haud dubiè difficilia & obſcura, retuli; Ideò occaſione reviviſcentiæ §. præcedente agitatæ, ad examen revocare propoſui, nihil à meipſo proferre volens, ſed quantum fieri poterit, totum pro meo modulo authoritate multiplici probare conabor, in hoc ſecutus exemplum Gregorii Nazianzeni & Baſilii magni, qui non ex proprio ingenio, ſed ex majorum ratione & authoritate ſententiam interpretabantur.

1. Reſpon-

1. Reſpondeo igitur & dico, de neceſſitate Confeſſionis ſacramentalis eſt, ut omnia & ſingula peccata mortalia poſt Baptiſmum commiſſa, & quorum conſcientiam habet pœnitens, in eadem Confeſſione recenſeantur, ſimulquè eidem conjungi debeat dolor ac propoſitum non ampliùs peccandi, alioquin iteranda eſt ejuſmodi Confeſſio, quod ſequentibus authoritatibus ſolidè demonſtrari videtur.

Illam enim veritatem non obſcurè teſtatur Concilium Lateranenſe capite 21. his verbis. „ Omnis utriuſquè ſexus, *omnia* ſua peccata „ confiteatur *fideliter*, ſaltem ſemel in anno, „ proprio ſacerdoti, vel alieno, priùs tamen à „ proprio ſacerdote impetratâ veniâ &c.

Idem præſcribit docetquè Concilium Florentinum in ſuo decreto de Sacramento pœnitentiæ. „ Secunda eſt oris Confeſſio, *ad quam* „ *pertinet*, ut peccator *omnia* peccata, quo„ rum memoriam habet, ſuo ſacerdoti confi„ teatur *integraliter*. „ Qui fictionem reticet, omnia ſua peccata quorum ſe reum dignoſcit, non confitetur. Nequè taliter agendo, fideliter confitetur; eſt enim fictus, peccatquè mortaliter, tum volendo remanere in ſuis peccatis, tum abſolutionem ſacramentalem poſtulans in eo ſtatu, adeoquè & vehementer fallit ſacerdotem, qui ſi id ſciret, abſolutionem impertire benè caveret.

2. Eandem doctrinam ſequitur Trident. ſeſſ.14.cap.5.agens de Confeſſione. „ Ex inſtitu„ tione Sacramenti pœnitentiæ jam explicatâ, „ univerſa Eccleſia ſemper intellexit inſtitutam „ etiam à Domino *integram peccatorum Confeſ-*

„ ſionem,

Digitized by Google

„ *ſionem*, & *omnibus* poſt Baptiſmum lapſis, *jure*
„ *divino neceſſariam exiſtere* &c. Conſtat enim
„ ſacerdotes judicium hoc *incognitâ causâ* exer-
„ cere non potuiſſe &c. Ex his colligitur opor-
„ tere â pœnitentibus *omnia* peccata mortalia,
„ quorum poſt diligentem ſui diſcuſſionem, *con-*
„ *ſcientiam habent*, in Confeſſione recenſeri &c.
„ Itaquè dum *omnia*, quæ memoriæ occurrunt
„ peccata Chriſti fideles confiteri audent, pro-
„ cul dubio *omnia* divinæ miſericordiæ igno-
„ ſcenda exponunt. Qui verò ſecùs faciunt,
„ *& ſcienter aliqua retinent*, *nihil* divinæ boni-
„ tati per ſacerdotem remittendum proponunt
„ &c. Conſtat enim nihil aliud in Eccleſiâ à
„ pœnitentibus exigi, quam ut poſtquam quiſ-
„ què diligentiùs ſe excuſſerit, & conſcientiæ
„ ſuæ ſinus omnes & latebras exploraverit, ea
„ peccata confiteatur, quibus ſe Dominum &
„ Deum ſuum mortaliter offendiſſe meminerit.
„ Reliqua autem peccata, quæ *diligenter cogi-*
„ *tanti non occurrunt*, in univerſum eadem Con-
„ feſſione incluſa .ſſe intelliguntur. Atquè ideò,
„ *cap. 6.* non debet pœnitens adeò ſibi de ſuâ
„ ipſius fide blandiri, ut etiamſi nulla illi *adſit*
„ *contritio*, aut ſacerdoti animus seriò agendi
„ & verè abſolvendi deſit, putet tamen ſe pro-
„ pter ſuam ſolam fidem, *verè, & coram Deo*
„ *eſſe abſolutum*.

3. Totus Concilii diſcurſus ſufficienter probat & oſtendit, confitenda eſſe in eadem Confeſſione omnia omninò peccata, nobis cogitantibus occurrentia, & quorum conſcientiam habemus. Atqui nobis vitam & actus noſtros examinantibus non minùs occurrit fictio quam

cetera

cetera peccata quæ anteà commiſimus, nequè ſumus ejuſdem minùs conſcii quam aliorum quorum nos reos accuſamus, nequè ipſa fictio minùs pugnat vel cum Sacramenti ſanctitate, vel cum reconciliatione, quæ eſt effectus & finis ipſius Confeſſionis & Sacramenti pœnitentiæ, vel cum judicii naturâ, integram & perfectam cauſæ notitiam poſtulante, ad hoc ut feratur rectum, verum & legitimum de totius cauſæ merito judicium. Ergò ad integritatem Confeſſionis tam declaranda eſt fictio quam reliqua peccata, cum pro eâ æquè faciat Concilii diſcurſus. Accedit quod Concilium dicat eum non eſſe habendum verè & coram Deo abſolutum, cui contritio deeſt: attamen in ſententiâ Adverſarii eſſet verè & coram Deo abſolutus, ſicut fictè baptizatus eſt verè baptizatus. Si dicas eum non eſſe verè abſolutum, ob id quod effectum abſolutionis non receperit? Reſpondeo, ergò debet ſublatâ fictione iteratò ab iiſdem abſolvi. Quemadmodùm ille qui non eſt verè baptizatus, debet rebaptizari, ſimiliter qui fictè communicavit, ut præcepto ſatisfaciat, debet denuò communicare. Hæc duo certa ſunt & indubitata; quidquid regeratur, ſemper militabunt exempla jam dicta, vel alterutrum ipſorum, quod facilè ex dictis colligi poteſt. Videatur Auguſt. lib. 2. contrà epiſtol. Parmen. cap. 13. lib. 2. contrà lit. Petil. cap. 7. 21. lib. 4. contrà Creſcon. cap. 62. lib. 6. contrà Donat. cap. 44. S. Thom. in 4. diſt. 22. quæſt. 2. art. 2. quæſtiunc. 3. O. & ſect. 4. §. 2. num. 9. & 10. pag. 78. & §. 9. num. 30.

4. Prætereà nebulas omnes diſpellit Catechiſmus

chiſmus Romanus, deſiderio & ordinatione Concilii jam dicti editus, authoritate verò Pii V. ex ordine S. Dominici, Pontificis ſapientiâ & pietate ſpectatiſſimi, ac toto orbe conſpicui, concinnatus, Paſtoribus ac toti Eccleſiæ commendatus. Ipſe Tractatu de Sacramento pœnitentiæ cap. 42. Concilii doctrinam excutiens, his verbis exprimit. „ Ad Confeſſio-„ nem, *inquit*, adeò neceſſarium eſt, ut quod „ anteà diximus, *integra ſit & abſoluta*, ut, ſi „ quis deditâ operâ, alia quidem ex iis, *quæ* „ *explicari debent*, prætermittat, alia verò tan-„ tummodò confiteatur, non ſolùm ex eâ Con-„ feſſione is nullum commodum conſequatur, „ ſed etiam novo ſcelere ſe obſtringat: neque „ ejuſmodi peccatorum enumeratio *Confeſſionis* „ *nomine*, in quâ Sacramenti *ratio inſit*, appel-„ landa eſt: quin potiùs pœnitenti *Confeſſionem* „ *repetere eſt neceſſe*, ſeque ipſum *illius peccati* „ *reum facere*, quod Sacramenti *ſanctitatem* „ *Confeſſionis ſimulatione violaverit*. „ In margine ſic annotatur „ Confeſſio in quâ *aliquid* „ ſponte reticetur, quam ſit noxia, & *quod ſit* „ *iteranda*. Trident. ſyn. ſeſſ. 14. cap. 5.

5. Nè autem tam exactam confitendi rationem, vel eſſe impoſſibilem, vel ſaltem meram conſcientiæ carnificinam eſſe aliquis cauſaretur; cum Concilio reſpondet falsò id autumari: cum Eccleſia Confeſſionem formaliter integram eſſe quidem neceſſariam declaret, ſed non dicit, materialiter talem eſſe oportere in omni caſu. „ Si, *ait*, aliâ de causâ Confeſſioni aliquid „ defuiſſe videatur, vel quià pœnitens non-„ nulla crimina oblitus fuerit, vel quià con-„ ſcientiæ

„ ſcientiæ ſuæ latebras non ita accuratè perquiſierit, cum tamen illud in animo haberet, „ ut *integrè omnia* peccata confiteretur; nihil „ opus ei erit Confeſſionem iterare, ſatis autem „ habebit, ſi quandò peccata, quæ oblitus erat, „ in memoriam reduxerit, ea ſacerdoti alio „ tempore confiteri. In quo tamen animadvertendum eſt, nè nimis diſſolutè, & remiſsè „ conſcientiam noſtram ſcrutati ſimus, adeoquè „ negligenter peccata admiſſa memoriâ repetere „ ſtuduerimus, ut ea nè recordari quidem voluiſſe, meritò videri poſſimus. Id enim ſi factum fuerit, *Confeſſionem iterare omninò oportebit*. Ea enim, *cap. 43.* Confeſſio eſſe debet, „ *quæ nos tales ſacerdoti aperiat, quales nos ipſos* „ *novimus* „ Ex his non obſcurè dignoſcitur tam Concilium quam Catechiſmum prorsùs exigere ut omnia peccata, nullo excepto, detegantur in Confeſſione: qui enim fictionem reticet, non ſe talem ſacerdoti exhibet, qualem ſe intuetur; ergò ejus Confeſſio non eſt integra & abſoluta. Si non? igitur *nequè ejuſmodi peccatorum enumeratio Confeſſionis nomine, in quâ Sacramenti ratio inſit, appellanda eſt: quin potiùs pœnitenti Confeſſionem repetere eſt neceſſe, ſequè ipſum illius peccati reum facere, quod Sacramenti ſanctitatem Confeſſionis* (fictione) *ſimulatione violaverit*; ut loquitur Catechiſmus.

6. In hunc modum Concilia allegata, ipſumquè Catechiſmum intellexêre Eccleſiarum & antiquiſſimarum & celeberrimarum Præſules illuſtriſſimi juxtà ac digniſſimi, ut patet ex Rituali Cameracenſi, titulo de Sacramento Pœnitentiæ num. 8. „ Omnia, *inquit*, & ſingula „ peccata,

„ peccata, quæ ſunt in conſcientiâ, eidem ſa-
„ cerdoti (extrà caſum abſolutæ, vel moralis
„ impoſſibilitatis confitendi) *in eadem Confeſ-
„ ſione dicenda ſunt.* Quædam enim peccata uni
„ dicere, & alia alteri manifeſtanda conſervare,
„ hypocriſis eſt, & ſacrilegium.„ Clariùs rem
demonſtrat §. De ordine miniſtrandi Sacramen-
tum Pœnitentiæ num 16. his verbis. „ Invalidá
„ autem *& iteranda eſt Confeſſio* &c *ſi defuit do-
„ lor legitimus*, aut abſolutum propoſitum ca-
„ vendi in futurum, ac vitandi occaſiones pro-
„ ximas peccati, aut reſtituendi: ſi antè abſo-
„ lutionem non habuit animum acceptandi vel
„ implendi rationabiliter pœnitentiam; ſi ſciens
„ & prudens ex malitiâ, pudore, timore, vel
„ ex ignorantiâ & oblivione mortali *omiſit ali-
„ quod peccatum mortale*, aut quod dubitabat
„ eſſe tale; vel circumſtantiam aliquam neceſſa-
„ riam. *Debent autem Confeſſiones omnes iterari,
„ quæ aliquo horum modorum fuerint invalidæ,
„ ſimulquè explicari quoties ſcienter non integrè
„ fuit confeſſus*, & in tali ſtatu communicavit.
„ Porrò *num.* 17. ſi quis invalidè confeſſus *ad
„ eundem Confeſſarium redeat, qui adhuc (ſal-
„ tem in confuſo) recordatur peccatorum, vel
„ ſtatus ejus, non erit neceſſe iterùm ex integro
„ confiteri:* ſed exprimat in ſpecie defectum,
„ & peccata poſteà commiſſa (ſi quæ commiſe-
„ rit) ac de iis, & de omnibus priùs confeſſis
„ culpam ſuam dicat, & doleat. Quod ſi Con-
„ feſſarius *nullo modo meminerit, vel ſi alium
„ adeat; debet ex integro Confeſſionem repetere.*
„ Valida, *num. 18.* nihilominùs eſt Confeſſio
„ non integra, ſi per ignorantiam, aut obli-
„ vionem

August. de verâ & falsâ pœnit. c. 9. & 15.

Digitized by Google

„ vionem non craſſam, mortale aliquod omit-
„ titur: ſi mors propria, vel aliena, ejuſquè
„ periculum non ſinit integrè confiteri &c.

7. Rituale Tornacenſe Tractatu de Sacramento Pœnitentiæ; titulo, *Quibus modis contingat Confeſſionem eſſe nullam & iterandam*, obligationem eandem indicat. „ Ex parte, *in-*
„ *quit*, pœnitentis *Confeſſio eſt iteranda. ob de-*
„ *fectum interioris diſpoſitionis & integritatis ne-*
„ *ceſſariæ*: Præſertim quandò pœnitens *ejuſmo-*
„ *di defectum ex intentione admiſit, aut quaſi ex*
„ *intentione*. Cenſetur autem quaſi ex intentio-
„ ne hujuſmodi defectum admittere, quandò
„ ex negligentiâ craſsâ & quaſi affectatâ, non
„ advertit ſibi deficere alterutrum ex iſtis: puta,
„ *quià nihil aut parùm curat ſe ad abſolutionem*
„ *diſponere*. Secùs autem, *quandò pœnitens bonâ*
„ *fide proceſsit, exiſtimans ſe officio ſuo non de-*
„ *fuiſſe*. Advertendum tamen eſt, quod ſi re-
„ petitio Confeſſionis fiat eidem ſacerdoti cui
„ ſolet confiteri, qui adhuc retinet memoriam
„ ſufficientem peccatorum, *non eſt neceſſarium*
„ *ſingula dicere*, ſed omnia uno verbo ſubjicere
„ ſupplendo defectum, id eſt, aliàs omiſſa ſpe-
„ cialiter declarando. *Secùs* ſi ſubſequens Con-
„ feſſio *alteri ſacerdoti fiat*, aut certè Confeſſa-
„ rius, ſtatus pœnitentis, & peccatorum in
„ quæ labi ſolet, *non recordetur*.

His adſtipulantur Doctores ſcholaſtici cum ſuo Duce S. Thomâ, qui doctrinam præfatam habent ut certam & indubitatam.

8. Quoad enim S. Thomam attinet (quamvis, contrarium videatur alibi inſinuare, ut videbitur infrà) dubitari non poteſt, ipſum

ſenſiſſe

ſenſiſſe omnia peccata eſſe declaranda in eadem Confeſſione, ut probari poteſt ex eo quod habet in 4. diſt. 17. qu. 3. art. 4. ubi hanc objectionem facit. *Videtur quod non oporteat Confeſſionem eſſe integram, ut ſcilicet omnia peccata uni ſacerdoti confiteatur aliquis*, In corp. autem quæſtiunc. 2. pro eâ ſolvendâ ſequentem adhibet reſolutionem. *De neceſſitate*, ait, *Confeſſionis eſt, quod homo omnia peccata confiteatur, quæ in memoriâ habet, quod ſi non facit, non eſt Confeſſio, ſed Confeſſionis ſimulatio.* Enimverò nè ad placitum & pro animi arbitrio id ab ipſo aſſeri ab aliquo objectaretur: ſuam aſſertionem ejuſmodi ratiocinio vallat. *In medicinâ*, inquit, *corporali oportet quod medicus non ſolùm unum morbum, contrà quem medicinam dare debet, cognoſcat, ſed etiam univerſaliter totam habitudinem ipſius infirmi &c. Similiter eſt in peccatis &c.* Quam egregiè ac rectè fuerit ratiocinatus, ex eo patet, quod Tridentinum ad eandem veritatem probandam, illam ipſam rationem adhibuerit.

9. Accedit inſuper illud quod habetur ad 2. ejuſdem quæſtiunculæ, ubi ſeipſum adhuc clarius explicat, mentemquè ſuam ampliùs aperit; ità ut non videatur in alienos ſenſus poſſe detorqueri. *Sacerdos*, ſunt ejus verba, *Confeſſionem audiens, vicem Dei gerit: & ideò debet ei hoc modo fieri Confeſſio, ſicut fit Deo in contritione: undè ſicut non eſſet contritio, niſi quis de omnibus conteratur, ità non eſſet Confeſſio, niſi quis de omnibus quæ memoriæ occurrunt; confiteatur.* Dictam doctrinam, quamvis verbis diverſis expreſſam, ſuam fecit Tridentinum ſeſſ. 14. cap. 5. ſuprà cit. dum dixit, *quorum conſcientiam*

habent &c. *Dum omnia, quæ memoria occurrunt peccata* &c. *quæ diligenter cogitanti non occurrunt* &c. Similiter eandem amplexus eſt Catechiſmus cum dixit; *Ea enim Confeſsio eſſe debet, quæ nos tales ſacerdoti aperiat, quales nos ipſos novimus.* Sicut igitur numquam habebitur vera contritio, tamdiu quamdiu aliquod peccatum quodcumq; illud ſit, ſivè præteritum, ſivè præſens, ſivè futurum jam animo conceptum & volitum, relinquet incontritum. Ità pariter numquam Confeſſio cenſebitur vera & integra, tamdiu quamdiu aliquod peccatum quodcumquè ſit, ſinet ipſa culpabiliter & voluntariè inconfeſſum. In eò, ni fallor, conſiſtit reciprocatio Confeſſionis & contritionis intenta & preſſa à S. Thomâ. Undè non ſe quis ſatis expediet, ſi dixerit pœnitentiam ſicut & memoriam eſſe de præteritis: non enim eò in loco agit S. Doctor de pœnitentiâ ut ſic, aut ut eſt virtus, aut ut eſt Sacramentum, ſed tota ejus quæſtio ſimul & reſolutio eſt de Confeſſione, ejuſquè integritate, quam inveſtigat, & cum contritione reciprocat, ut jam vidimus. Deindè Confeſſio ſacrilega, quæ ſuum celat ſacrilegium, non magis eſt à pœnitentiâ quam ea quæ ipſum detegit; pœnitentia enim non tantùm facit quod Confeſſio ſit, ſed prætereà quod ſit talis qualis eſſe debet, non ſolùm in ratione entis, ſed etiam in genere moris; omnes confitentur, aut poſſunt confiteri, ſed non omnes id præſtant ut oportet; nequè omnes faciunt per ordinem ad claves: alia enim eſt Confeſſio quę fit vel Deò ſoli, vel amico ob conſilium, vel coram judice, vel joci, vel irriſionis causâ & abſquè animò ſe, etiam imperfectè, ſub-

jiciendi

jiciendi clavibus. *In omnibus*, ut §.7.n.11.viſum eſt, *intentio tua, operi tuo nomen imponit.* Videatur Append. 2. num. 15. pag.93. §.5. n.10.

10. Nequè ſimiliter ſatisfaciet replicando eſſe impertinens ipſam detegere fictionem, quandoquidem quamvis declarata, non ſecùs omnem Confeſſionis & Sacramenti effectum impediat ac ſi fuiſſet occulta; quinimò ſit ipſum avocatura ſacerdotem ab impertiendâ abſolutione. Enimverò tametſi, ut rectè advertit objectio, nihil ſit ejuſmodi Confeſſio valitura ad ſalutem & ad præcepti impletionem, valebit tamen ad intrinſecam Confeſſionis integritatem. Undè qui fictionem non aperit, magis recedit ab ipſo fine Confeſſionis & Sacramenti, quam qui eam confitetur. Ratio videtur certa & evidens; qui namquè taliter agit, in duo impingit, videlicet in Confeſſionem, ſuam ex parte celando conſcientiam Confeſſario vices Dei gerenti, & in Sacramentum quod recipere attentat ipſam retinens peccandi voluntatem. ,,Minùs enim, *inquit Auguſtinus lib. 2. contrà* ,,*Creſcon. cap. 26.* mortuus diceretur, ſi ſaltem ,,*confiteretur.* Sed fit in illo quod alio loco Eccli. 17. ,,ſcriptum eſt, *à mortuo velut qui non ſit perit* v. 26. ,, *Confeſsio.* ,, Sicut gravius peccat, qui in mortali exiſtens non tantùm celebrat, diſtribuit, ſed etiam conſecrationem eſſentialiter imperfectam adhibet, quam ſi ſolùm ex eo capite peccaret, quòd ea minùs devotè & religiosè, quam res poſtulat, peragerct. Similiter plus peccat qui ſuum Principem benignum, vel creditorem beneficum, non ſolummodò contumeliâ aut aliis modis indignis afficit, ſed prætereà munus,

X 2 aut

aut ſummam eis legitimè debitam non integram perſolvit, quam ſi id integrè præſtaret, etſi modo injurioſo, & ità de ſimilibus exemplis. Videatur ſect. 2. §. 2. num. 17. 18. 20. pag. 39. ſect. 4. §. 2. num. 6. pag. 76. §. 4. num. 11. &c. 21. in fine, §. 5. num. 3. 25. 39. §. 6. num. 9. &c. §. 8. Inſtant. 2. S. Thom. hîc quæſtiunc. 2. ad 4.

11. Ille locus S. Thomæ planè invictus eſt, difficultatemquè omnem dirimit, nequè alius produci poteſt locus, quod ſciam, eo poſterior, qui ipſum vel in ſpeciem corrigat, vel retractet, quinimô ipſum magnoperè confirmat, quod habet diſt. 21. quæſt. 3. art. 1. quæſtiunc. 1. ad 1. ut verba præ ſe ferunt. „ Quidam, *inquit*, di„cunt quod ſacerdos non tenetur ſervare ſub „ ſigillo Confeſſionis, niſi peccata, de quibus „ pœnitens *emendare promittit*, aliâs poteſt ea „ dicere ei qui poteſt prodeſſe, non obeſſe. Sed „ hæc opinio videtur erronea, cùm ſit *contrà* „ *veritatem Sacramenti*. Sicut enim Baptiſmus „ eſt Sacramentum, quamvis quis fictus accedit, „ nec eſt mutatum propter hoc aliquid de *eſſen*„*tialibus Sacramenti*: ità Confeſſio non deſinit „ eſſe ſacramentalis, quamvis ille, *qui confite*„*tur emendationem non proponat*.

Hæc enim reſponſio abſquè controverſiâ, intelligenda eſt de eo qui inter confitendum, cum aliis peccatis fictionem etiam declarat, ut poſtulat ipſamet objectio, quæ ſic ſe habet. *Si aliquis in Confeſſione ſcit aliquem hæreticum, quem non poteſt inducere ad hoc, quod deſiſtat à corruptione plebis: & ſimiliter de illo, qui ſcit per Confeſſionem affinitatem eſſe inter aliquos, qui contrahere*

contrahere volunt &c. Ut omittam quod aliàs non rectè reciprocarentur Baptiſmus & Confeſſio: ratio hujus eſt quod Baptiſmus ſivè ſit informis, ſivè ſit formatus, ſemper idem eſt, & intrinſecè invariatus: non item Confeſſio ejuſmodi informis & formata. Formata enim nullum relinquit peccatum, nullam ex parte ſuâ neceſſariam alteri Confeſſioni ſubminiſtrat materiam, ficta verò & ſacrilega id facit, ergò illæ duæ inter ſe & ab intrinſeco differunt, cum una ad plura ex rei naturâ ſe extendat quam altera, ut etiam patet in contritione eo modo fictâ & formatâ, in fide &c. Pro quâ videatur Auguſt. lib. 1. contrà Creſçon. cap 29. lib. 4. contrà Donat. cap. 12. & 15. lib. 5. cap. 3. lib. 6. cap. 25. 44. lib. 7. cap. 17. S. Thom. in 4. diſt. 22. quæſt. 2. art. 2. quæſtiunc. 3. O. Append. 2. num. 8. pag. 89. nu. 16. §. 8. Inſtant. 2. reſponſ. 3. & §. 9. num. 14 circà finem.

12. Doctori Angelico ſubſcribunt Theologi ſequentes. Cajetanus ſcribens in ſupplement. tract. 5. de Confeſſione quæſt. 5. „ Similiter, *inquit*, diſtinctiones fieri poſſunt de „ attritis in ſecundo gradu poſitis. Quocircà „ de omnibus dicitur, quod cum ex propoſito „ tacetur peccatum ſacrilegii ex tali ſtatu pœnitentis conſurgens, Confeſſio non eſt valida, *ſed iteranda.* Si totaliter, *in ſummulâ* „ *verb. Confeſſionis iteratio*, deficeret contritio eſſet ſinè dubio iteranda Confeſſio: quià „ nec Confeſſio eſſet, *ſed Confeſſionis ſimulatio*, „ ubi totaliter contritio deficeret.

Melchior Canus part. 6. releCt. de pœnitent. „ Aliud, *ait*, in hac materiâ certum eſt, ali-

 „ quam

,, quam Confeſſionem ex parte pœnitentis eſſe ,, repetendam. Nam qui deditâ operâ non fa- ,, ciunt integram Confeſſionem, ſed ex vere- ,, cundiâ unum aliquod mortale tacent, *ii ſine* ,, *dubio, juxtà omnium Doctorum communem* ,, *ſententiam tenentur iteràm confiteri*: quià ,, Confeſſio non integra, *Sacramenti Pœniten-* ,, *tiæ materia non eſt*, cum ex propriâ ratione, ,, formæ Sacramenti repugnet. Undè in Con- ,, cilio Florentino definitur, Ad Confeſſionem, ,, quæ eſt hujus Sacramenti materia, pertinere ,, ut omnia peccata mortalia, quorum homo me- ,, moriam habet, ſuo ſacerdoti integrè confi- ,, teatur &c. Colligitur 3. quod ſi peccator nul- ,, lum dolorem habeat, nec contritionem, nec ,, attritionem, talis Confeſſio eſt repetenda. ,, *Non enim eſt Confeſsio, quæ ſit materia Sacra-* ,, *menti pœnitentiæ, cum à nullâ pœnitentiâ pro-* ,, *ficiſcatur*: immò verò, cum nec Confeſſio ,, quidem ſit, *ſed pura Confeſsionis ſimulatio*.

Covarruvias cap. Alma mater part. 1. §. 4. de bonis operibus num. 10. ,, Primum illud ,, *apud omnes eſt in confeſſo*, quod Confeſſio ſa- ,, cramentalis facta ab eo, qui nullum dolorem ,, habet, nec contritionem, nec eam attritio- ,, nem, ex quâ virtute Sacramenti fiat contri- ,, tus: nec attritionem qualemcumquè, *omninò* ,, *repetenda ſit*, cum hæc Confeſſio non ſit mate- ,, teria Sacramenti Pœnitentiæ, quippè quæ à ,, nullâ pœnitentiâ deducatur. *Hnic aſſertioni* ,, *conſentiunt omnes*.

13. Dominicus Sotus in 4. diſt. 18. quæſt. 2. art. 3 ubi citat Auguſt. Origenem, Hieronym. Cyprianum, Tertullian. artic. 5. ,, Quantum ,, Confeſ-

„ Confeſſionis natura depoſcit, omnia peccata „ cum ſuis circumſtantiis eidem ſacerdoti confitenda: quod ſi ſecus fiat, Confeſſio eſt dimidiata. Probat hoc S. Thom. diſt. 17. q. 3. art. 4. „ per analogiam ad corporis medicinam &c. natura Confeſſionis ſecum adfert, *ut debeat ſe* „ *ſyncerè pœnitens uni medico qualis eſt, talem* „ *oſtendere*, ut mederi illi ſacerdos poſſit.

Quæſt. 3. a. 2. „ Alia eſt opinio cujuſdam Bernardi de Ganaco, quam Capreolus refert diſt. „ 7. qu. 2. tenentis per alterum extremum: quod „ nulla Confeſſio, *dummodò ſit integra*, ex defectu „ contritionis ſit irrita. Quarè licet nulla, inquit, „ prorsùs adſit contritio, nequè attritio, eſt valida, *nequè ulla eſt obligatio ejuſdem iterandæ*.

Art. 3. „ Reſtat ergò dubium, an ex parte „ contritionis Confeſſio uſquè adeò ſit invalida, ut ſit repetenda? Ad hoc reſpondetur „ quartâ concluſ. Ubi nulla prorsùs eſt deteſtatio peccati, quæ aliquo ſaltem modo ſit attritio, *nulla eſt Confeſſio*, ſivè fictionem illam „ homo *confiteatur*, *ſivè ignoret* putans ſatis ſe „ eſſe diſpoſitum. Eſt enim animadvertendum, „ quod quandocumquè ſacerdos intellexerit „ pœnitentem non eſſe legitimè diſpoſitum, ut „ gratiam Sacramenti ſuſcipiat, nullatenùs poteſt eum abſolvere &c. Ideò qui fictè accederet ad Confeſſionem, *niſi fictionem confiteretur*, dicens ſe non eſſe diſpoſitum, *ſacrilegus* „ *eſſet*, *& dimidiator Confeſſionis*, *& ſacerdotis* „ *ſeductor* &c. Licet qui baptizatur malignè occultaret ſuam fictionem, nihilominùs Sacramentum teneret: *hic verò minimè*, quià Confeſſio *trunca tunc eſſet & dimidiata* &c. Tertiò

X 4 præ-

„ præceptum contritionis, ut dictum eſt, *ſimul* „ *currit cum Confeſſione*, præſertim tempore, „ quo ab Eccleſiâ juſſa eſt Confeſſio &c. Igitur „ qui non cenſetur abſolutione dignus, *præce-* „ *ptum contritionis non implet*, *atque adeò nec* „ *Confeſſionis*. Quartò nullum ergò dubium, quin S. Thom. *numquam cenſuerit Confeſſionem* „ *informem eſſe validam, niſi cui adſit abſolutio*, „ *& ità tenendum*.

14. Dionyſius Carthuſian. in 4. diſt. 17. q. 7. in fine. „ Si non ſit verè pœnitens de quocumquè „ mortali, tunc fictus confitetur, nec verè ab- „ ſolvitur, *& tenetur eadem iterùm confiteri*.

Paludanus in 4. diſt. 17. qu. 8. „ Primus eſt: „ quod non valeat ad remiſſionem culpæ nec „ pœnæ, nec pro tunc; nec recedente fictione: „ quorum ratio eſt: quod aut talis impœnitens „ confitetur ſuam impœnitentiam quod eſt, pro- „ poſitum non abſtinendi, vel non. *Si non confi-* „ *tetur*: tunc eſt fictus fictione. quod eſt ſpecia- „ le peccatum & contemptus Sacramenti, & ità „ *Confeſſio ejus non eſt integra*, cum omittat con- „ fiteri iſtud peccatum, Confeſſio autem *quæ* „ *non eſt integra, non valet: ſed eſt iteranda*.

Adrianus de Sacramento Confeſſionis dub. 5. „ Aliter reſpondeo de fictione diſpoſitionis de- „ bitæ, quæ duplex eſt. Quædam oppoſita ali- „ cui neceſſario ad ſubſtantiam Sacramenti: „ *& credo omnem eſſe illam* quæ impedit re- „ miſſionem virtute clavium in abſolutione: „ ſivè ſit per poſitionem mortalis culpæ, ſi- „ vè per ſubtractionem diſpoſitionis neceſſa- „ riæ: puta intentionis recipiendi Sacramen- „ tum, *vel diſplicentia de omni mortali peccato* „ &c.

„ &c. Aliud eſt de Baptiſmate & de Sacramen-
„ to Confeſſionis : quià ſubſtantia Baptiſmi
„ ſalvatur nonobſtante fictione ſeu obice per
„ mortalem culpam : non ſic ſubſtantia Sacra-
„ menti pœnitentiæ vel Confeſſionis : requirit
„ enim hominem de omni mortali pœnitere pro
„ materiâ cum propoſito quodlibet in futuro
„ cavendi. *Ideò non datur Sacramentum pœni-*
„ *tentiæ ſinè diſplicentiâ omnis mortalis culpæ :*
„ *quemadmodum nec ſine conſenſu Matrimonium.*
„ 2. Dico *incertum eſſe & dubium* an purgatâ fi-
„ ctione, veraci Confeſſione per Pœnitentiam
„ deleantur peccata alia, *antè ſuſceptum Baptiſ-*
„ *ma*, contracta, *per Sacramentum Baptiſmi, ſeu*
„ *ejus characterem* &c.

15. Suarez de integritate Confeſſionis diſp. 22. ſect. 1. num. 4. „ De neceſſitate hujus Sacra-
„ menti eſt, ut pœnitens omnia peccata mor-
„ talia poſt Baptiſmum commiſſa, eidem ſacer-
„ doti, in eadem Confeſſione, ſeu in ordine
„ ad eandem abſolutionem, quantum morali-
„ ter poteſt, confiteatur. *Concluſio eſt de fide* &c.
„ Item ſectione 6. num 1. Aliquandò pecca-
„ torum Confeſſio talis eſt, ut ex eâ non perfi-
„ ciatur Sacramentum, *quæ generatim dicetur*
„ *Confeſſio invalida :* illa verò dicitur valida,
„ quæ vera, & ſufficienti abſolutione informa-
„ tur. Juxta hanc ergò duplicem Confeſſionem
„ duæ ſunt regulæ generales in hac materiâ.
„ Prior eſt, ſi Confeſſio invalida fuit, *de ne-*
„ *ceſſitate Sacramenti eſt illa peccata iterùm confi-*
„ *teri*, & ſinè illis ſubſequens Confeſſio *non erit*
„ *integra. Eſt communis & certa.* Ratio eſt, quià
„ illa peccata non fuerunt per claves *remiſſa,*

„ *ergò*

Digitized by Google

„ *ergò iterùm ſunt ſubjicienda clavibus ut remit-* „ *tantur* &c. Quibus modis, *ibidem num.* 4. „ contingat Confeſſionem eſſe nullam. Circà „ utramquè autem regulam aliqua declaranda „ ſuperſunt: & in primis circà priorem quibus „ modis vel cauſis contingat Confeſſionem eſſe „ nullam, ut proptereà dictam obligationem „ (peccata ſcil. iterùm eadem confitendi) relin- „ quat. Primùm eſt ex parte materiæ *ob defectum* „ *interioris diſpoſitionis neceſſariæ*, „ diſput. 20. ſect. 3. 4. num. 28 ſect. 5. num. 1. &c.

Joannes de Lugo de Sacramento pœnitentiæ diſp. 16. ſect. 15. num. 597. „ Dubitatur ergò, „ quandò ſit ex neceſſitate repetenda Confeſſio „ peccatorum. Plures caſus aſſignari ſolent, de „ quibus magnâ ex parte actum eſt in ſuperiori- „ bus. Primò, *quandò defecit dolor, vel propoſitum* „ *requiſitum in priori Confeſsione.*

Conink diſput. 6. de qualitate Confeſſionis dub. 5. concluſ. 1. „ *Ex defectu pœnitentis Con-* „ *feſsio abſolutè eſt invalida, quandò deeſt ei legi-* „ *timus dolor* &c.

16. Valentia diſput. 7. quæſt. 11. punct. 3. de Confeſſione. „ Tres jam caſus reſtant, in „ quibus Confeſſio ob defectus ex parte pœni- „ tentis, *eſt ſinè controverſiâ invalida, ac proindè* „ *iteranda* &c. 2. ſi abſquè dolore debito con- „ fiteatur.

Præpoſitus quæſt. 5. de integritate Confeſ- ſionis dub. 7. „ Conſtat quod Confeſſio ex ne- „ ceſſitate præcepti *ſit repetenda, quandò fuit* „ *invalida, ut ſi defuit neceſſarius dolor ad abſo-* „ *lutionem.*

Layman lib. 5. tract. 6. cap. 5. de Confeſſio-

ne. „ Confeſſio omnium peccatorum morta-
„ lium particulatim facienda ſacerdoti quate-
„ nùs adhibita morali diligentiâ fieri poteſt,
„ jure divino neceſſaria eſt iis qui poſt Baptiſ-
„ mum lapſi fuerint. Confeſſio ex duplici ca-
„ pite invalida fieri poteſt &c. Primò ob defe-
„ ctum pœnitentis, *ſi requiſito dolore careat* &c.
„ Exindè ſequitur, cum ejuſmodi Confeſſio
„ irrita, & ſacramentalis non ſit, *totam neceſ-
„ ſariò in alterâ Confeſſione repetendam eſſe.*

Amicus diſput. 13. de Confeſſione ſect. 12. num. 254. „ Quandò quis advertit, ſe in
„ priore Confeſſione non habuiſſe debitum do-
„ lorem, non ſolùm tenetur in poſteriori Con-
„ feſſione *de ejuſmodi indiſpoſitione ſe accuſare;
„ ſed priorem etiam Confeſſionem repetere*, aut
„ explicitè, ſi fiat diſtincto Confeſſario, aut
„ implicitè ſi fiat eidem.

17. Nugnus ſupplem. quæſt. 9. art. 1. dub. 1.
„ Si quis confiteretur *ſinè omni dolore*; vel ſinè
„ omni diligentiâ & inquiſitione peccatorum,
„ etiamſi homo excuſaretur à novo peccato,
„ *Sacramentum eſſet nullum*, ſicut nullum eſt
„ quandò ſacerdos non habet juriſdictionem,
„ vel intentionem abſolvendi. *Hic eſt commu-
„ nis conſenſus omnium fidelium*, & determina-
„ tur expreſsè in Concilio Tridentino ſeſſ. 14.
„ cap. 3. 4. & 5. & can. 4. & 7. *Undè ſequitur
„ eſſe erroneam & ſtultam ſententiam cujuſdam
„ Bernardi à Ganaco*, quem refert mag. Soto ex
„ Capreolo, *qui dixit nullum eſſe neceſſarium
„ dolorem peccatoris ad Confeſſionem.*

Artic. 2. dub. 1. ſecunda. „ Fides eſt, ità ut
„ oppoſitum ſit hæreſis manifeſta, integritatem
„ moralem

„ moralem eſſe neceſſariam in hoc Sacramento,
„ neceſſitate divini præcepti; *itaquè hæreſis eſt*
„ *aſſerere, quod ſit licitum omittere ſcienter ali-*
„ *quod peccatum mortale ſinè rationabili causâ*
„ &c. Ratio potiſsima, quià impoſsibile eſt,
„ *quod unum peccatum remittatur ſinè altero* &c.
„ Contritio debet eſſe de omnibus peccatis,
„ *ergò & Confeſsio.*

Gonet in Clypeo Theologiæ Thomiſticæ diſp. 10. de qualitate & integritate Confeſſionis art. 1. §. 2. num. 7. „ Sinè, *inquit*, parte eſ-
„ ſentiali non poteſt Sacramentum in ſuo valore
„ conſiſtere: ſed attritio omnem affectum peccati
„ mortalis excludens eſt pars Sacramenti pœni-
„ tentiæ, ut definit Trident. ſeſſ. 14. cap. 4. ergò
„ qui peccata confitetur cum attritione non ex-
„ cludente omnem affectum ad peccatum morta-
„ le, retinetquè ſecretam quamdam & implici-
„ tam peccandi voluntatem, facit Sacramentum
„ non ſolùm informe, *ſed etiam invalidum.* Di-
„ co primò, *art. 2.* formalem integritatem ſem-
„ per eſſe neceſſariam ad valorem Confeſſionis
„ &c. niſi aliqua cauſa graviſſima & urgens ex
„ cuſet. Concluſio eſt certa de fide &c.

18. Joannes Wiggers ſupplem. quæſt. 9. de Confeſſionis iteratione art. 2. dub. 2. num. 25. „ Ob defectum contritionis iteranda Con-
„ feſſio eſt in primis *ex omnium ſententiâ*, ſi quis
„ ſit confeſſus *abſquè omni omninò dolore de pec-*
„ *catis ſuis*, aut ſinè propoſito abſtinendi in po-
„ ſterùm à peccatis mortalibus. Deindè etiam
„ cum dolore tantummodò humano, & non
„ procedente ex motivo ſupernaturali, aut im-
„ pulſu Spiritus ſancti &c.

Bonacina

Bonacinas de Pœnitentiæ Sacramento diſp. 5. quæſt. 5. ſect. 2. punct. 3. num. 1. „ Ex defectu pœnitentis iteranda eſt Confeſſio, quoties pœnitens culpabiliter mortaliter non „ confitetur integrè, *aut quoties confitetur ſinè* „ *dolore requiſito ſaltem ad ſubſtantiam; aut quoties confitetur culpabiliter ſinè dolore ad fructum* „ *requiſito; aut quoties mortaliter peccat in actuali* „ *ſuſceptione Sacramenti.* Ratio eſt, tum quià „ Chriſtus inſtituit, & præcepit Confeſſionem „ *integrè fieri ſaltem formaliter.*

Joannes Puteanus part. 2. de Confeſſ. dub. 9. „ Concluſio prima, Confeſſio *ex defectu doloris* cenſetur eſſe nulla & invalida, *& conſequenter iteranda.*

19. Navarrus c. 6. „ Quibus caſibus Confeſſio, „ iteranda? *num. 13.* Confeſſio ſinè propoſito vitandi omnia peccata mortalia in poſterùm, „ quamvis ſecum gerat tale quale deſiderium „ vitandi, *nihil valet, eſtquè iteranda:* qualis eſt „ Confeſſio illius, quem pœnitet alienum uſurpaſſe, nec habet reſtituendi animum: qualis item Confeſſio ejus, qui dolet ſe fornicatum fuiſſe, nec ſtatuit abdicare concubinam. „ Nam pœnitens, *qui non confitetur propoſitum* „ *non vitandi illud, quo mortaliter offendit, non* „ *integrè confitetur: etſi illud ſimul cum aliis peccatis confiteatur, ſeipſum inhabilem & incapacem abſolutionis reddit.*

Mercerus ſupplem. quæſt. 9. de Confeſſionis iteratione art 1. „ Invalida *& repetenda eſt Confeſſio*, ſi quis datâ operâ confeſſus ſit illi, à „ quo non benè intelligebatur, vel ut non benè intelligeretur confeſſus eſt verbis obſcuris „ &

,, & involutis : *item quandò confeſſus eſt ſine omni* ,, *dolore aut abſoluto propoſito vitandi deinceps* ,, *peccata* &c.

Sylveſter Verb. Confeſſio num. 26. ,, Secundò dico ex Petro de Palud. Capreol. colligi, ,, quod triplex ſit in propoſito fictio. Prima eſt, ,, *quæ ſive ſit confeſſa, ſive non, facit Sacramentum* ,, *omninò eſſe nullum, & nihil tunc vel poſt valere*, ,, ut ſi quis non intendit Sacramentum recipere, ſed Eccleſiam irridere : vel ſi intendit ,, quidem ſuſcipere Sacramentum, *ſed non dolet de peccato, aut aliud cavere non vult, & hoc* ,, *actu conſiderat* &c.

20. Medina Codice de Confeſſione tract. 2. quæſt. 17. ,, Alia quæſtio de Confeſſione iterandâ, quandò ſcilicet ſit neceſſarium eam ,, iterare. Sed quæres, in quo ſciemus abſolu- ,, tionem eſſe invalidam? Reſpondetur, quod ,, reddatur invalida dupliciter, vel ex parte ,, confitentis, vel ex parte abſolventis. Primùm ,, fit, quoties confitens ponit obicem peccati ,, ipſi abſolutioni, id autem contingit tripliciter. Primò, ſi exiſtente in eo excommunicatione, petit abſolvi ſacramentaliter. 2. Si dimidiavit Confeſſionem. 3. *Si careat debitâ* ,, *cordis pœnitentiâ*.

Aurea Armilla Bartholomęi Fumi Verb. Confeſſio ſacramentalis nu. 7. ,, Sunt tamen aliqui ,, caſus, in quibus neceſſariò eſt Confeſſio iteranda de quibus ſecundùm Thomam & Petrum de Palud. in 4. & Cajetanum in ſummâ, ,, dicendum eſt. Primus caſus reconfitendi ex ,, parte confitentis eſt, quandò *non habuit contritionem nec attritionem de peccatis*, ut quià

„ non diſplicuit peccatum præteritum, vel non „ propoſuit de futuro abſtinere, *quia hæc non eſt* „ *Confeſſio, ſed magis Confeſſionis ſimulatio, &* „ *eſt per ſe contrà formam Sacramenti.* Si autem „ dolet de præterito, cum propoſito cavendi à „ futuro, licet dolor eſſet imperfectus, ità ut „ neque eſſet attritus, propter hoc non eſſet „ iteranda, quià ſi hoc eſſet, numquam poſſet „ ſciri an homo ſit verè confeſſus, ità quod non „ indigeat reiterare Confeſſionem, quià nemo „ ſcit ſi fuit contritus, vel ſaltem attritus, ſe„ cundum Cajet. ibid.

Abelly Medulla Theologica, de Pœnitentiâ ſect. 22. In quibus caſibus Confeſſio nulla ſit, & ideò iteranda &c. Secundum eſt, ut pœnitens veram de peccatis commiſſis contritionem aut ſaltem attritionem actualem concipiat, *idquè antè Confeſſionem, aut in ipsâ Confeſſione*, aut ſaltem antè abſolutionem; prout ſuperiùs à nobis explicatum eſt: *quæ quidem actualis contritio vel attritio ſi deſit, Confeſſio irrita erit, & proindè iteranda.*

Sylvius Suppl. quæſtione 9. art. 2. quæſit. 6. „ Quandô neceſsè ſit Confeſſionem iterare? „ Reſpondeo, quandocumquè prior Confeſſio „ fuit invalida ſeu nulla: hoc autem poteſt ac„ cidere, vel ex parte pœnitentis, vel ex parte „ Confeſſarii. Ex parte pœnitentis, *ſi nequè* „ *perfectam, nequè imperfectam contritio*„ *nem habeat*, ſed vel nullum dolorem, vel „ tantùm naturalem. „ Omitto Peſantium de Pœnit. Sacram. cap. 21. Camachæum de pœnit. Sacram. cap. 21. Iſambertum de eodem diſp. 17. art. 1. & alios, qui de hac materiâ tractarunt,

nimis

nimis enim longum & tædioſum eſſet recenſere, imò & ſupervacaneum.

21. Deniquè aliter ſentire vel docere poteſt nemo, niſi forſitan ſe opponere, aut impetere quis velit Pontificiam cenſuram de Confeſsione nullâ, de quâ egimus ſect. 2. §. 2. pag. 43 Omninò enim arbitramur Pontificem ſumpſiſſe *ly nullam* pro *ly ſacrilegam*, prout promiſcuè & indifferenter ſumunt Theologi, ut paulò antè vidimus: ob id quod illa duo, ſaltem in genere moris, eadem reputentur, juxtà ea quæ alibi diximus. Igitur eos condemnat Theologos, qui docebant Chriſtianum ſatisfacere Eccleſiæ præcepto de faciendâ Confeſsione annuâ, quamvis ob defectum doloris, contritionis, vel ob reticentiam peccatorum mortalium merè internorum, ipſam inutilem juxtà ac ſacrilegam feciſſet. Ratio autem ac fundamentum eorumdem erat; quod Eccleſia nec cognoſcere, nec præcipere, aut prohibere poſſet actus merè internos, qualis eſt dolor, contritio, peccata merè interna &c. Sed ſuam doctrinam minimè extendendam volebant ad præceptum naturale pœnitentiæ, vel divinum poſitivum novæ legis, eò quod prædicta ratio locum non haberet. Videatur ſect. 4. §. 1. num. 3. pag. 71. Append. 2. num. 15. pag. 93. & ſequent. S. Thom. in 4. diſt. 17. quæſt. 3. art. 2.

Covarru. part. 1. cap. Alma mater §. 5. n. 1. & ſeq.

S. Thom. ſuppl. q. 7. art. 1. & 2.

22. Objicies 1. S. Thomas in 4. diſt. 17. quæſt. 3. art. 4. ſed contrà quæſtiunc. 1. contrarium ſuſtinet, ut ejus verba præ ſe ferunt. „ Quilibet tenetur ad Confeſsionem mortalium. Sed ſi aliquis ſemel confeſſus eſt etiam „ in mortali exiſtens, non tenetur ulteriùs ad „ confi-

,, confitendum eadem peccata : *quià cum nullus*
,, *ſciat ſe charitatem habere, nullus ſciret ſe con-*
,, *feſſum fuiſſe.*

Quod magis explicat quæſtiunc. 1. O. his verbis. ,, Confeſſio eſt actus virtutis, & pars Sa-
,, cramenti. Secundum autem quod eſt actus
,, virtutis, eſt actus meritorius propriè, & ſic
,, Confeſſio non valet abſquè charitate, quæ eſt
,, principium merendi, ſed ſecundùm quod eſt
,, pars Sacramenti, ſic ordinat confitentem ad
,, ſacerdotem qui habet claves Eccleſiæ, qui
,, per Confeſſionem conſcientiam confitentis
,, cognoſcit : & ſecundùm hoc Confeſſio etiam
,, poteſt eſſe in eo qui non eſt contritus, quià po-
,, teſt peccata ſua ſacerdoti innoteſcere, & clavi-
,, bus Eccleſiæ ſe ſubjicere. *Et quamvis tunc non*
,, *percipiat abſolutionis fructum, tamen recedente*
,, *fictione percipere incipiet, ſicut etiam eſt & in*
,, *aliis Sacramentis. Undè non tenetur iterare Con-*
,, *feſſionem qui fictus accedit, ſed tenetur poſtmo-*
,, *dùm fictionem ſuam confiteri.*

23. Ad 1. reſpondeo, S. Thomam eſſe intelligendum de eo, qui cum dolore imperfecto & ad juſtificationem obtinendam inſufficiente confitetur, quem ſuâ opinione, tametſi non prorsùs inculpatâ, ſufficientem habet, ut intelligunt Theologi ſuprà citati, imò & ipſe Catechiſmus. Quod & veriſimile efficitur ex ratione quam ad id probandum aſſumit; videlicet, *quià cum nullus ſciat ſe charitatem habere, nullus ſciret ſe confeſſum fuiſſe.* His verbis videtur velle dicere : confitens non debet eſſe ſuprà modum anxius juxtà ac ſolicitus de ſuâ diſpoſitione, ejuſquè ſufficientiâ ; non enim re-

 quiritur

quiritur abſoluta & omnimoda certitudo de ejus actuali exiſtentiâ: Aliàs ſequeretur Chriſtianum quamtumvis ſuæ ſalutis percupidum, debere ad pacandam ſuam conſcientiam ſæpius repetere ſuam Confeſſionem: cum nemo certò ſcire queat (extrà caſum revelationis) an illam ipſam adhibuerit diligentiam & diſpoſitionem, quâ abſolutionis fructum perceperit; adeoquè conſcientiæ etiam maximè timoratæ & tenellæ innumeris paterent ſcrupulis & Confeſſionum iterationibus, quod minimè admittendum eſt. Videatur diſt. 18. quæſt. 1. art. 4. quæſtiunc. 2. ad 4. Tridentin. ſuprà num. 2. & 3.

24. Ad 2. reſpondeo cum iiſdem Authoribus S. Thomam agere de illo, qui fictus, hoc eſt, qui cum conſenſu ad peccatum virtuali, implicito, atquè in causâ, confitetur. Quales habentur illi qui, quidem omnia quæ in conſcientiâ habent, confitentur, & eo animo ut abſolutionis fructum recipiant, ſed reipsâ ob fictionem ſunt ad eum accipiendum indiſpoſiti: ob id quod eorum dolor non ſit â parte rei ſummè appretiativus; cum vi ejuſdem non ſtatuant omnes peccati radices exſcindere, id eſt, nolint verb. grat. efficaciter reſtituere, occaſiones peccati proximas, in quibus toties prolapſi ſunt, devitare vel deſerere, pœnitentiam ipſis perneceſſariam & maximè ſalutarem refugiant adimplere, & ſic de aliis ſimilibus. Quod & manifeſtum evadit, dum à Confeſſario ſuper eo monentur: ſtatim enim variis rationum fucis ſeſe excuſare nituntur; quinimmò ſi confeſſarius abſolutionem denegare minetur, niſi

id

id ſeriò & abſolutè ſe præſtituros polliceantur; toti obmurmurantes recedunt, cauſantes ſe hactenùs abſquè difficultate à ſimilibus fuiſſe abſolutos, ſeqnè adhuc reperturos qui eos abſolvant. Ille caſus eſt ſatis frequens. Videatur Catechiſmus Rom. de pœnitent. Sacram. num. 29. 51. 62. & de Pœnitent. diſt. 5. cap. 6. Falſas pœnitentias dicimus, cap. 8. Fratres.

25. Nihilominùs ſi aliquis prædictæ explicationi & interpretationi acquieſcere nolit, velitquè S. Thomam agere de quacumquè fictione, etiam eâ quæ maximè formalis eſt, & ipſi occultata confeſſario? qui caſus rarior eſt, & ferè tantùm reperitur in iis qui ex præcepto, aut velut ex præcepto confiteri tenentur. Alii namquè qui Confeſſiones faciunt purè liberas, non ſunt, per ſe loquendo, adeò mali vel hypocritæ præſumendi, qui ex propoſito & abſquè ullo rationis colore, velint in peccato mortali voluntariè exiſtentes Sacramenta recipere, eo quoquè modo ſacrilegia committere. Si, inquam, id aliquis intelligendum eſſe voluerit? Ipſi reſpondemus, non ſatis apparere quam ob cauſam in fine ſuæ reſolutionis additamentum illud appoſuerit Doctor Angelicus; videlicet, *Et quamvis tunc non percipiat abſolutionis fructum* &c. Ratio ejus eſt, quod additamentum præfatum planè redundet, minimè cohærere videatur vel cum titulo articuli, vel cum iis quæ habet in ejuſdem decurſu, vel cum reliquâ ejus doctrinâ tam antè quam poſt hunc articulum traditâ, ſivè de Sacramentorum reviviſcentiâ, ſivè de præceptorum impletione. Undè vehemens ſuſpicio apud

aliquem manere poſſet, additamentum memoratum non eſſe à S. Thomâ appoſitum; ſed benè à quodam alio articuli doctrinam non ſatis aſſecuto ingeſtum, quod & in libris ſacris, & in ſanctorum Patrum operibus quandoquè factitatum tradunt tum Theologi, tum ſacræ ſcripturæ interpretes. Sed cum opus non ſit ut eò veniamus, quid ſuper eo reſponderi poſſit, mox oſtendemus. Ut tamen hæc duo ſigillatim & ampliùs explicentur.

26. Primum ex eo perſuadetur, quod ſanctus Doctor in illo articulo antè omnia inveſtiget, utrum Confeſſio poſſit eſſe informis? at antequam ſuæ mentis ſententiam aperiat, ſuo more aliquot facit objectiones, quibus fortaſſis nonnemo contendere vellet, id fieri non poſſe; ac poſteà ſuam ſubjicit reſolutionem in corp. videlicet docens Confeſſionem conſideratam ut virtutem eſſe non poſſe in eo qui non eſt contritus: ſecùs verò ſi ipſa ſpectetur ut eſt pars Sacramenti. Verba textus relata ſunt ſuprà num. 22. Tota illa doctrina ipſius articuli titulo optimè correſpondet, necnon ad ſolvendas objectiones apprimè diſtincta ſimul & ſtabilita eſt, eaquè omninò ſufficit. Additamentum autem prorsùs ſuperfluere videtur, contrà morem S. Thomæ, qui in corpore ſuorum articulorum non eſt ſolitus plus adducere quam poſtulet ſubjuncta materia, quod paſſim obſervant eruditi tum Theologi, tum Juriſconſulti. Quinimò dictum additamentum quandam antilogiæ & pugnantiæ ſpeciem in illo ipſo articulo inducit, ut patet ex iis quæ num. 9. & 10. ſuprà diximus: ubi oſtenſum eſt S. Thomam requirere

tam

tam integram de peccatis mortalibus Confeſſionem, quam de eiſdem integra eſſe debet contritio : id verò numquam habebitur, niſi cum ceteris peccatis ipſa fictio aperiatur, prout ibi indicavimus.

27. Secundum autem demonſtratum eſt abundè ſuprà §. 9. num. 33. & ſequentibus, ubi plurima Doctoris Angelici teſtimonia producta ſunt, quibus ad reviviſcentiam aſſequendam, characteris effectionem, rei quoquè tum permanentiam, tum cum gratiâ ſanctificante accedente coëxiſtentiam exigit. Quapropter Euchariſtiæ cum fictione receptæ, (quamvis ſit omnium Sacramentorum auguſtiſsimum Sacramentum) ſimiliter ſatisfactioni ſacramentali in peccato mortali adimpletæ, omne reviviſcentiæ munus ſublato obice tribuere recuſat, imò verò id factu eſſe impoſſibile apertis verbis declarat. Enimverò cum illa doctrina tum Conciliis, tum Pontificibus, tum Auguſtino, aliiſquè ſanctis Patribus per omnia conformis reperiatur, haud dubiè ei abſolutè inhærendum eſt ; minimè gentium uni ſoli loco, non tantùm fruſtrà ibi adjuncto, ſed etiam ad pugnantiam inducendam velut ingeſto. Certè ſi pro tunc ità ſenſit S. Thomas ? quarè verbulo non ſignificavit ſe ea retractare quæ de reviviſcentiâ priùs & paulò antè dixerat ? quarè rationes, quas pro reviviſcentiâ adſtruendâ toties adduxerat, hîc non deſtruxit ? quarè in reviviſcentiæ priùs admiſſæ doctrinâ, & in ejuſdem adſtruendæ ratione tam in libris ad Hannibaldum, quam in ſuâ Summâ immobiliter permanſit, nullo dato indicio contrariæ opinionis

à ſe olim, ſaltem ſemel, propugnatæ? Alterum ergò dicendum videtur; nimirùm additamentum memoratum vel non eſſe à S. Thomâ, vel ſi ſit? ipſum deſeruiſſe, neque eidem poſteà fuiſſe immoratum, atquè adeò virtualiter retractaſſe in dictis libris ad Hannibaldum & in ſua Summâ. Una hirundo non facit ver, nec unus locus ſcripturam ſacram, vel ſanctos Patres. Profectò ſi quis ceteris ſcripturæ ſacræ aut ſanctorum Patrum locis neglectis, uni aut alteri loco pertinaciter inſiſtere voluerit, nullus eſt error, nulla hæreſis quam non ſuſtinebit; hac de re ambigit nemo. Videatur Aug lib. 5. cont. Donat. cap. 15.

28. Accedit inſuper, quod non ſit credibile S. Thomam à ſuâ doctrinâ de reviviſcentiâ tam conſtanter alibi traditâ, & ad mortem uſquè retentâ, atquè per rationem tam ſolidam confirmatâ recedere itâ facile voluiſſe, qui probè admodùm ſciret eam perpetuò amplexum fuiſſe Auguſtinum in ſuis velitationibus contrà Donatiſtas, eaquè uſum fuiſſe tanquam telo omnium validiſsimo, ut patet ex locis innumeris; & ſpeciatim ex eo quod habet lib. 4. contrà Creſcon. cap. 62. ubi itâ loquitur: „Sed vos, „*inquit*, non dicitis in nobis Baptiſmum eſſe, „ac non prodeſſe, ſed dicitis omninò non eſſe, „*quod ab eis acceperimus*, qui eum diſcedendo „*perdiderant*, undè *nec potuiſti reſpondere, nec poteris* ad illud quod à me poſitum eſt, *ineſſe Baptiſmum diſcedentibus* hinc probari, *quià redeuntibus non reſtituitur*. Si enim Baptiſmum „Felicianus recedendo *perdiderat*, cur non „denuò rediens baptizatus eſt, ut ei quod „perdiderat redderetur? Ipſe deniquè Maximi-

„nianus

„ nianus ſi ad vos redeat, non baptizatur, *quod*
„ *deberet utique ſi perdiderat Baptiſmum.* Tua
„ quippè verba ſunt. quod in ejus ſchiſmate
„ ſententiâ damnationis retenti, ſimul & Ba-
„ ptiſma & Eccleſiam *perdiderunt.* Sicut ergò
„ eis redeuntibus *redditur Eccleſia, reddatur*
„ *Baptiſmus. Baptizentur* inquam, redeuntes,
„ *ſi Baptiſmum amiſerunt abſcedentes.* Hoc quià
„ non facitis, etiam vos fatemini ab Eccleſiâ
„ recedentibus *ineſſe Baptiſmum, nec prodeſſe*
„ &c. Recedentia non amiſerunt, *lib. 4. contrà*
„ *Donat. cap. 9.* quod *ſinè dubio manifeſtatur*
„ cum redeuntibus *non reſtituitur*, quandô for-
„ tè aliqui ex eis ipſis qui receſſerant *revertun-*
„ *tur.* Si non eſſet, *lib. 6. cap. 9.* Baptiſma unum
„ & verum niſi in Eccleſiâ, non utiquè eſſet in
„ eis qui ab unitate diſcedunt. Eſt autem in eis,
„ nam *id non recipiunt* redeuntes, *non ob aliud*,
„ niſi quià *non amiſerant recedentes.* Quod au-
„ tem ait, nam quæ foris exercentur, nullum
„ habent ſalutis effectum: conſentio, & omni-
„ nò verum eſſe credo, aliud eſt enim *non ibi eſſe*,
„ aliud nullum habere *ſalutis effectum* Venien-
„ tibus enim ad catholicam pacem, *prodeſſe in-*
„ *cipiunt* quæ foris *inerant*, ſed foris *non prode-*
„ *rant.* Si hoc, *cap. 24.* ità eſſet, nec haberi foris
„ poſſet, *& toties neceſſe eſſet baptizari*, quoties
„ recedens quiſquè ab Eccleſiâ, *rursùs ad Eccle-*
„ *ſiam remeaſſet.* Toties, *epiſt. 166. renovari ne-*
„ *ceſſe erit traditum Sacramentum*, quoties indi-
„ gnus fuerit inventus collati Baptiſmatis admi-
„ niſtrator. „ Atqui ſi eſſet vera S. Thom. doctri-
na prætenſa de Confeſſionis ſacrilegæ reviviſ-
centiâ, & non neceſſariâ ejuſdem Confeſſionis

iteratione; nihil omninò probaſſet Auguſtinus, nihilquè facilius erat, quam ejus argumentis, tametſi ejus judicio inſolubilibus, reſpondere: cum in principio & hypotheſi ſuppoſititiâ vehementer hallucinaretur; atquè adeò ipſamet Concilia generalia, quæ ejus doctrinam ac rationem, de initerabilitate Baptiſmi &c. in canonem retulerunt & orthodoxam declararunt, hîc turpiter impegiſſent. Videatur §. 9. num. 30. 31. 34. & ſequent. 49. item epiſt. 48. fol. 39 c. epiſt. 172. fol. 160. c. lib. 2. contrà epiſt. Parmen. cap. 13. 16. lib. 4. contrà Creſcon. cap. 45. 61. lib. 1. contrà Donat. cap. 1. 10. 19. lib. 2. cap. 4. &c. lib. 3. cap. 9. lib. 4. cap. 2. 10. lib. 5. cap. 15. 20. 34. & ſequent. & §. 3. ſuprà num. 13. Bellarminus lib. 2. de Sacramentorum effectu cap. 22. ſecunda & tertia ratio.

29 Objicies 2. quamvis S. Thomas doceat ſuprà num. 11. & 22. quod Confeſſio poſſit eſſe informis, non tamen ex eo inferendum eſt eum tenuiſſe poſſe eſſe Sacramentum informe. Sunt illa ſanè diverſa: fieri enim non poteſt ut omnes partes Sacramenti eſſentiales ponantur, videlicet contritio, confeſſio & abſolutio, quin & gratia ſacramentalis ſtatim conferatur, ut clarè docet in 4. diſt. 23. quæſt. 1. art 4 quæſtiunc. 2. O. his verbis. *Hoc Sacramentum*, Extremæ-Unctionis, *non habet aliquem effectum, qui ſemper ex operatione miniſtri conſequatur, omnibus quæ ſunt de eſſentiâ Sacramenti rit peractis, ſicut character in Baptiſmo & Confirmatione & tranſubſtantiatio in Euchariſtiâ, & remiſſio peccati in pœnitentiâ exiſtente contritione, quæ eſt de eſſentiâ Sacramenti pœnitentiæ* &c.

At

At non idem eſt de Baptiſmo; ipſe enim quoad ſe totum, tam in ratione Sacramenti tantùm, quam in ratione rei & Sacramenti ſimul, exiſtere poteſt, abſquè eo quod gratiâ ſanctificante informetur, ut aliquoties oſtendimus ipſimet ſuprà. Undè contritio rectiùs comparatur cum ſatisfactione ſacramentali, quæ quandoquè antecedit, quandoquè conſequitur abſolutionem ſacerdotalem, eaquè iſto modo poſita, ſufficit tum ad implendum præceptum, tum ad ſuum effectum inducendum; ità ſimiliter dicendum de contritione, nimirùm quod poſſit & præponi & poſtponi abſolutioni & Confeſſioni ſacramentali. Poſtremò ſicut ex corde, capite, manibus & ceteris partibus corporis humani componitur corpus humanum, ſed permanens: ità ex contritione, confeſſione & abſolutione cum ſatiſfactione, componitur Sacramentum pœnitentiæ, ſed velut totum ſucceſſivum. Inter illa igitur duo, hoc ſolum intercedit diſcrimen, quod corpus humanum conſtet partibus permanentibus, & ob id reſultet totum permanens; Sacramentum verò pœnitentiæ componatur ex partibus ſucceſſivis, & ob id conficiatur totum ſucceſſivum.

In 4. diſt. 14. quæſt. 1. art. 1. q. 1. ad 1. q. 2. ad 1.

30. Hoc totum confirmatur 1. ex diſtinctione 17. quæſt. 2. art. 1. quæſtiunc. 1. ad 7. ubi doctrinæ memoratæ non parùm favere creditur *Contritio*, inquit, *naturaliter præcedit Confeſſionem, ſed quod aliquandò ſequatur, eſt per accidens ex defectu pœnitentis, & tamen tunc etiam debet habere propoſitum confitendi, ſi aliquid memoriæ occurrat quod confeſſus non ſit.*

Confirmatur 2. ex artic. 2 quæſtiunc. 6. O. ibi

ibi enim ità loquitur. *Quantum ad principium contritionis, oportet quod ſit de ſingulis peccatis qua quis in memoriâ habet: ſed quantum ad terminum ſufficit quod ſit una communis de omnibus, tunc enim ille motus agit in vi omnium diſpoſitionum pracedentium.*

Confirm. 3. ex diſtinct. 22. quæſt. 1. art. 2. quæſtiunc. 1. ad 3. *Quandò ſunt*, ait, *multa actiones ordinata ad unum effectum, ultima eſt formalis reſpectu omnium pracedentium, & agit in virtute earum.*

Confirm. 4. Quemadmodùm recipiens fictè Baptiſmum, non ex eo capite peccat quod Baptiſmum recipiat, ſed tantùm ex eo quod illud fictè faciat, nequè tenetur alium Baptiſmum accipere: ità pariter qui commiſit ſex peccata mortalia, eaquè habet in memoriâ, non peccat ex eo capite quod illa confiteatur, ſed ſolùm ex eo quod id ipſum fictus peragat; ergò etiam non debet denuò confiteri. Nequè refert ipſum non aperuiſſe ſuam fictionem in illâ Confeſſione: fictio enim ejuſmodi ad ſequentem, non autem ad præſentem pertinet Confeſſionem. Memoria, pœnitentiavè ſunt de præterito, impoſſibile utiquè eſt peccatorem pœnitere & ſimul retinere affectum ad ſua peccata, ut res eſt indubitata, & clarè conſtat ex 3. p. q. 86. art. 3. O. *Non poteſt*, inquit, *eſſe verè pœnitens, qui de uno peccato pœnitet, & non de alio. Si enim diſpliceret ei illud peccatum, quià eſt contrà Deum ſuper omnia dilectum (quod requiritur ad rationem vera pœnitentia) ſequeretur, quod de omnibus peccatis pœniteret. Quamvis*, in 4. diſtinct. 14. quæſt 1. art. 3. quæſtiunc. 1. ad 4. *pœnitentia ſit de prateri-*

.ritoſicut memoria. Propriè quidem, diſtinct 16. quæſt. 1. art. 2. quæſtiunc. 2. O. *pœnitentia importat dolorem de peccato commiſſo in præterito* &c. *Confeſſio, quæ non eſt niſi factorum* &c.

31. Confirm. 5. ea omnia hoc modo explicata & diſtincta, nihil abſurdi continent, eorum autem inſcitia animos turbat & involuit. Quid enim abſoni haberet illa ſententia? docet namquè, & ultrò concedit Confeſſionem omnium mortalium poſt Baptiſmum commiſſorum, quorum memoriam habet pœnitens, eſſe prorsùs neceſſariam; admittit præterea contritionem, abſolutionem eſſe planè requiſitas ad Sacramenti integritatem & fructum; fatetur inſuper ſatisfactionem eſſe peragendam ad omnem Sacramenti effectum pleniùs inducendum. Poſtremò confitentem fictum, ſed exindè reſipiſcentem, permagno perfundit gaudio; ob id quod peccata ſua olim clavibus ſubjecerit, credatquè ſe ab iis ulteriùs confitendis eſſe liberum: adeoquè non parùm conſcientias ſedat, ſcrupulos abigit, ipſam quoquè Confeſſionem effici ſenſibilem per ejuſmodi pœnitentiam non malè demonſtrat.

32. Confirm. 6. fatentur communiter Theologi, ut ſuprà viſum eſt, fictionem inculpatam non invalidare Confeſſionem, ità ut repeti oporteat; ergò nequè culpabilis eam invalidat. Probatur conſequentia à paritate rationis. Quid amabo, facit in oppoſitum fictionis cognitio? ipſa enim rem non immutat; prout etiam patet in Baptiſmo nullo & invalido, qui peccata ſe antecedentia numquam remittet, ſivè ejus nullitas ſit nota, ſivè ſit invincibiliter occulta.

Undè

Undè ſi ea poſthac quomodocumquè deprehendatur, etiam per revelationem, neceſſariò iterandus eſt, quod tamen admittere nolunt Theologi reſpectu Confeſſionis factæ cum fictione prorsùs involuntariâ. Prætereà Confeſſarius numquam auderet eum abſolvere quem ob doloris defectum certò ſciret indiſpoſitum ad recipiendum Sacramenti effectum, etiamſi pœnitentem omninò inculpatè lateret; ergò aliud eſt, Confeſſionem eſſe fictam, & aliud, eandem eſſe invalidam.

33. Confirm. 7. contritio ſuperveniens, benè facit unum cum Baptiſmo olim fictè ſuſcepto, benequè ei reviviſcentiam tribuit; ergò idem præſtare poteſt cum Confeſſione etiam olim peractâ cum peccato & fictione. A paritate rationis: major enim habetur conjunctio & affinitas inter partes ejuſdem totius, quam inter baptiſmum & pœnitentiam ſuccedentem, quæ non ſunt partes ejuſdem Sacramenti, poſſuntquè à ſe invicem ſeparari. Quocircà minùs rectè ad hoc infirmandum opponitur ipſe character; cum ad cauſandam reviviſcentiam ſufficiat memoratam partium unionem intercedere; quod & probari poteſt ex ipsâ ſatisfactione ſacramentali, quæ tam ad ſui valorem, quam ad ſui fructum, abſolutionem præcedere vel conſequi poteſt: vel eò magis quod ipſimet ſuprà ſect. 2. §. 2. pag. 43. admiſerimus Confeſſionem poſſe eſſe ſacrilegam unà & ſacramentalem.

Confirmatur 8. & ultimò, quamvis D. Auguſtinus huic ſententiæ in ſpeciem minùs faveſe videretur, nihilominùs cum S. Thomas tam

tam apertè contrarium doceat, tutò ei adhærere poſſumus, nec quiſquam eam ſententiam ſequens damnandus aut inquietandus eſt; experientiâ enim liquidò conſtat plurimos in errorum abyſſos ruiſſe præcipites, propterea quod plus æquo tribuerent luminibus Auguſtinianis, neglectis Doctoris Angelici luminibus diviſivis & ampliùs diſtinctivis. Hæc ſunt, lector amantiſſime, præcipua, imò omnia, quæ ſciam, hujus præſentis controverſiæ argumenta. Pro quibus ſolvendis. Gen. 1. v. 18.

34. Reſpondeo 1. objectionem primariam petere principium, de hoc enim litigatur. Poſtulatur itaquè locus aliquis ex S. Thomâ, in quo hujuſmodi doctrina habeatur perſpicuis verbis, ſivè in terminis; unaquè probetur illam benè cohærere cum reliquâ ejus doctrinâ ab ipſo traditâ tum de reviviſcentiâ, tum de Confeſſione, tum de præceptorum impletione.

Reſp. 2. difficultatem exurgere ſpecialem, cum quis, per veram & ſinceram pœnitentiam, ſed inſufficientem ad juſtificationem aſſequendam extrà Sacramentum, motus ſua peccata confitetur: at antequam abſolvatur, à ſuo propoſito & pœnitentiâ recedit, ſtatuitquè remanere in ſuâ hæreſi, errore, contractu uſurario &c. Nam ſi ejuſmodi confitens poſt dies, menſes, annos aliquot de ſuo olim commiſſo ſacrilegio compungatur ex animo? non poterit ſecunda pœnitentia cenſeri compars vel Confeſſionis, vel abſolutionis quondam poſitæ. Ratio eſt, quod Confeſſio debeat attribui, conjungi & unum facere cum eo à quo fuit vel imperata, vel elicita; atqui id habitum eſt à pri-

mâ pœnitentiâ, ut ſupponitur. Ergò cum illâ in genere moris unum facere debet. Similiter cum ſacerdos abſolutionem impertierit ex hypotheſi pœnitentiæ exiſtentis in confitente, per conſequens illa abſolutio à ſecundâ atquè futurâ pœnitentiâ minimè intentâ & volitâ procedere nequit; imò tantùm abeſt, ut eam aut prævideri, aut intenderit Confeſſarius, quin è contrà ſi præſentis & neceſſariæ diſpoſitionis defectum ad ſacrilegium præcavendum animadvertiſſet, abſolutionem denegaſſet. Poſſunt itaquè poni à parte rei omnes partes Sacramenti, nequè ideircò gratiâ erunt informatæ.

35. Reſpond. 3. illam partium ſacramentalium inverſionem & tranſpoſitionem arbitrariam, eſſe huc uſquè in Eccleſiâ inauditam, imò communi omnium conſenſu reprobatam, ut ſatis ſuperquè ſuprà probatum eſt; atquè adeò in eam invehi non debet abſquè evidentiſſimo & ſolidiſſimo fundamento, quale nullum hîc producitur. Enimverò ſi quis eadem animi licentiâ uti voluerit? probabit pariter baptizare volentem, poſſe hodiè ponere formam Baptiſmi, poſt menſem ablutionem, & in fine anni ipſam intentionem, vel alium ordinem pro ſuo placito facere. Dicere poterit ſimiliter, poſſe Chriſtianum hodiè abſolvi, poſt annum confiteri, & poſt terminum alium longiorem pœnitere, pœnitentiâ etiam imperfectâ, ſufficiente tamen cum Sacramento, ſivè cum conjunctione cum ipsâ Confeſſione & abſolutione modo per objectionem prætenſo; ac ità ſuorum peccatorum remiſſionem accipere; potiſſimùm

potiſſimùm ſi ipſam fictionem in illâ ultimâ Confeſſione aperuerit, atquè à datâ abſolutione (poſito quod eam impertierit Confeſſarius, quià fortè complex vel delitescens in eodem crimine, v.g. errore, hæreſi, concubinatu &c.) non ampliùs mortaliter peccaverit ejuſmodi pœnitens, quod & applicari poteſt caſui ipſiuſmet objectionis. In illis enim caſibus reperiuntur omnes partes Sacramenti, ſolâ deficiente earumdem naturali & ordinariâ coördinatione; illa verò nec ad Sacramenti validitatem, nec ad effectum obtinendum in caſu pretenſo eſt neceſſariò requiſita, prout vult objectio, ergò nequè in caſibus jam recenſitis, aliiſquè ſimilibus excogitabilibus. A paritate rationis.

36. Reſpond. 4. ſententiam prætenſam implicare quædam intellectu nonnihil difficilia. 1. Quod ſacerdos per abſolutionem homini jam pœnitenti collatam, atquè adeò ſuum ſortitam effectum, tantummodò abſolveret, & miniſterialiter remitteret fictionem & alia peccata eam ſequentia, ſicut dicitur de Baptiſmo reviviſcente, de quo S. Thomas 3. part. quæſt. 69. art. 10. ad 2. Sacerdos enim ſola peccata intendit abſolvere, quæ pœnitens ipſi declarat, ejuſquè tribunali vult eſſe ſubjecta; prout etiam paſſim practicatur in aliis tribunalibus. Sed iſte pœnitens non declaravit, nec declarare voluit in ſequente Confeſſione formatâ, peccata mortalia fictionem antecedentia, utpotè olim confeſſa, licet cum voluntate in eis permanendi. Ergò ea non abſolvit ſacerdos. Similiter in præcedente Confeſſione fictâ & ſacrilegâ, fictionem noluit confiteri; ergò ab eâ etiam

Abolitio per confeſſionē quæritur. In 4. diſt. 22. q. 1. art. 4. O.

3. Part. q. 98. a. 6. O.

noluit

noluit abſolvere Confeſſarius. Sicquè admitteretur dimidiata tum Confeſſio, tum abſolutio reſpectu peccatorum eodem tempore ſubjecto inexiſtentium; hoc autem contrariatur dictis ſuprà, & nominatim Tridentino ſeſſ. 14. cap. 5. docenti neceſſarium eſſe in Confeſſione omnia peccata mortalia recenſere, quæ nos iræ filios, & Dei inimicos efficiunt: ſi autem ſecùs fiat, peccatumquè aliquod lethale ſcienter celetur, Deum per ſacerdotis miniſterium nihil condonaturum. Si res ità eſt; cum ſimus æquè benè iræ filii, atquè æternæ damnationi obnoxii ob peccata fictè confeſſa, quam propter fictionem vel alia ipsâ fictione poſteriora, unà ſimul in animâ quoad reatum & maculam perſeverantia; perconſequens juxtà Concilii rationem æquè ſunt confitenda. Ecce verba Trid. *Cum univerſa mortalia peccata, etiam cogitationes, homines iræ filios & Dei inimicos reddant, neceſſum eſt omnium etiam veniam cum apertâ & verecundâ Confeſſione à Deo quærere. Itaquè dum omnia, quæ memoriæ occurrunt peccata Chriſti fideles confiteri audent, procul dubio omnia divinæ miſericordiæ ignoſcenda exponunt. Qui verò ſecùs faciunt, & ſcienter aliqua retinent, nihil divinæ bonitati per ſacerdotem remittendum proponunt.* In idem recidit quod aliis verbis exprimit S. Thomas in 4. diſt. 17. quæſt. 2. art. 2. quæſtiunc. 6. ſed contrà. *Contritio,* inquit, *per Confeſſionem explicatur: ſed oportet ſingula peccata mortalia confiteri, ergò & de ſingulis conteri.* Et quæſtiunc. 6. ad 3. *Pœnitentia non delet omnia peccata, niſi ad ſingula feratur, & ideò oportet de ſingulis conteri, & confiteri.*

Utiquè magis ficti ſunt, dum ſe bonos fingendo decipiunt. Aug. lib. 2. cont. Parmen. c. 10.

Con-

Conſonat quæſt. 3. art. 4. quæſt. 2. ſed contrà. *Confeſſio eſt pœnitentiæ pars: ſed pœnitentia debet eſſe integra &c. Ergò & confeſſio.* Concordat & lib. 4 ad Hannib. diſt. 17. q. 2. art. 1. ſed contrà. *Requiritur ſingulorum confeſſio ſpecialis. Ergò & contritio.* Adſtipulatur & ipſe Catechiſmus num. 40. *Illud autem*, inquit, *inprimis doceant Parochi, in confeſſione curandum eſſe, ut integra, & abſoluta ſit. Etenim omnia mortalia peccata ſacerdoti aperire oportet &c. hæc omnium Eccleſiæ Doctorum communis vox eſt atquè ſententia.* Suppl. q. 2. art. 6. ad 3.

37. Authoritates allegatæ directè contrariantur ſententiæ oppoſitæ. Contritio enim nullo modo ſubſiſtere poteſt, niſi ad omnia & ſingula peccata mortalia, quantum fieri poteſt, explicitè feratur. Si verò contrarium fiat, ipſiquè Deo quædam voluntariè celemus, ejuſmodi dolor atquè peccatorum deteſtatio, minimè apud eum contritio eſt deputanda. Ergò pariter confeſſio debet confeſſario vices Dei gerenti omnia & ſingula mortalia, id eſt, tam fictionem quàm alia ſe præcedentia declarare; alioquin minimè confeſſio computanda; cum non fideliter referret & explicaret contritionem. Atquè adeò non rectè probaret S. Thomas neceſſitatem contritionis de ſingulis peccatis mortalibus per obligationem confeſſionis de iiſdem, & contrà; quod tamen facit. Videatur ſuprà num. 8. & ſequent.

Dicendum ergò, juxtà S. Thomam illa duo ſe adæquare debent; hoc eſt, confeſſio contritionem continere debet, & contritio confeſſionem. Nequè immeritò; cum enim ſacrilegè confeſſa

In 4.d.17. q.2.a.1.q. 1. ad 8.a. 5.q.2.ad 1. d.18.q.1. a.4.q.1.O. d.21.q.2. a.2.ad 1.3.

Ad Han. l. 4.d.16.a. 1.O. in 4. d.16.q.1. a.1.q.4.ad 2.d.17.q. 3.a.1.q.1. O.ad 1.Catech.n.29.

ſint actu & à parte rei tam verè peccata quam cetera necdum confeſſa; per conſequens ſi omnia mortalia confiteri oporteat? etiam fictè & ſacrilegè confeſſa aperienda ſunt. Ubi enim jus non diſtinguit, nequè nos diſtinguere debemus. Ut omittam, quod alius illâ ipsâ Adverſarii licentiâ utendo, probaret Chriſtianum non teneri ad iterandam eam Confeſſionem, in quâ aliquod peccatum mortale à fictione diverſum voluntariè tacuiſſet, quod tamen nemo admiſerit. Undè non dumtaxat attendendum eſt an peccatum confeſſum ſit, ſed benè an per claves fuerit affectum, ſitquè finis præcepti proximus inductus? hoc habendum præ oculis, ſi velimus cognoſcere an præcepto ſatisfecerimus? Uno verbo, abſolutio ipſam reſpicit confeſſionem, confeſſio ipſam reſpicit contritionem, cujus objectum notificat confeſſario, vis verò ſacramentalis illa tria ſupponit. Huic doctrinæ immobiliter inhæret Doctor Angelicus, dum exigit confeſſionem oris & cordis. dum pro materiâ hujus Sacramenti requirit actus humanos (non actum humanum) à Deo inſpiratos; peccatum removentes ac deteſtantes, ità cenſet ad Hann. l. 4.diſt. 22. a. 2. ſed contra. *Non*, inquit, *neceſſè eſt, ut quæ ſemel ſacerdotibus confeſſi ſumus, denuò confiteamur, ſed linguâ cordis, non carnis apud verum judicem ea confiteri debemus. Peccator pœnitens*, 3. p.q.84.a. 1. O. *per ea quæ facit & dicit, oſtendit cor ſuum à peccato receſſiſſe &c. In Sacramento pœnitentiæ*, ad 2. *ſunt actus humani pro materiâ, qui proveniunt ex inſpiratione internâ: undè materia non adhibetur à miniſtro, ſed à Deo interius operante. Materia proxima*, art. 2. O.

hujus

huius Sacramenti ſunt actus pœnitentis: cujus materia ſunt peccata de quibus dolet, & quæ confitetur, & pro quibus ſatisfacit. Unde relinquitur quod remota materia pœnitentiæ, ſunt peccata, non acceptanda, ſed deteſtanda & deſtruenda. Illa confeſsio, de pœnit. diſt. 1. q. 3. c. 39. Eccè, *nos liberat quæ fit cum pœnitentiâ. Pœnitentia vera eſt dolor cordis &c. Sufficit,* cap. 61. *pœnitenti illa confeſsio, quæ primùm Deo offertur, tum etiam ſacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit.* Cap. 89. Quamvis.

In 4. diſt. 14. q. 1. a. 1. q. 4. ad 2. lib. 4. ad Hann. diſt. 14. a. 3. O.

38. Aliud præterea intellectu difficile involuere videtur ſententia contraria. Videlicet quod eadem numero contritio concurrere poſſet ad compoſitionem duorum Sacramentorum & ſpecie & tempore diverſorum; imò quorum ſecundum ſupponeret prius, ut potè habens pro objecto & materiâ remotâ priorem confeſſionem ſacrilegam. Atquè adeò in eo eventu contritionem fore ſe priorem & poſteriorem, remittere peccata ſe præcedentia & conſequentia, in quantum ipſa ſit de conſtitutivo utriuſquè Sacramenti neceſſariò requiſito. Sacramenti enim cauſalitas non uni parti, ſed toti tribuenda eſt, prout tradit S.Th. d. 22. q. 2. a. 1. q. 1. 2. & 3. p. q. 86. a. 6. O. q. 90. a. 3.

Suppl. q. 5. a. 1. ad 4. q. 8. art. 2. ad 1.

In 4. diſt. 14. q. 1. a. 1. qu. 3. O. q. 2. art. 1. qu. 3. O. diſt. 17. q. 2. a. 2. q. 4. O.

39. Reſpondeo 5. præter jam dicta, difficultatem reperiri non parvam circà ſatisfactionem in peccato mortali adimpletam. Statim namquè quæretur, cur ipſa in eo ſtatu facta etiam non reviviſcat accedente poſtmodùm contritione & charitate, ſicut contenditur fieri in confeſſione informi & ſacrilegâ? niſi etenim clara juxtà ac ſolida detur diſparitas non ac-

quieſcet animus. Videatur diſt. 22. qu. 2. art. 1. quæſtiunc. 3. O. ad 3. Ut autem hoc amplius explicemus, in eum modum urgemus.

Suppl. q. 6. a. 1. ad 4. q. 8. att. 2. ad 1. Si eſſet quoddam fundamentum attribuendi revivifcentiam confeſſioni fictæ, ſimul & concedendi, per eam adimpleri præceptum confeſſionis præ ipsâ ſatisfactione ſacramentali fictâ? vel illud conſtitueretur in eo quod confeſſio ſit actus virtutis, vel quia pars Sacramenti, vel quia utrumque. Atqui illa tria non obſtant, ergò. Prima pars probatur: ſatisfactio utique actus virtutis eſt, ut agnoſcit S. Thomas diſt. 15. qu, 1. art. 1. quæſtiunc. 1. O. verba habentur ſuprà n. 9. §. 6. Eſtius diſt. 15. §. 11. & 16.

Secundum etiam probatur: ſatisfactio enim à ſynodo Florentinâ inter partes Sacramenti pœnitentiæ recenſetur his verbis. *Tertia*, ait, *ſatisfactio pro peccatis ſecundùm arbitrium ſacerdotis* &c. alia verba videantur ſuprà num. 1. Annumeratur & ab ipſo Tridentino ſeſſ. 14. cap. 3. *ſunt autem quaſi materia hujus Sacramenti, ipſius pœnitentis actus, nempè contritio, confeſſio, & ſatisfactio* &c. Conſentit & S. Thomas lib. 4. ad Han d. 16. a. 1. O. *Contritio, confeſſio & ſatisfactio ſunt partes integrales pœnitentiæ, non quantitativæ, heterogeneæ, vel homogeneæ, ſed eſſentiales, ſicut materia & forma ſunt partes alicujus totius.* Idem habet in 4. diſt. 16. q. 1. art. 1. quæſtiunc. 3. O. diſt. 17. q. 3. art. 3. quæſtiunc. 4. O. & 3. p. q. 90. art. 1. & ſeq.

Tertium probatur ex eodem Tridentino, loco citato verba ſequentia ſubnectente. *Qui quatenùs in pœnitente ad integritatem Sacramenti ad plenamque & perfectam peccatorum remiſſionem*

nem ex Dei inſtitutione requiruntur, hac ratione partes pœnitentiæ dicuntur. Demum, cap. 8. *quoad ſatisfactionem, quæ ex omnibus pœnitentiæ partibus, quemadmodùm à Patribus noſtris Chriſtiano populo fuit perpetuo tempore commendata* &c. S. Thom. 3. part. qu. 90. art. 2. ad 3. *Satisfactio eſt pars pœnitentiæ Sacramenti; fructus autem pœnitentiæ virtutis.* Ad 2. & qu. 84. art. 1. ad 1. qu. 86. art. 2. O. in 4. diſt. 16. qu. 1. art. 1. quæſtiunc. 2. ad 3. 4. quæſtiunc. 4. O. Deniquè ſancti Patres ad veram & fructuoſam, non ad inanem & fictam pœnitentiam peccatores incitavêre, conformiter ad illud Matth. 3. verſ. 8. *facite ergò fructum dignum pœnitentiæ.*

40. His eo modo ſuppoſitis, rectè, per argumentum à paritate rationis, concludi credimus, Chriſtianum minimè implere præceptum per confeſſionem ſacrilegam, etiamſi poſthac ſupponatur accedere pœnitentia & gratia. Si enim ſatisfactio quatenùs præcisè & ut ſolummodò pars Sacramenti pœnitentiæ, non ſufficiat ad implendum præceptum, quantumcumquè poſtmodùm adveniat gratia & reſipiſcentia; ſed abſolutè requiratur, ut dum ponitur, ſit ſimul actus virtutis? Quarè potiùs eâ prærogativâ fulgeret Confeſſio? Satisfactionem verò rationem virtutis includere debere ad præceptum implendum ſuprà §. 9. num. 34. & 42. viſum eſt. Deindè adſtipulantur ſequentia. *Opera*, in 4. diſt. 15. qu. 1. art. 3. quæſtiunc. 4. ſed contrà, *extrà charitatem facta, ideò non erant ſatisfactoria, quià fuerunt mortua: ſed per pœnitentiam non vivificantur, ergò nec incipiunt eſſe ſatisfactoria &c. Charitas non informat &c.*

Ergò cum opera facta extrà charitatem nullo modo ex charitate proceſſerint, *vel de cetero procedere poſſint, nullo modo poterunt in ſatisfactionem computari. Opera mortua*, lib. 4. ad Hannib. diſt. 22. art. 2. ad 3. *non reviviſcunt, ideò pars ſatisfactionis facta in mortali, oportet quod iteretur.* Illam doctrinam ſuam facit Catechiſmus n. 57. *Quæ quidem gratia bona opera noſtra antecedit, comitatur, & conſequitur, & ſinè quâ mereri, aut ſatisfacere Deo nullo modo poſſumus.* Num. 58. ad Hannib. l. 4. d. 14. a. 5. ad 2.

Suppl. qu. 14. art. 2. 3. 4.

Ad Hannib. lib. 2. diſt. 40. a. 1. ad 2. 1. 2. q. 91. a. 5. qu. 96. art. 1.

Deniquè totum confirmari poteſt ex eo quod S. Thomas doceat præcepta Dei & Eccleſiæ eſſe de actibus virtutum; prætereà pœnitentiam eſſe potius virtutem, actuſquè noſtros aliter exigere quam id faciat Baptiſmus vel Confirmatio. *Præcepta*, inquit 3. p. q. 85. art. 1. ſed contrà, *legis dantur de actibus virtutum &c. ſed præceptum divinæ legis eſt de pœnitentia &c. Ergò pœnitentia eſt virtus. Cum virtus*, ad 1. *ſit principium alicujus actus, potiùs pœnitentia eſt virtus vel cum virtute, quam Baptiſmus ſeu Confirmatio.*

3. part. q. 84. art. 1. ad 1. q. 90. a. 2 ad 3. in 4. d. 14. q. 2. a. 4. ad 4. d. 16. q. 1. a. 1. q. 4. O. d. 17. q. 2. a. 2. q. 6. ad 3. q. 3. a. 1. q. 3. a. 2. q. 2. ad 3. a. 4. q. 2. O. ad 3. d. 22. q. 2. a. 1. q. 1. Catech. n. 6. depœnit. Sacramẽt. Eſtius in 4. diſt. 15. §. 16.

41. Ad primam confirmationem, dico S. Thomam eſſe intelligendum de defectu non adeò formali, ſivè qui non ſit commiſſus prorsùs ſcienter & ex propoſito, quamvis aliqualis culpa intervenerit, ex quâ fiat ut ipſi homini imputetur. Ea interpretatio colligitur ex objectione; *Quandoquè*, ait, *contritio ſequitur confeſſionem, ſed ille qui nunc eſt confeſſus de peccato uno, non tenetur iterùm confiteri, ut infrà dicetur* diſt. 22. *Ergò non oportet in contritione eſſe propoſitum confitendi.* Hæc objectio, & res de ſe loquitur, minimè juvat Adverſarium: nemo namquè

Suppl. q. 2. art. 6.

namquè eſt qui doceat Chriſtianum poſſe præcepto confeſſionis ſatisfacere, reticendo voluntariè peccatum aliquod mortale, ut n.4. & 37. oſtenſum eſt; illud nihilominùs in ſpeciem præ ſe fert objectio, loquitur enim de peccato omiſſo in confeſſione nullum ſpecificando. Si dicas eam intelligendam de fictione ſolâ? præterquam quod gratis id aſſeras (cum S. Doct. directè tantùm probare velit contritionem includere debere propoſitum confitendi & ſatisfaciendi) inſuper non apparet quam ob rem hæc ſequentia verba adjecerit, *ſi aliquid memoria occurrat*. Ipſa enim fictio haud dubiè ſatis ficti & ſacrilegi memoriam ferit, & fortaſſis pluſquam exoptat. Prætereà S. Thom. ſumit quandoquè contritionem, pro dolore peccatorum diſtincto, vel gratiâ informato, ut infrà oſtendetur: ſic autem intellectus nullam habet difficultatem, ſenſus enim erit. Quamvis dolor explicitus peccatorum ex rei naturâ confeſſionem præcedere debeat; nihilominùs ſi ex aliquo defectu non adeò gravi contingat pœnitentem ſolummodò dolorem habuiſſe implicitum, non ideò iteranda erit ex toto ipſa confeſſio, ſed ſatis erit peccatum oblitum, exindè in memoriam revocatum, confiteri explicitè.

In 4.d.17. q.2. a.1.q. 1. ad 6. q. 2.ad 3.art. 3.q.3. O. a.2.q.3.6. ſed contra, q.3.a.4.q. 2.ſed cont. ad Hann.l. 4.d.17.q. 2.a. 1.O. d.22.a.1. 1.2.q.113. a.5.ad 3.& 3.p. q.87. art, 1.

In 4.d.17. q.2.a.3.q. 3. O. a. 4. q.3.O.art. 5.q.3. ſed contrà ad Hann. l.4. d.17. q.2. a.1.ad 1.2.

42. Si quis verò ſcire cupiat quâ de causâ in eam animi ſententiam abiverit S. Thomas? ex aliquot ejus locis facilè poteſt demonſtrari. Videlicet, eò quod nemo certò ſciat an debitam atquè legitimam in excutiendâ conſcientiâ adhibuerit diligentiam, utrum ex motivo ſufficienti doluerit &c.? Atquè adeò niſi aliqua pro non repetendis ex neceſſitate confeſſionibus

præfigatur regula, jure merito ſemper erimus anxii, ſemperquè ad repetendas confeſſiones ſollicitati. Nequè idcircò inferas, velim, ejuſmodi confitentem præcepto confeſſionis feciſſe ſatis, ſed tantummodò ab ulteriore confeſſione excuſatum dicas oportet. In hunc modum diſcurrit de ſatisfactione fictâ in 4. diſt. 15. qu. 1. art. 3. quæſtiunc. 2. ad 2. *Sicut homo*, ſunt ejus verba, *neſcit pro certo utrùm ſatisfecerit.* Et
Cap. 5. v. 5. ideò dicit Eccleſiaſticus, *de propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu*, non tamen exigitur, *quod propter hunc metum ſatisfactionem expletam*
In 4. d. 15. q. 1. a. 3. q. 5. O. d. 17. q. 2. a. 1. q. 1. ad 8. a. 5. q. 2. ad 1. d. 21. q. 2. a. 2. ad 2. *iteret*, ſi conſcientiam peccati mortalis non habet. Quamvis enim pœnam *non expiet per hujuſmodi ſatisfactionem, non tamen incurrit reatum omiſſionis ex ſatisfactione neglectâ: ſicut nec ille qui accedit ad Euchariſtiam ſinè conſcientiâ peccati mortalis, cui ſubjacet, reatum indignæ ſumptionis incurrit.*

Suppl. q. 2. art. 2. 43. Eandem adfert rationem diſt. 17. qu. 2. art. 2. quæſtiunc. 3. ad 2. agens de contritione & peccatis oblitis. *De quolibet*, ait, *mortali peccato homo tenetur ſpecialiter conteri. Si autem invenire non poſſit, ſufficit de eo conteri ſecundùm quod in notitiâ tenetur; & debet homo non ſolùm de peccato, ſed de oblivione ejus dolere, quæ ex negligentiâ contingit. Si autem peccatum omninò à memoriâ excidit, tunc ex impotentiâ faciendi excuſatur à debito, & ſufficit generalis contritio de omni eo in quo Deum offendit. Sed quandò impotentia tollitur, ſicut cum ad memoriam peccatum revocatur, tunc tenetur homo ſpecialiter conteri, ſicut etiam de paupere qui non poteſt ſolvere quod debet, excuſatur, & tamen tenetur cum*

pri-

primùm potuerit. Ad 3. Videatur diſt. 21. q. 2. art. 2. ad Annibald. lib. 4. diſt. 21. art. 3. ad 3. & ſuprà §. 8. object. 6. ad 1.

44. Ad ſecundam confirmationem, reſpondeo locum citatum non eſſe ad propoſitum: non enim agit ibidem S. Thomas de parte ſacramentali aliam ſe priorem cum peccato gravi poſitam ſupponente; ſed agit de contritione, de peccatis ſingulis magis minuſvè diſtinctâ. Oſtendit igitur eo loco contritionem debere ſe ad omnia & ſingula peccata extendere, quorum conſcientiam habemus. Nequè in contrarium obſtat, quod homo in inſtanti ſuæ juſtificationis omnia illa diſtinctè repreſentare nequeat, potiſſimùm ſi plurimorum reum ſe agnoſcat. Etenim ſufficit peccatorum deteſtationem & dolorem fuiſſe ab initio diſtinctè conceptum, atquè minimè fuiſſe retractatum: illa enim diſtincta contritio ab initio concepta moraliter & virtualiter perſeverare cenſetur in aliâ ſubſequente minùs quidem explicitâ, virtualiter nihilominùs pugnante cum ſingulis peccatis, adeoquè eundem finem, eundemquè effectum habente cum priore explicitâ. Ex ipſamet objectione lucem mutuemur. *Videtur, quod non requiratur de ſingulis peccatis mortalibus contritio. Eſt enim motus contritionis in juſtificatione in inſtanti, ſed in inſtanti non poteſt homo recogitare ſingula peccata. Ergò non oportet quod ſit contritio de ſingulis.* Audiamus & ipſam reſponſionem. *Contritio poteſt dupliciter conſiderari, ſcilicet quantùm ad ſui principium, & quantum ad terminum. Et dico principium contritionis eſſe cogitationem quâ quis cogitat de peccato & dolet & ſi non dolore* Suppl. q. 3. art. 3. in 4. q. 17. q. 2. art. 3. q. 3. O. ad 2.

contri-

Digitized by Google

contritionis, ſaltem dolore attritionis : terminus autem contritionis eſt quando dolor ille jam gratiâ informatur. Quantum ergo ad principium contritionis &c. Ut ſuprà n. 30. Catechiſ.n. 51.

45. Magnoperè hęc duo inter ſe differunt; ſc. pœnitentem ſuam juſtificationem per actus bo-
Ad Hannib. lib. 4. diſt. 17. q. 2. art. 1. O. ad 1. nos, etſi informes, adoriri : v. g. per actus fidei, ſpei, timoris, contritionis de peccatis imperfectæ, ſed explicitæ; atquè poſtmodùm juſtificationem mediante Sacramento per actum æquè vel magis perfectum, tametſi de iiſdem peccatis minùs explicitum aſſequi. Et contendere contritionem confeſſione fictâ & ſacrilegâ annis fortaſſis viginti poſteriorem, unum facere cum prædictâ confeſſione; quæ tunc non ampliùs exiſtit, nequè dum exiſtebat ullam cum contritione futurâ habebat relationem, ut potè quæ illam nec intenderit, quinimmò omnem in poſterum fortè excluſerit, ut ſuprà advertimus. Deindè, quamvis contritio implicet votum confitendi, unum tamen non dicitur facere cum confeſſione annis viginti ſe poſteriore. Accedit quod illo ipſo argumentandi modo utens, probarem quod ſatisfactio ſacramentalis, ex toto vel ex parte in peccato per acta, accedente poſthac gratiâ, etiam reviviſceret, quod tamen negat S. Thomas. Probarem ſimiliter ſumptio-
In 4. diſt. 23. q. 1. a. 1. q. 1. O. Trid. ſeſſ. 6. c. 6. ſeſſ. 14. c. 4. nem corporis Chriſti ſacrilegam, formatam exindè evadere per ſumptionem alterius ſpeciei in gratiâ, ſuppoſitâ ſententiâ aſſerente plus gratiæ accedere per ſumptionem utriuſquè ſpeciei, quam per unius ſumptionem.

46. Tertia confirmatio nullam patitur difficultatem, immò noſtram probat ſententiam.

Demon-

Demonſtrat etenim eo loco Doctor Angelicus Sacramentum Extremæ-Unctionis gratiam cauſare; neque quidquam obſtare quod partibus conſtet pluribus ſibi invicem ſuccedentibus. Quamvis enim omnes actu & ſimul non exiſtant dum gratia producitur, nihilominùs quià priùs omnes extiterunt, & quidem ordinatè (ut ſupponitur) per conſequens effectum communem attingunt per partem ultimam, velut per omnium virtutem. Verba objectionis clariùs totum elucidabunt. *Remiſſio*, inquit, *peccatorum non fit ſucceſſivè, ſed in inſtanti: ſed Extrema-Unctio non fit tota ſimul, quià plures unctiones requiruntur. Ergò ejus effectus non eſt remiſſio peccatorum*. Nemo dubitat, Sacramentum, quodcumquè illud ſit, quoad ſuas partes ritè coördinatum, quantum eſt de ſe, effectum inducere: hoc enim nimis clarè revincitur ex Tridentino ſeſſ. 7. can. 7 his verbis. *Si quis dixerit non dari gratiam per hujuſmodi Sacramenta ſemper & omnibus, quantum eſt ex parte Dei, etiamſi ea ritè ſuſcipiant, ſed aliquandò & aliquibus, Anathema ſit* Undè ſi tantummodò id velit Author nobis adverſus, ipſi libentes lubenteſquè ſubſcribimus. Videatur & ſeſſ. 14. cap. 3. cit. num. 39. S. Thom. in 4. diſt. 23. qu. 1. art. 1. q. 2. O. art. 4. qu. 3. ad 3. & 3. p. q. 60. art. 8. ad 3. qu. 75. art. 7. ad 3. Eſtius in 4. diſt. 15. §. 2. ad 10.

47. Igitur impræſentiarum reſtat tantùm nobis inveſtigandum; quem ordinem ſervare debeant partes Sacramenti pœnitentiæ, atquè adeò quænam ſit prima, quę ſecunda, quę ultima? Omninò enim arbitramur Adverſarium

non

non admiſſurum, quod materia Extremæ-Unctionis, quę eſt oleum olivę benedictum per Epiſcopum, poſſit hodie infirmo applicari, & poſt annos triginta poſſit forma proferri, vel quod poſſit benedictio epiſcopalis tempore præcedere ipſum oleum, vel quod poſſit Epiſcopus oleum quantumlibet loco diſtans benedicere, vel deniquè quod poſſit ad arbitrium fieri partium ſacramentalium diſpoſitio. Sicut ergò aliquis ordo, & modus ſervandus eſt in hoc & aliis Sacramentis; ità ſimiliter dicendum eſt de pœnitentiæ Sacramento. Sed ut nihil ampliùs à me ipſo proferam, audiamus Concilia. *Quartum Sacramentum*, ait Florentinum, *eſt pœnitentia, cujus quaſi materia ſunt actus pœnitentis, qui in tres diſtinguntur partes, quarum prima eſt cordis contritio &c. Secunda eſt oris confeſsio &c. Contritio*, Trid. ſeſſ. 14. cap. 4. *quæ primum locum inter dictos pœnitentis actus habet &c. Quartum Sacramentum*. S. Thom opuſc. 5. *cujus quaſi materia ſunt actus pœnitentis, qui dicuntur tres pœnitentiæ partes: quarum prima eſt cordis contritio &c. Secunda pars eſt oris confeſſio* &c. Eſtius in 4. diſt. 15. §. 2. ad 7.

48. Ordinem partium prædictum paſſim tradit Doctor Angelicus, eumquè eſſe ſervandum multis ac apertis verbis declarat. *Deo*, inquit in 4. d. 14. q. 1. a. 1. q. 6. O. *qui intuetur cor, oportet quod incipiat recompenſatio fieri in ipſo cordis affectu &c. Conceptio*, a. 2. q. 1. ad 2. *propriè dicitur generatio alicujus intrà uterum. Et quià primum eſſe pœnitentiæ eſt in corde, poſteà autem prodit exteriùs per confeſsionem & ſatisfactionem, ideò ut ejus primam originem deſignaret,*

gnaret, *dicit*, *quod concipitur timore. Pœnitentiæ Sacramentum*, diſt. 16. quæſt. 1. art. 1. qu. 3. O. *ſecundùm rationem ſpeciei ſuæ ex his tribus integratur*, *& una eſt prior alterâ ſecundùm naturam: & quandoquè etiam ſecundùm tempus*, *eò quod actuum humanorum*, *qui ſunt in pœnitentiâ materiales*, *non eſt totum eſſe ſimul*, *ſed ſuccedunt ſibi invicem*: *ſed quandoquè plures eorum*, *quorum unus eſt altero prior per naturam*, *ſunt ſimul tempore*. Quæſtiunc. 4. O. diſt. 21. qu. 2. art. 2 O. & ad 2. diſt. 22. q. 2. art. 1. q. 2. O.

49. Non minùs faciunt pro dicto ordine de neceſſitate ſervando loca ſequentia. *Cum pœnitentia*, diſt. 14. qu. 1. art. 4. quæſt. 1. O. *ſit virtus*, & ſecundùm quod eſt Sacramentum non ſe extendat ultrà actum virtutis. *Pœnitentia* diſt. 17. qu. 2. art. 2. qu. 3. ſed contrà *non eſt aliquorum*, *quorum non ſit contritio*, quę eſt prima pars ejus. *Contritio*, quæſt. 3 art. 2. q. 3. ad 3. *eſt prima pœnitentiæ pars* efficaciam aliis partibus præbens. *Requiritur*, 3. p. q. 90. a. 2. O. *ex parte pœnitentis primò quidem voluntas recompenſandi*, *quod fit per contritionem &c. Una pars integralis*, art. 3. ad 2. *poteſt continere totum*, *licet non ſecundum eſſentiam*: *fundamentum enim quodammodò virtute continet totum ædificium*. Et hoc modo contritio continet virtute totam pœnitentiam. *Omnes*, ad 3. *partes integrales habent ordinem quemdam ad invicem*: *ſed quædam habent ordinem tantum in ſitu*; *ſivè conſequenter ſe habeant*, *ſicut partes exercitus*, *ſivè ſe tangant &c. Quædam verò habent inſuper ordinem virtutis*: *ſicut partes animalis*, *quarum prima virtute eſt cor*, *& aliæ quodam ordine virtutis dependent*

pendent ab invicem. Tertio modo ordinantur ordine temporis ſicut partes temporis & motus &c. Partes igitur pœnitentiæ habent ad invicem ordinem virtutis & temporis, *quià ſunt actus.* His accedat & ipſe Catechiſmus de pœnit. Sacram. num. 20. *Adeò*, ait, *hæ partes inter ſe connexæ ſunt, ut contritio confitendi, & ſatisfaciendi conſilium, & propoſitum incluſum habeat; confeſſionem contritio, & ſatisfaciendi voluntas, ſatisfactionem verò duæ aliæ antecedant.* Num. 21. & S. Thom. 3. part qu. 86. art. 6. qu. 88. art. 2. O. qu. 89. art. 1. ad 2. in 4. diſt. 14. qu. 1. art. 2. qu. 3. diſt. 16. qu. 1. art. 1. qu. 1. & 2. art. 2. qu. 3. diſt. 17. qu. 1. art. 3. q. 3. O. qu. 3. art. 2. qu. 1. ad 2. diſt. 18. qu. 1. art. 4. qu. 1.

50. Ecce ordo quem nobis præfigunt Concilia, SS. Patres, Eccleſiarum ritualia; eumquè eſſe omninò ſequendum ſatis convincunt jam allegata; videlicet eò quod contritio comparetur fundamento, cordi, tempori, conceptioni &c. Exempla enim præfata alium ſenſum, aliumvè ordinem admittere nequeunt præter illum ipſum connaturalem ſibi ipſis debitum. Conceptio utiquè præcedit neceſſariò generationem, fundamentum abſolutè prærequiritur & præſupponitur reliquis ædificii partibus &c. Undè, ut antè diximus, quemadmodùm miniſter baptizare nequit aquâ non exiſtente; ità ſacerdos abſolvere nequit peccatorem contritione carentem: cum ſupponatur tam eſſe de eſſentiâ Sacramenti pœnitentię ipſa contritio, quam ſit aqua de eſſentiâ Baptiſmi; cum hoc equidem diſcrimine, quod aqua non neceſſariò debeat ab ipſo baptizando miniſtrari, & quod ipſa ſit ſolum-

In 4. diſt. 16. q. 1. a. 1. q. 1. ad 2. diſt. 17. q. 2. art. 5. q. 1. O. & 3. p. q. 84. a. 1. q. 86. a. 4. ad 3.

ſolummodò pars & materia. Ipſa verò contritio debeat procedere ab ipſo reconciliando, eaquè ſit non tantummodò pars ſed etiam & diſpoſitio. Deindè etiamſi contritio gratis, (hoc enim negamus) ſupponeretur eſſe ſolummodò diſpoſitio, & non pars, ut videtur aliquoties velle S. Thomas, dum reponit rationem partis in ſignis ſenſibilibus? hoc non juvaret Adverſarium; cum enim etiam eo caſu, contritionis defectus omnem Sacramenti effectûm impediret, per conſequens denuò repetendum eſſet, ut res patet in Communione ſacrilegâ, ſatisfactione fictâ &c. in 4. diſt. 14. quæſt. 1. art. 1. quæſtiunc. 2. O. ad 1. Videatur §. 2. ſuprà num. 10. pag. 79. & hîc num. 28.

In 4. diſt. 7. q. 1. a. 2. qu. 1. O. Diſt. 14. q. 1. a. 1. q. 1. ad 1. Diſt. 22. q. 2. art. 1. q. 1. 2. O. Diſt. 26. q. 2. a. 1. art. 3. ad 2. ad Hannib. lib. 4. diſt. 16. art. 1. ad 1. 3. p. q. 84. a. 1. O. ad 3.

51. Nequè his obſtat quod ſatisfactio poſſit præcedere vel ſequi abſolutionem. Nam primò retorqueri poteſt objectio; ſatisfactio non poteſt eſſe prior ipsâ contritione, ſed requiritur ut abſolutè eam ſequatur, ergò ſimiliter confeſſio, à paritate rationis. Reſpondetur ſecundò, quod ſatisfactio, quæ præcedit abſolutionem, poſſit ſuum finem, unum vel multiplicem aſſequi; confeſſio autem quæ eſt contritione prior, nullum effectum bonum inducere poteſt. Reſpondetur tertiò, argumentum nimium probare, videlicet confeſſionem poſſe poſtponi abſolutioni, ſicut ſatisfactio poteſt laudabiliter & licitè adimpleri poſt collatam abſolutionem.

Lib. 4. ad Hann. diſt. 15. art. 2. ad 4. in 4. d. 15. q. 1. art. 3. q. 3. ad 1.

Collige ex jam dictis, comparationem (de quâ n. 29.) Sacramenti pœnitentiæ cum corpore humano eſſe contrà Adverſarium; corpus enim humanum non conflatur ex partibus quomodocumquè diſpoſitis vel generatis; ſed cor, cui

cui comparatur contritio, ordinem virtutis, ordinemquè temporis habet, ut benè probat S. Thomas ſuprà. Videatur Catechiſmus nu. 20. 61. 62. S. Thom. 1. part. quæſt. 75. art. 1. Q. & 1. 2. qu. 17. art. 9. ad 2. & 2. 2. qu. 4. art. 7. ad 4. qu. 122. art. 2. & 3. part. quæſt. 85. art. 3. ad 1. in 4. diſt. 14. qu. 1. art. 1. art. 3. qu. 3. ad 1. diſt. 18. qu. 1. art. 4. qu. 4. O. Eſtius in 4. diſt. 15. §. 2. ad 7. & ſequent. Item §. 7. ſuprà num. 19. & 29.

52. Quarta confirmatio nullam etiam habet difficultatem; Baptiſmus ſiquidem totus eſt ab extrinſecò, opus Dei eſt, vivus ſemper eſt, ſanctus, ſuumquè etiam eo caſu proximum ſortitur effectum, qui in homine indelebiliter permanet. Confeſſio verò ſacrilega nullum effectum bonum inducere valet, aliaquè jam allegata ipſi minimè competunt. *Non Sacramenta Christiana*, ait Auguſtinus epiſt. 48. fol. 39. c. agens de Baptiſmate in hæreſi recepto aut collato, *faciunt te hæreticum, ſed prava diſſenſio. Non propter malum quod proceſſit ex te, negandum eſt bonum quod remanſit in te, quod malo tuo habes &c. Baptiſmus qui nunc datur, ideò pariter valet in eis quibus datur quamvis ſint imparis meriti per quos datur, quià Chriſti eſt, & non eorum à quibus miniſtratur &c. Inter Baptiſmum autem Chriſti, quem dedit Apoſtolus, & Baptiſmum Chriſti quem dat Hæreticus, nihil intereſt.* Agnoſcitur enim Sacramentorum ſpecies æqualis, etiam cum magna differentia eſt in hominum meritis. *Sacramenta tamen*, lib. 3. contrà Donat. cap. 15. *ſi eadem ſunt*, ubiquè integra ſunt. *Baptiſmum tamen Chriſti*, lib. 5.

cap. 4. *per ſeipſum* reverendiſſimum atquè ſanctiſſimum *eſſe poſſe credamus.* S. Thomas in 4. diſtinctione 7. quæſtione 1. articulo 2. quæſt. 1. O.

53. Quapropter non ſatis ſe expedit Adverſarius, dicendo peccatorem ſex peccatorum mortalium reum, in quibus vult permanere, ſufficienter ſe accuſare ad ſatisfaciendum præcepto confeſſionis, illa ſex tantummodò declarando: Nequè ex eo capite peccare; ſed ſolummodò quod ea abſquè voluntate ſe emendandi confiteatur. Enimverò, ut ſuprà indicavimus, ejuſmodi pœnitens duplici ex capite peccat: videlicet & quod fictionem, cum aliis pecc tis in ejus animâ exiſtentem, declarare nolit; & quod in iſtiuſmodi ſtatu abſolutionem recipiat. Fatendum equidem eum non ex eo præcisè peccare, quod ſex peccata mortalia confiteatur; aliàs quicumquè ſex mortalia confiteretur, etiam peccaret; quod indubiè falſum eſt. Sed idcircò peccare dicimus, quod cum ſeptem habeat, ſex ſolùm declaret, eoquè modo confeſſionem imperfectam & inadæquatam faciat. Deindè benè eſt aliud, Confeſſionem eſſe integram quoad ſe & ſua componentia; & aliud, eandem eſſe ſalutiferam; ut etiam patet in recitatione horarum canonicarum integrâ, ſed factâ cum diſtractione voluntariâ; in reſtitutione rei alienæ, integræ quidem, ſed totaliter inutilis aut noxiæ effectæ, in communione ſacrilegâ, ſatisfactione fictâ &c. Cur autem recitans horas voluntariè diſtractus debeat eas repetere, & quarè reſtituens ex pravo fine non teneatur denuò reſtituere, cum uterquè

peccaverit? Videat ſi placet, §. 1. num. 5. ſect. 2. pag. 27. & ſect. 4. §. 2. n. 5. pag. 75. Append. 2. num. 11. pag. 91. §. 7. num. 15. & S. Thom. 2. 2. quæſt. 4. art. 3. O. quæſt. 122. art. 2. ad 1. & 3. part. quæſt. 64. artic. 6. quæſt. 86. art. 3. ad 4.

54. Minimè etiam ſatisfacit Adverſarius per ſuam diſtinctionem & reflexionem quam facit ſuper *ly memoria:* ſuprà namquè oſtendimus contritionem & confeſſionem debere ſe adæquare, confitenda eſſe omnia & ſingula peccata quorum conſcientiam habemus, nos Confeſſario Dei vices gerenti, debere tales exhibere, quales nos ipſos cognoſcimus; quæ omnia reflexionem & effugium prædictum non patiuntur. Deindè dato, non conceſſo, quod Concilia & Patres hanc materiam examinantes, per *ly memoriam* intellexerint præteritorum reminiſcentiam; non ideò quidquam ſibi conficiet pars nobis adverſa. Concilia enim ac ſancti Patres agunt de pœnitentiâ verâ, feriâ & quâ ad placandum Deum, noſtramquè reconciliationem obtinendam ex animo allaboramus: non autem intendunt agere de fictâ & ſacrilegâ, niſi ut eam funditùs evertant; atquè adeò memoria ad hunc ſenſum & finem uſurpata, procul dubio eſt tantùm præteritorum, ut rectè monet objectio. Negari nihilominùs nequit, præciſiùs fuiſſe locutos dictos Patres ac Concilia, dum naturam & integritatem confeſſionis explicandam ſuſceperunt, ut ex ſuprà dictis clarum evadit. Poſtremò reperitur quandoquè apud S. Thomam *memoria & cognitio* pro eodem, ut in 4. diſt. 16. quæſt. 2. art. 2. quæſtiune.

2. O.

2. O. his verbis *Nec iterum requiritur quod ſemper ſit actualis contritio, quia ſequeretur, quod peccatum quod quis in memoriâ, vel cognitione non habet, remitti non poſſet. Memoria*, diſtinct. 17. quæſt. 2. art. 1. quæſtiunc. 1 ad 1, *qua eſt in intellectivâ parte, non eſt tantum præteritorum, ſed etiam præſentium. Qui confitetur*, diſt. 21 q. 2. art 2. ſed contrà, *omnia quæ ſcit, accedit ad Deum, quantum poteſt. plus autem ab eo requiri non poteſt Ergo non confunditur, ut repulſam patiatur, ſed veniam conſequitur. Ille qui confitetur veniam conſequitur niſi ſit fictus: ſed ille, qui confitetur omnia peccata, quæ* in memoriâ habet. *& oblitus eſt aliquorum, non ex hoc eſt fictus, quià ignorantiam facti patitur, quæ à peccato excuſat Ergò veniam conſequitur, & ſic peccata oblita ſibi relaxantur, cum impium ſit à Deo dimidiam ſperare veniam.* Clarum eſt S. Thomam ibi ſumere promiſcuè & pro eodem *ly ſcit*, & *ly in memoriâ.* Idem habet lib. 4. ad Hannib. diſt. 21. art. 3. ſed contrà.

55. Quinta confirmatio, inter alia, hoc abſurdum habet, quod contrà unanimem Theologorum ſententiam, contrà communiſſimum fidelium ſenſum, contra Ritualia, Catechiſmum, Concilia, ipſum quoquè Doctorem Angelicum, arbitrariam partium ſacramentalium invehat diſpoſitionem; velitquè ut in re tanti momenti, ut potè ſalutem æternam concernente, prætermiſſis ſimul & neglectis his authoritatibus, homini prorſùs ignoto, omniquè approbatione deſtituto, fidem ſecuri adhibeamus; cum tamen tam apertè contrarium ſtatuat Tridentinum ſeſſione quartâ,

Primus diſcendi ardor, nobilitas eſt magiſtri. Ambr. l. 2. de Virginibus ſub init.

ac idipſum tam operosè commendet Apoſtolus ad Hebræos 13. verſ. 7. *Mementote*, inquit, *præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei.* &c. *doctrinis variis & peregrinis nolite abduci* &c. *obedite præpoſitis veſtris & ſubjacete eis. Ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri.* Illos igitur audiamus oportet; eorumquè doctrinæ paſſim receptæ inſiſtamus, nequè contendamus poſſe verè & utiliter pœnitentiam inchoari ab operibus mortuis, hoc eſt, à confeſſione impiâ & ſacrilegâ; ſivè factâ cum voluntate determinatâ permanendi in prioribus peccatis. *Non rursùm*, ait Apoſt. cap. 6. verſ. 1. *jacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis.* Quæ verba in hunc modum intelligit S. Th. in ſuo commentario lect. 1. „ Multum ſignanter, *inquit*, ordinat „ iſta Apoſtolus. Sicut enim viâ generationis „ & cujuſcumquè motus, prius eſt receſſus à „ termino à quo, & poſt acceſſus ad terminum „ ad quem, itá dicit hîc, quià pœnitentia eſt receſſus à peccato, & ſic eſt quaſi *quoddam* „ *fundamentum in iſtâ vitâ.* Nemo enim ſecundùm Auguſt. ſuæ voluntatis arbiter *poteſt* „ *novam vitam inchoäre, niſi pœniteat eum præterita* &c. „ Eandem doctrinam habet 3. p. quæſt. 84. art. 6 ad 2. *Pœnitentia* &c. *eſt fundamentum in ſecundâ reædificatione, quæ fit per deſtructionem peccati; nam primò redeuntibus ad Deum occurrit pœnitentia. Nondum*, art. 7. ad 2. *erat inſtituta poteſtas clavium, quæ à paſſione Chriſti derivatur: & per conſequens* nondùm erat inſtitutum, quod aliquis doleret de peccato cum propoſito ſubjiciendi ſe per confeſſio-

De pœnit. medicinâ c. 2. tom. 9. fol. 220. g.

confeſſionem & ſatisfactionem clavibus Eccleſiæ, *ſub ſpe conſequendæ veniæ virtute paſſionis Chriſti.* In 4. diſt. 14. qu. 1. art. 2. qu. 3. ſed contrà & O. & 3. part. quæſt. 68. art. 4. quæſt. 84. art. 3.

56. Quapropter inaniter laboramus, dum tales pœnitentes ceteris pœnitentibus annumerare annitimur; ſequenda eſt Chriſti inſtitutio, quæ eſt, ut jam audivimus, ut primùm doleamus, dein confiteamur & ſatisfaciamus. Eo modo pœnitentiam inchoämus, & perficimus, quoniam peccatorum dolor & deteſtatio hominem pœnitentem facit, confeſſio autem ficta & ſacrilega, hominem peccatorem & ſacrilegum efficit. *Pœnitentes*, inquit Auguſt. homil. 41. *pœnitentes, pœnitentes, ſi tamen eſtis pœnitentes, & non eſtis irridentes, mutate vitam, reconciliamini Deo, & vos cum catena paſcetis.* *Qua, inquis, catena?* quæ ligaveris in terrâ Matth. 16.
erunt ligata & in cœlo. *Audis ligaturam, &* v. 19.
Deo putas facere impoſturam? pœnitentiam agis, genua figis, & rides & ſubſannas patientiam Dei. Si pœnitens es, pœnitet te: ſi non pœnitet, pœnitens non es &c. *Sunt autem*, Greg. Magn. lib. 2. cap. 3. in 1. Reg. cap. 2. verſ. 36. *Nonnulli qui ſe & de nequitiâ accuſant criminis, & pravitatem non corrigunt voluntatis. Quià vera converſio in ore non accipitur, ſed in corde, converti enim ſimul verti eſt. Peccatum*, lib. 6. in cap. 15. verſ. 30. *quod diligitur, confitendo minimè deletur. Nonnulli quidem ſunt, qui peccata confitendo aperiunt, ſed non convertendo, nequaquam deteſtantur, qui profectò confitendo nihil agunt. Quidam*, lib. de verâ & falsâ pœnitentiâ

 apud

apud Auguſt. cap. 15. *uni celant. qua aliis manifeſtanda reſervant. quod eſt ſe laudare, & ad hypocriſim tendere*, & ſemper veniâ carere, *ad quam per fruſta putat totam pervenire.* S. Thom. in 4. diſt. 17. q. 3. art. 4. q. 2. ſed contrà, 3. p. qu. 86. art. 3. ad 4.

57. Nihilominus juxtà ſententiam oppoſitam, peccatores fictè & tantummodò extrinſecè pœnitentes, eſſent verè pœnitentes, in quantum ſcilicet, ponerent aliquam partem veræ pœnitentiæ, nempè ipſam confeſſionem: quæ cum ceteris Sacramenti partibus exindè ſubſerviret & ad conſtruendum integrum Sacramentum, & ad inducendam perfectam & abſolutam peccatorum remiſſionem; ſicut ab alterâ parte internâ habitâ, verè pœnitentes appellantur; illa tamen non eſt id ſolùm quod poſtulat Chriſtiana pœnitentia. Undè agerent plurimum iſtiuſmodi pœnitentes; ſatisfacerent enim præcepto confeſſionis, inciperent pœnitere, & quidem utiliter, ut jam diximus; quod etiam hoc exemplo demonſtro. Architectus v.g. cenſetur agere utiliter negotium ſuum & Domini, ſi obligatus ad ædificium conſtruendum, fundamenta jaciat in ſe bona & ſolida, in eo ſolummodò Domino diſplicens, quod illud faciat eo tempore quo ipſe prohibuerat. Undè quoad hoc ſatisfecit, ut oſtendimus § 2 num. 3. pag. 74 Idem dicendum de Baptimo ficto, fide informi, quæ remanent in homine. & quibus, accedente juſtificatione, tota ædificii ſpiritualis moles innititur; ex quo fit ut ea fruſtranea minimè dici queant. Videatur in 4. d. 15. qu. 1. a. 3. q. 1. ad 2.

2.2.q.4.a. 4.& ſeq.q. 6.art.2.q. 16.a.1.ad 1.qu.122. art.2.

58. Poſt

Digitized by Google

58. Poſtremò Adverſarius pro certo quaſi ſupponit illud, quod tamen maximè in quæſtionem vertitur; videlicet an dari poſſit contritio quæ voluntatem excludat reconfitendi peccata, olim cum fictione lethaliter culpabili confeſſa. Si enim juxtà divinam & præſentem ordinationem dabilis non ſit? totum argumentum corruit. *Tenetur*, inquit S. Thom. in 4. diſt. 17. qu. 2. art. 5. qu. 2. ad 1. *confiteri & ſatisfacere, maximè cum contritio vera non fuerit, niſi propoſitum confitendi habuiſſet annexum, quod debet ad effectum deduci etiam propter præceptum quod eſt de confeſsione datum.* Quæſt. 3. art. 1. qu. 1. O.

Fruſtrà nobis in eo plaudimus, cujus mandata nō facimus. De pœnit. diſt. 2. cap. 40. Si enim.

59. Sexta confirmatio ſolùm vera eſt, cum confeſſionis nullitas pœnitenti ſit occulta, non autem aliter. Si enim poſtmodùm confeſſionis nullitatem cognoſcat? tenetur eam iterare. Undè tantùm abeſt ut argumentum hoc, ipſi proſit Adverſario; quinimò directè facit contrà ipſum, prout & alio exemplo confirmari poteſt. Quemadmodùm enim ille qui ſui Baptiſmi nullitatem ignorat, ſtante illâ ignorantiâ inculpatâ, à Baptiſmo quidem repetendo excuſatur, ſed non ideò præcepto Baptiſmi ſatisfeciſſe dicendus eſt, cum, ſi id poſteà reſciat, ſit rebaptizandus. Ità ſimiliter, qui ſuæ confeſſionis invaliditatem ignorat, à ſecundâ confeſſione equidem excuſatur ob illam ignorantiam invincibilem, ſed non idcircò præcepto confeſſionis ſatisfeciſſe credimus, à paritate rationis. Videatur de Conſecrat. diſt. 4. cap. 112. Cum itaquè.

60. Ex quibus omnibus, colligimus ſimul

& admittimus verum eſſe, quod cognoſcere confeſſionem ut fictam, & eandem non cognoſcere ut talem, ſint duo planè & re, & moraliter diverſa: at confeſſio ficta & confeſſio invalida ſaltem in genere moris eadem reputantur, ut jam oſtendimus. Si verò replicet Adverſarius, dicatquè ſe agere non de quacumquè baptiſmi fictione, ſed ſolummodò de eâ quæ effectui Sacramenti primario, hoc eſt, gratiæ ſanctificanti opponitur? Reſpond. objectionem tunc minimè fore ad propoſitum: Baptiſmus ſiquidem taliter fictus, ſuum proximum ſortitur effectum, ipſiquè animæ inhæret indelebiliter; illa autem confeſſio tota præteriit, nullumquè bonum poſt ſe reliquit effectum. Aug. lib. 5. contrà Donat. cap. 15.

61. Admittimus inſuper, quod ſicut ille qui ſui baptiſmi nullitatem ignorat inculpabiliter, per pœnitentiam charitate formatam ſalvari poteſt. Ità qui ignorat confeſſionis ſuæ invaliditatem, ſalvari poteſt per pœnitentiam aliam gratiâ formatam: cum hac equidem differentiâ, quod pœnitentia quæ baptiſmum præcedit, ſit tantummodò actus virtutis, nequè omnem baptiſmi effectum inducere valeat, non enim producere poteſt characterem. At pœnitentia ſequens confeſſionem nullam, vel eſt, vel eſſe poteſt Sacramentum, ipſumquè inducit effectum, quem præcedens confeſſio cauſaſſet, ſi virtuoſa & utilis fuiſſet: effectus enim pœnitentiæ, juxtà Trid. ſeſſ. 14. c. 3. eſt ipſa cum Deo reconciliatio; quod & anteà tradiderat S. Thom. in 4 diſt. 14. qu. 1. art. 1. qu. 4. ad 2. his verbis. *Pœnitentia quamvis non habeat Deum*

pro

pro objecto, habet tamen Deum pro fine proximo, quià ad hoc in peccata commiſſa deſtruenda movetur, ut Deo reconcilietur. 2. 2. quæſt. 3. art. 1. ad 1.

62. Dices, ſi verum eſt, prout jam dictum eſt, quod confeſſio fructuoſa, confeſſionis prioris invalidæ efficientiam ſuppleat, quam ob cauſam teneor denuò confiteri, etiam poſt aliquot bonas & utiles confeſſiones factas, ſi nempè tunc temporis confeſſionis quondam factæ nullitas deprehendatur? Videtur hoc repugnare Auguſtino lib. 5. contrà Donat. cap. 9. ubi ità de baptiſmate Joannis loquitur. *Si in Joanne finis eſſet, poſt Joannis Baptiſma, Chriſti baptiſmate opus non eſſet.* Deindè etiam contrariatur dictis ſect. 3. §. 1. ſect 4 §. 1. & 2. num. 14. & 15. pag 81.

Reſpondeo, ideò debere confeſſionem repeti; quià peccata in eâ declarata, numquam fuere directè remiſſa. Non enim id actum eſt per ipſam, quoniam ſupponitur invalida & ficta. Nequè etiam id obtentum eſt per illam ſecundam virtuoſam & utilem: in eâ enim peccata ipſius confeſſionis fictæ, nec declaravit, nec declaranda eſſe credidit pœnitens, atquè adeò nec directè ea confeſſarius abſolvere voluit, prout adhuc num. 36 diximus. Illud igitur ſolummodò effectum eſt *ex conſequenti*, ut in ſimili loquitur S. Thomas libro 4. ad Hannibald. diſtinct. 23. quæſt. 1. art. 3. ad 1. *propter collationem gratiæ quæ confertur in eo, cum quâ non poteſt eſſe peccatum.* Et ſuprà num. 54. in fine.

63. Deniquè quamvis admitteretur quod

confeſſionis

confeſſionis fictæ peccata per ſecundam abſolutionem fuerint directè remiſſa: nihilominùs adhuc eſſet iteranda ficta illa confeſſio, ſi poſthac talis fuiſſe reſciatur. Ratio ejus eſt, quod illa peccata, efficaciter ſimul & ſpecialiter, clavibus numquam fuerint ſubjecta, ut res eſt
In 4. diſt. 17. q. 3. a. 3. q. 1. clara. Prima enim confeſſio, ut potè ficta, omnem clavium vim impedivit; ergò non ſeſe efficaciter eiſdem ſubjecit dicta confeſſio. Secunda autem, nullam de confeſſione fictâ fecit mentionem, ut ſupponitur. Ad hoc verò ut quis ſit perfectè liberatus ab omni ulteriore obligatione confitendi, debet omnia ſua peccata efficaciter & ſpecialiter ſubjeciſſe clavibus, ut ampliùs oſtendetur infrà num. 66. & apertis verbis declarat D. Thomas lib. 4. ad Hannib. diſt. 21. art. 3. ad 3. *Ratio*, inquit, *quâ in confeſſione generali peccata oblita dimittuntur, eſt, quia Deus non requirit ab homine plus quam poſſit, peccata autem confiteri ſpecialiter non eſt in poteſtate hominis; ſed generaliter tantùm, ideò per confeſſionem generalem Deus peccata oblita dimittit. Ceſſante autem impotentiâ requiritur ſpecialis confeſſio. In eo verò qui reducit ad memoriam, ceſſat jam impotentia, & ideò requiritur ſpecialis confeſſio.* In 4. diſt. 23. qu. 1. art. 4. qu. 2. ad 1.

64. Inſtabis, non eſt mirum quod ille, qui per contritionem vel confeſſionem generalem & implicitam fuit juſtificatus, teneatur accedente peccatorum omiſſorum notitiâ, explicitam de illis elicere contritionem, vel quod de iiſdem diſtinctam debeat confeſſionem facere: nullam enim explicitam ſupponit

ponit peregiſſe S. Thomas; At in caſu controverſo, explicitam quamvis ſacrilegam, ſupponitur confeſſionem feciſſe.

Reſpondeo, ille, qui pœnitentiam interiorem ſuorum peccatorum habet explicitam, ſed ſterilem & aridam, qualis deputatur pœnitentia Eſau, Antiochi, Hæreticorum, damnatorum, & ſimilium non ſatisfacit præcepto pœnitentiæ. Ergò neque ſatisfacit per pœnitentiam exteriorem fictam & ſacrilegam A paritate rationis. *Arborem fici* inquit Auguſt in Pſalm 31. verſ. 1. enarrat 2. *quando vidit Chriſtus, maledixit, & aruit Vidit, inquit ſola folia, id eſt, ſola verba abſque fructu: areſcat, inquit, ut nec folia habeat Ut quid & verba tollit? arbor arida enim, nec folia habere poteſt. Sic ergò erant Iudæi, Phariſæi &c. qui nolunt confiteri peccata ſua, laborant ſine causâ in defenſione peccatorum ſuorum jactantes merita ſua non videntes iniquitates ſuas, tantò plus robur eorum & fortitudo deficit Ille enim fortis eſt, qui non in ſe ſed in Deo fortis eſt &c. Deus ergò tegat vulnera, non tu. Nam ſi tu tegere volueris erubeſcens, medicus non curabit &c.* Legatur S. Thom in 4. diſt. 18. quæſt 1. art. 4 qu. 1. O. Trid. ſeſſ 14. cap. 5.

In 4.d.14. q.2. a.1.q. 1.ad 3. d. 20. q.1. a. 1.q.1.ad 1. & 3. p. q. 86. art. 1.

Matth. 21, v. 19.

65. Ex his deducitur multiplicem diſtingui poſſe pœnitentiam, tam internam quam externam. Datur enim pœnitentia ficta, tum explicita. tum implicita & generalis. Similiter virtuoſa, alia eſt peccatorum ſpecialis & diſtincta: alia verò generalis & confuſa. Per pœnitentiam fictam, ſivè internam, ſivè externam, ſivè ſpecialem, ſivè generalem, nullo

modo

modo pœnitentiæ præceptum adimpletur. Per pœnitentiam autem virtuoſam, implicitam & formaliter ut talem, quoad peccata omiſſa quamvis per eam deleta, abſolutè & ſimpliciter loquendo, non omne pœnitentiæ præceptum impletur, quoniam remanet tum contritionis, tum confeſſionis de illis ſpeciatim peragendæ obligatio, caſu quo poſtmodùm in memoriam veniant: non ut eorum remiſſio obtineatur, ſi jam remiſſa ſint; ſed ut habita conſervetur, aut ut novo & ſpeciali modo per alterius pœnitentiæ effectionem impetretur; ſervandæ utiquè ſunt reconciliationis leges. Undè ejuſmodi juſtificatis & reconciliatis applicari poteſt illud Luc. 15. verſ. 14. *Vade, oſtende te ſacerdoti, & offer pro emundatione tuâ.* Sola igitur virtuoſa & utilis pœnitentia mortalium interior ac diſtincta, confeſſioni eam explicanti conjuncta, atquè abſolutione efficaci comitata, hominem à novâ Sacramenti receptione liberum reddit.

66. Omninò arbitror ità ſenſiſſe Doctorem Angelicum, prout ex locis tum ſuprà citatis, tum ex ſequentibus videtur poſſe demonſtrari. *Quamvis*, inquit in 4. diſt. 17. quæſt. 2. art. 1. quæſt. 1. ad 8. *tota pœna poſſit per contritionem dimitti, tamen adhuc neceſſaria eſt confeſſio & ſatisfactio*, tum quià homo non poteſt eſſe certus de ſuâ contritione, *quod fuerit ad totum tollendum ſufficiens: tum quià confeſſio & ſatisfactio ſunt in præcepto*, undè tranſgreſſor conſtitueretur, ſi non confiteretur, & ſatisfaceret. *Quamvis ille*, quæſt. 3. art. 3. quæſtiunc. 2. ad 3. *qui laïco confeſſus eſt in articulo neceſſitatis,*

conſecutus ſit veniam a Deo, eò quod propoſitum confitendi ſecundùm mandatum Dei, ſicut potuit, implevit: non tamen adhuc Eccleſiæ reconciliatus eſt, ut ad Sacramenta Eccleſiæ admitti debeat, niſi priùs à ſacerdote abſolvatur, *Sicut ille qui Baptiſmo flaminis baptizatus eſt, ad Euchariſtiam non admittitur. Et ideò oportet quod iterùm confiteatur ſacerdoti, cum copiam habere potuerit, & præcipuè, quià, ut dictum eſt, Sacramentum pœnitentiæ perfectum non fuit.* Undè oportet quod perficiatur; *ut ex ipſâ perceptione Sacramenti pleniorem effectum conſequatur,* & ut mandatum de pœnitentiæ Sacramento recipiendo impleat. *Per peccatum veniale,* quæſtiunc. 3. O. *homo nec à Deo, nec à Sacramentis Eccleſiæ ſeparatur, & ideò non indiget novæ gratiæ collatione ad ejus dimiſsionem, nec indiget reconciliatione ad Eccleſiam:* & propter hoc non oportet quod venialia aliquis ſacerdoti confiteatur. *Nullus tenetur,* quæſtiunc. 5. ad 4. *confiteri peccata* quæ non habet, & ideò, *ſi aliquis Pœnitentiario Epiſcopi, vel alteri habenti ab Epiſcopo commiſsionem confeſſus fuerit,* cum ſint dimiſſa peccata, & quoad Deum, & quoad Eccleſiam, non tenetur ea confiteri. *Ille,* diſt. 21. quæſt. 2. art. 2. ad 3. *non reportat commodum ex negligentiâ, quià non tam plenam remiſsionem conſequitur, ſicut aliàs conſecutus fuiſſet: nec tantùm meretur, & tenetur iterùm confiteri, cum ad memoriam peccatum reduxit.* Videatur 1. objectio & ejus reſponſio, & objectio 3. art. 3. diſt. 16. lib. 4. ab Hannib.

67. Poſſet aliquis petere, utrùm ipſa peccatorum inculpatè prætermiſſorum, per pœ-

nitentiam formaliter integram obtenta remiſſio, non tantùm ipſi Sacramento materialiter conſiderato abſcribenda ſit, ſed inſuper ipſi formaliter ſumpto ſit imputanda? Vel an non potiùs id refundendum ſit in ulteriorem pœnitentiam explicitam, cujus votum habet iſtiuſmodi pœnitens, caſu quo poſteà in memoriam præfata peccata redeant? Sed cum hujus quæſtionis reſolutio, parùm ſit neceſſaria, ideò eam in medium relinquo. 3 p. q. 88 art. 2. O. Trident. ſeſſ 6. cap 14. ſeſſ 14. cap. 4.

68 Quod ad confirmationem ſeptimam attinet, nihil ſpeciale dicendum occurrit, ſatis abundè ſuprà, & plenè actum eſt. Falſum igitur eſt quod aſſumitur; videlicet characterem nihil facere ad inducendam reviviſcentiam, ipſe namquè reviviſcentiæ fundamentum eſt, atquè initerabilitatis Sacramenti vera radix & Sect. 4. §. 1. n. 9. 10. §. 3. n. 12. 13. cauſa, ut ex Conciliis, Pontificibus, Auguſtino, Doctore Angelico ſuo loco probatum eſt. Sanè ſi ad adſtruendam reviviſcentiam, partium ejuſdem Sacramenti qualiſcumquè adunatio ſufficeret? ipſa haud dubiè ſatisfactioni fictæ concedenda eſſet, adveniente gratiâ & charitate, cum habeatur omnimoda ratio, ut ſuprà vidimus; illam tamen agnoſcere non vult S. Thomas quinimò eam eſſe impoſſibilem palam declarat Undè non apparet quorsùm exemplum hoc, in ſuæ ſententiæ patrocinium adducat Adverſarius, cum in ipſum nihil torqueri poſſit validius. Dicimus ergò, quod quamvis contritio non ſit de ſubſtantiâ (phyſicè loquendo) ipſius ſatisfactionis, nihilominùs morali conſideratione ad ejus valorem

eſt

eſt neceſſariò prærequiſita, ut docet S. Thomas in 4 diſt. 15. qu. 2. art. 1. qu. 2. O. his verbis. *A peccato deſiſtere non eſt de eſſentiâ ſatisfactionis, ſed eſt ad ſatisfactionem præambulum, ſicut fundamentum ejus.* Ità ſimiliter tametſi contritio ſit extrà eſſentiam confeſſionis, ſpectatæ in genere entis & naturæ; attamen moraliter loquendo, eſt de ejus ſubſtantiâ, cum abſquè eâ, confeſſio totaliter inanis & arida remaneat, nam juxtà S. Thomam diſt. 21. q. 2. art. 2. ad 2. *confeſsio non operatur niſi contritione præſuppoſitâ.* Diſtinct. 14. quæſt. 2. art. 3. quæſt. 1. ad 2. & ſect. 2. §. 1. num. 14. & ſeq. pag. 36. & ſuprà num. 49. In 4. d. 18. q. 3. a. 1. q. 1. ad 2. & 3. p. q. 85. a. 2. 5. 6. q. 86. a. 3. O.

69. Ad illud quod additur de confeſſione ſacrilegâ ſimul & ſacramentali? Reſpond. verum eſſe nos eo loco conceſſiſſe confeſſionem eſſe poſſe ſacramentalem unà & ſacrilegam, ſed ſolummodò caſu quo eſſet integra, ſed non aliter, ut patet ex ibi dictis. Adverſarius verò plus vult; intendit enim confeſſionem formaliter dimidiatam, eſſe ſacramentalem. S. Th. in 4. d. 22. q. 2. a. 1. q. 3. O. Deindè non tam conceſſimus quam gratis dedimus, ad majorem reciprocationem communionis & confeſſionis, oſtendendo videlicet quod quamvis confeſſio ſupponeretur integra & ſacramentalis, ſed ficta: ſimiliter tametſi Sacramentum pœnitentiæ diceretur poſſe quoad ſua eſſentialia ſubſiſtere, ſed informe; nihilominùs, ut ſuprà numero 50. demonſtravimus, eſſet certò certiùs iterandum, ſic declarante Alexandro VII. dum hanc propoſitionem condemnat, *qui facit confeſſionem voluntariè nullam ſatisfacit præcepto Eccleſiæ.*

Ità pariter quamvis ſacrilega communio ſup. ponatur eſſe in genere Phyſico & naturæ integra, tamen quià nullum, ut talis, habere poteſt effectum; idcircò eſt iteranda Addidimu credendum eſſe Pontificem voluiſſe juxtà omnium ſententiam & ſub omni intellectu, configere illam propoſitionem, aliàs enim non ſatis occurriſſet Caſuiſtis qui omni modo ſu tutantur, modò juxtà unam ſententiam, modò juxtà aliam diſcurrendo, vel colligendo Quam verò rectè & feliciter ibidem proceſſerimus, rei probavit eventus. Videatur ſect. 2 §. 1. num. 12. & ſeq. Append. 3. num. 30. §. 7 num. 32.

Baptiſmũ meũ numquã dixit, ſed nec cujuſquã per quẽ miniſtratus eſt. Aug. lib. 3. contrà lit. Petil. c. 56.

70. Quapropter ſivè eam appellemus ſacramentalem, ſivè non (de quo ſum parùm ſollicitus, noloquè impræſentiarum diſputare) ſufficit nobis dicere, illam in genere moris ſacramentalem minimè deputandam, ſed potiùs ean vocandam fictionem, ſacrilegium, Sacrament contemptum &c. recolenda ſunt ea quæ diximus alibi de communione, ſacrificio, oratione jejunio, dilectione &c. Præter ea quæ ſuis loci annotata ſunt, poſſumus & illud confirmare e: epiſt. 1. Joan. cap. 2. verſ. 4. ubi peccatores dicuntur Deum non cognoſcere, eò quod ità ſi gerant ac ſi in ipſum non crederent. *Qui dici ſe noſſe eum & mandata eius non cuſtodit, menda eſt, & in hoc veritas non eſt.* Similiter loquitu Chriſtus Matth. 25. verſ. 12. *Amen dico vobis neſcio vos*; imò S. Thomas in 4. diſt. 17. qu. 2 art. 4. qu. 3. ad 2. dicit dolorem, quem de ſui peccatis habent animæ in purgatorio degentes contritionem non eſſe appellandam, proptc

effica

efficaciæ defectum. *Animæ*, inquit, *in purgatorio dolent de peccatis, ſed ille dolor non eſt contritio, quia deeſt ei contritionis efficacia* Prorsùs his conformia docet ipſe Catechiſmus confeſſionis ſacramentalis definitionem adferens. *Confeſſionem*, inquit num. 33. *definiunt eſſe peccatorum accuſationem, quæ ad Sacramenti genus pertinet, eò ſuſceptam, ut virtute clavium veniam impetremus.* Eò etiam collimat Auguſtinus ſcribens in Pſalm. 66. verſ. 5. *Ad hoc*, ait, *exigit confeſſionem, ut liberet humilem, ad hoc damnat non confitentem, ut puniat ſuperbum. Ergò triſtis eſto, antequam confitearis.*

Aug. in Pſ. 68. conc. 1. Pſal. 105. v. 1. Pſal. 118. conc. 1. l. 4. cont. Donat. c. 24. S. Th. in 4. d. 17. q. 3. a. 2. d. 16. q. 3. a. 1. q. 1 O. & 3. p. q. 85. a. 3. ad 1.

71. Octava atquè ultima confirmatio, odioſam hominum mentibus objicit comparationem, committendo duo inter ſe, videlicet Auguſtinum & Thomam, Eccleſiæ Chriſtianæ decora eximia, ac lumina fulgidiſſima: invidioſum ſanè juxtà ac periculoſum facinus. Enimverò ſi ſint inconcuſſa, tutiſſima quoquè D. Thomæ dogmata, nonnè & ſunt Auguſtiniana? Numquid utraquè probat & commendat Alexander ſeptimus in ſuo brevi ad almam, celeberrimamquè Univerſitatem Lovanienſem? Abſit igitur illa exoſa horum duorum ſanctiſſimorum Doctorum oppoſitio, ac inter ſe collatio, quæ ad aliud valere poteſt nihil, quam ut Auguſtinum ſolem, Thomam lunam nuncupemus, ad lunam namquè pertinet, & lumen ab alio accipere, & minùs in ſe convertentium oculos perſtringere, *qui vehementer emungit, elicit ſanguinem*, Prov. 30. verſ. 33.

72. His igitur comparationibus procul miſſis, ſanctiſſimos juxtà ac clariſſimos orbis Chri-

ſtiani Doctores pari cultu veneremur, pariquè amore proſequamur, atquè eorum doctrinam animitùs aſſequi ſtudeamus. Nèquè viros pereruditos traducamus, ob id quòd ſapientiam Auguſtinianam vel Thomiſticam minùs conſecuti ſint, homines enim erant, & ideò errori obnoxii. *Aliter ſapere*, inquit Aug. lib 2 cont. Donat. cap. 5. *quàm res ſe habet, humana tentatio eſt. Nimis autem amando ſententiam ſuam, vel invidendo melioribus uſquè ad præcidendæ communionis & condendi ſchiſmatis vel hæreſis ſacrilegium pervenire, diabolica præſumptio eſt: in nullo autem aliter ſapere, quam res ſe habet, Angelica perfectio eſt &c. humanum eſt ergò aliquid aliter quam ſe res habet, ſapere.* Erravit Cyprianus, Antiſtes & doctiſſimus & ſanctiſſimus, multa retractavit Aug. plurima exindè mutavit Doct. Angelicus Deviarunt hoc ſæculo plurimi Theologi, tum doctrinâ, tum pietate ſpectatiſſimi, pleriquè autem illorum, in variis Auguſtinum & Thomam dicebant ſe patronos habere, ſuaſquè opiniones illis impingebant; an ideò ſugillandi ſunt? Uno verbo, *qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat*, atquè adeò in alios non ſit mordacior. *Si autem*, ait Auguſtinus in ſuâ epiſtolâ 15. ad Hieronymum *non poſſum dicere quid mihi emendandum videatur in ſcriptis tuis, nec tu in meis, niſi cum ſuſpicione invidiæ, aut læſione amicitiæ; quieſcamus ab his, & noſtræ vitæ, ſalutiquè parcamus. Minùs certè aſſequatur illa quæ inflat, dum non offendatur illa quæ ædificat, Diligite homines*, lib. 1. cont. lit. Petil. cap. 29. *interficite errores.* In Pſal. 41. v. 5.

1. Cor. 10. v. 12.

73. Utinam profectò idem non contigerit,

vel

vel non contingat Authori nobis adverſo, qui tantâ curâ mangonizat confeſſionem ſacrilegam & fictam, ac tantâ arte per contritionem ab ipsâ tempore diſtantem reconcinnat; quinimmò qui tantâ libertate, cum ſuo loco informi, inſultat Præſuli, non minùs doctè quam fortiter Rituale, à ſuis prædeceſſoribus maturo cum judicio conceptum, magno quoquè ſtudis elaboratum, atquè ſpeciali diligentiâ ex omnibus quibuſquè Ritualibus collectum, propugnanti, nec non apoſtolicum præceptum obſervanti, *depoſitum cuſtodi, devitans profanas vocum novitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ.* 1. Timoth. 6. verſ. 20. & diſt. 47. cap. 10. Quod ad nos. Jerem. 29 v. 22. Matth. 9. v. 16.

74. Deniquè ſi hujus Authoris conſilium ſequendum ſit? dicendum oportet Pium 5. in ſuo Catechiſmo minùs rectè proceſſiſſe, ſanctos enim Patres perpetuò juxtà ſuos fontes adducit, quoties autem citet S. Thomam? videat ſtudioſus. Hæc ſunt, lector amantiſſime, quæ ſuper quæſtione & difficultate propoſitâ nobis dicenda occurrerunt, ſin minùs, quam res poſtulat, tibi videatur ſatisfactum, indulgeas, precor. *Poteſt enim*, ut verbis utar Auguſtini ad Hieronymum ſcribentis, *fieri ut tibi aliud videatur quam veritas habet, dum tamen abs te aliud non fiat, quam charitas habet; ut & ego amiciſſimam reprehenſionem gratiſsimè accipiam, etiamſi reprehendi non meruit, quod rectè defendi poteſt: aut agnoſcam ſimul & benevolentiam tuam, & culpam meam, & quantum Dominus donat, in alio gratus, in alio emendatus inveniar.* Epiſt. 14. K. Epiſt. 19

Digitized by Google

CORONIS OPERIS.

TOtum illud, quòd hactenùs fuimus proſecuti latiùs, ità compertum habuêre ſacri Præſules, Summiquè Eccleſiæ Pontifices, ut canones per eos editi, non aliâ prorsùs ratione uſi ſint, dum matrimonia nulla declararunt, in quibus, modò antecedens & perpetua eſſet, impotentia tum intrinſeca, tum extrinſeca occurreret. Et certè aliam rationem in medium adferre non poterant: cùm nulla tunc ſuper eo emanaſſent impedimenta, ſicquè ad rei naturam reſpicere debuerunt. Inter alios audiamus canonem ſecundum de frigidis &
Lib. 4. decret. tit. 15. maleficiatis. *Sicut puer, qui non poteſt reddere debitum, non eſt aptus conjugio: ſic qui impotentes ſunt, minimè apti ad contrahenda matrimonia reputantur.* Eodem modo reſolvitur cap. fin. Si conditiones, ubi nihilominùs impotentia,
Tit. 5. ſivè ineptitudo, merè erat voluntaria. *Matrimonialis*, inquit, *contractus, quantumcumquè ſit favorabilis, caret effectu.*

Nequè pars læſa aliam allegabat, aut allegare poterat rationem: ipſiſſimam enim, cum quâ contraxerat, perſonam habebat; ſola conquerendi anſa erat, quod compars eſſet impotens, adeòquè quod non poſſent effectui mandare, quod promiſerant, & ad quod ſe obligarant, quod finis eſt tum matrimonii, tum contrahentium. Non nos equidem latet, Patres

Tridentinos alio fundamento fretos, aliâque ratione uſos pro impedimentis à ſe latis. ¡Cum enim ratio allegata in ipſis locum non haberet, quid mirum ſi ad aliam recurrerint?

Nemo eſt Eccleſiaſticorum tam ſæcularium quam regularium, qui crederet ſibi factum ſatis à mercatore ſimul & ſartore, qui, cum ex certo panno, ſuo ſtatui & ordini congruo, de quo conventum erat, indumentum conficere deberet; illud panno quidem eodem, ſed figurâ, vel colore diſſimili, ſuo ordini vel ſtatui prorsùs difformi præſtaret; hujuſmodi tamen mercator ſubſtantiam pactam traderet, defectus ſolummodò eſſet ex parte modi, qualitatis videlicet, id eſt coloris, vel figuræ; ſtante adhuc effectu primario, qui eſt tegere: ſoluſquè, ut ſupponitur, finis ſecundarius deeſſet, ſub illo enim modo, rationem ſymboli, aut teſſeræ, quâ perſonæ talis inſtituti, à ceteris aliorum ordinum diſcernuntur, non haberet.

Si ità eſt? cum Euchariſtia ſacrilegè accepta, nullum effectum ſortiri queat, nè quidem ſecundarium, ut habet rationem ſymboli; per conſequens per eam minimè habetur ſatisfactum. Hoc Sacramentum juxtà Catechiſmum tit. de Euchariſtiâ num. 40. *eſt omnium Sacramentorum finis, & Eccleſiaſtica unitatis, ac conjunctionis ſymbolum.* Undè dicitur de Conſecrat. diſt. 2. cap. 58. *Qui accipit myſterium unitatis, & non tenet vinculum pacis, non myſterium accipit pro ſe, ſed teſtimonium contrà ſe.* Quod magis explicat S. Thomas 3. part. qu. 80. art. 4. *Quicumque*, inquit, *hoc Sacramentum ſumit, ex hoc ipſo ſignificat ſe Chriſto unitum & membris*

ejus incorporatum, quod quidem fit per fidem formatam: quam nullus habet cum peccato mortali: & ideò manifeſtum eſt, quod quicumque cum peccato mortali hoc Sacramentum ſumit, falſitatem in hoc Sacramento committit; & ideò incurrit ſacrilegium tanquam Sacramenti violator, & propter hoc mortaliter peccat. Trident. ſeſſ. 13. cap. 8. Auguſt. epiſt. 50.

3. Reg. 19. v. 14. Fortes igitur in poſterum juxtà ac impavidi, ad inſtar Eliæ zelo zelemur pro domino Deo, Joann. 2. v. 15. nec Sacramentorum prophanatoribus ac conculcatoribus patrocinemur, ſed meminerimus moniti Pauli Apoſtoli ad Epiſcopum Timo- Aug. tom. 9. de contrit. cordis cap. 10. theum ſcribentis. *Sicut rogavi te ut remaneres Epheſi cum irem in Macedoniam, ut denuntiares quibuſdam nè aliter docerent, neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis, quæ quæſtio-* 1. Timoth. 1. v. 3. *nem præſtant magis, quam ædificationem Dei quæ eſt in fide. Finis autem præcepti eſt charitas de corde puro & conſcientiâ bonâ & fide non fictâ. A quibus quidam aberrantes &c.* Aug. in epiſt ad Rom. in fine. Prologus S. Thom. antè 1. q. primę partis. Eſtius in dictum locum Apoſtoli.

Hæc, pro meâ tenuitate, dicta ſint pro defenſione authoritatis divinæ, atquè poteſtatis Eccleſiaſticæ, nec non potiſſimùm pro Sacramenti omnium auguſtiſſimi honore tuendo: quæ tum Eccleſiæ, tum ejus capiti conſpicuo ſubmiſſa volo. Interim neminem offendere intendo, quinimmò pacem ac amicitiam cum omnibus, quantum in me eſt, colere exopto, ſolamquè veritatem indagare ſtudeo.

INDEX

INDEX

Rerum præcipuarum quæ in hoc opuſculo continentur.

Primus numerus ſectionem & ejuſdem paragraphum, ſecundus numerum paragraphorum, tertius paginam deſignat.

ACTIO. A.

Actiones bonæ ſunt materia præceptorum affirmativorum, ſect. 1, §. 3, n. 10, pag. 22, ſect. 3, §. 1, n. 4, p. 53, App. 4, n. 25, pag. 117

Actiones malæ ſunt materia præceptorum negativorum, locis jam cit. & ſect. 2, §. 1, n. 14, p. 36, ſ. 4, §. 6, n. 11, p. 212

Actioni bonæ opponitur ejus omiſſio, & actio mala, ſ. 1, §. 3, num. 10, pag. 23

Actio mala magis Deo diſplicet, quam præcepti omiſſio, *ibid.* & n. 11. p. 34. n. 19, p. 40

Actio mala quia fini improportionata *ibid.* & ſ. 2, 1. n. 14, p. 36, Append. 2, n. 11, p. 91

Actio bona, quià fini proportionata, ſ. 1. §. 3, n. 11. p. 24

Actiones irreligioſæ à Deo ſimpliciter reprobâtur ſ. 2, §. 1, p. 35

Actio externa, eſt velut materia, Actio interna velut forma, n. 12, p. 35, *& ſeq.*

Actio externa poteſt pertinere ad plures ſpecies, n. 14, p. 36

Actio mala poteſt habere bonum effectum, n. 15, pag. 37

Actionis interioritatem potiſſimùm Deus reſpicit, *ibid.* & ſ. 4, §. 7, n. 16. p. 230

Actionem malam Deus puhit, num. 16, p. 38

Actio non eſt mala, quià actio, n. 17, p. 39, ſ. 4, Append. 2, n. 16, p. 94, §. 3, n. 27, p. 145

Actio eadem in genere entis, diverſa in genere moris, n. 20, p. 41, ſ. 4, §. 4, n. 11, p. 158, §. 8, p. 248, §. 10. n. 69, p. 383

Modus actionis præceptus, ſ. 3. §. 1, n. 4, p. 53, *& ſeq.*

Non tamen quilibet n. 6, p. 54, ſ. 4, §. 1, n. 1, p. 67, *& ſeq.* & §. 2, n. 3, p. 74

Per actionem poteſt ſatisfieri uni præcepto, etſi non omni, ſ. 4. §. 2, n. 6, p. 76, Append. 3, n. 16, p. 109, §. 3, n. 2, p. 124

Poteſtas humana non ità efficaciter poteſt præcipere actus internos, ſed ad hoc opus eſt ut illam Deus fulciat, Append. 3, n. 23, p. 115, *& ſeq.*

Poteſt per unam actionem unus ſatisfacere, & non alius ſ. 4. §. 3, n. 2, p. 124, §. 4, n. 1, p. 152

Actiones naturales bonæ ſunt, §. 7, n. 28. p. 249
Actiones ſupernaturales præceptæ, n. 29, p. 241

AMOR.

Amor Dei debet eſſe ſummè appretiativus, aliàs non ſufficit ad implendum præceptum, ſect. 3, §. 1, n. 7, p. 54. Append. 2, n. 6, & ſeq. p. 89
Per amorem externum ſolum non ſatisfit, ſect. 4, §. 7, n. 32. p. 244.

APOSTATA.

Apoſtatæ ad Eccleſiam redeuntes humiliantur, §. 9. n. 21. p. 280.

AUTHOR.

Authores incogniti, omni quoquè approbatione deſtituti, minimè ſunt audiendi, ſect. 4. §. 10, n. 55. p. 371

B.

BAPTISMUS.

Baptiſmi collatio & receptio ſolis bonis tribuitur, ſect. 2. §. 1, n. 10, p. 33, ſ. 4, §. 3, n. 4. & ſeq. p. 125, n. 28, p. 146
Baptiſmus ut Baptiſmus acceptatur, ut informis reprobatur, ſ. 4, §. 3, n. 10, p. 129
Baptiſmus ſumitur pro actione, n. 11, p. 130, §. 9, n. 30. p. 289
Pro charactere ejus effectu immediato, n. 12. p. 131
Ipſe eſt indelebilis, & ideò baptiſmus initerabilis, n. 13. p. 133. §. 9. n. 30. p. 289
Eſt forma homini intrinſeca, n. 14. ibid.
Baptiſmus nos Chriſto & Eccleſiæ incorporat, n. 15, p. 134
Per Baptiſmum profitemur religionem Chriſtianam, n. 16, ibid. & n. 6. p. 127
Baptiſmus hominem cuſtodit in bono, n. 19. p. 137
Baptiſmus, cui efficaciter reſiſtitur, nullam inducit obligationem, olim tamen de eo dubitatum eſt, n. 20. ibid.
Indevotè receptus, indelebiliter imprimitur, ideò nec repeti poteſt, n. 21, p. 138, n. 25, p. 143, §. 9, n. 11. p. 270
Baptiſmi effectus omnes, n. 23, pag. 140.
Baptiſmus fictus ut talis non implet præceptum, n. 26. p. 144
Baptizati jus habent ad bona Eccleſiæ, §. 9, n. 2. p. 263
De Baptiſmo hæreticorum difficilis eſt quæſtio, n. 4. p. 265
Baptiſmus in apoſtatis & peccatoribus non prodeſt, n. 10, p. 270.
Baptiſmo tribuitur noſtra juſtificatio, & ejus incrementum, n. 12, p. 271, & ſeq. n. 25. p. 284, n. 29, p. 288
Baptiſmus comparatur charactèri militari, vinculo conjugali, ramo, circumciſioni, chariſmatibus, n. 17, & ſeq. p. 276
Bis uſus eſt Baptiſmo Auguſtinus, ſemel contrà Donatiſtas, & deindè contra Pelagianos, n. 30, & ſeq. p. 288
Baptiſmus in ſe ſanctus, integer, n. 49, p. 306, & §. 10, n. 52, p. 368.
Totus eſt ab extrinſeco, §. 10. num. 52. ibid.

Baptiſmi

Baptiſmi reviviſcentia, V. reviviſcentia.

C.

CHARACTER.

Character eſt à Deo, ſect. 4, §. 3, n. 4, p. 126, §. 10. n. 52, p. 368
Remanet in apoſtatis, ibid.
Per eum incorporamur Eccleſiæ, n. 6, p. 127, n. 14. p. 133
Eſt indelebilis, n. 8, p. 128, §. 9. n. 31, p. 290
Differt à Sacramento tantùm, num. 11, p. 130
Eſt effectus baptiſmi immediatus, n. 12, p. 131
Forma homini eſt intrinſeca, num. 14, p. 133
Diſcernit baptizatum à non baptizato, ibid.
Monet eũ ſui officii, n. 16. p. 134
Illi debentur auxilia, n. 19. p. 136
Hominem cuſtodit in bono, n. 19, p. 137
Si baptiſmo interiùs reſiſtatur, character non imprimitur, etſi olim de eo dubitatum ſit, n. 20, p. 137
Peccatum, ejus productionem non impedit, n. 21. p. 338
In deſertoribus & apoſtatis ad eccleſiam redeuntibus non repetitur, ibid.
A gratiâ ſeparari poteſt, ſect. 9, n. 10, p. 269
Tam repugnat bis in uno corde poni, quam repugnet circumciſionem bis adhiberi, n. 11, p. 271
Prodeſt dum eſt gratiæ conjunctus, n. 14, p. 274
Eſt ſignum amoris in juſtis, ſignum perfidiæ autem & infidelitatis in peccatoribus, n. 21, p. 280
Per ipſum dicimur ſuſcipere baptiſmum, n. 30. p. 289
Characteri tribuitur reviviſcentia, V. reviſcentia.

CHARITAS.

Charitas non eſt de eſſentiâ omnium præceptorum, ſect. 4. §. 1, n. 2. p. 67, & ſeq.
Abſque eâ poteſt ſatisfieri præceptis quibuſdam particularibus, ibid Append. 3, n. 15, & ſeq. p. 109, n. 28, p. 120, §. 7, n. 15, & ſeq. p. 229

COMMUNIO.

Communionis devotio præcipitur, ſect. 1, §. 2, n. 1, & ſeq. p. 9, ſect. 4, Append. 2, n. 3. p. 88, & ſeq. n. 18, p. 95
Communio indevota & ſacrilega graviter prohibetur, ſect. 1, §. 3, n. 1, & ſeq. p. 15
Communio ſacrilega comparatur Chriſti crucifixioni, n. 5, pag. 18.
Communio ſacrilega non cenſetur communio, ſect. 2, §. 1. n 5, p. 27, n. 18, & 19. p. 39, §. 8, p. 248
Communicans ſacrilege graviùs peccat, quam communicare omittens, ſect. 2, §. 1, n. 11 p. 34 § 8. p 247, reſp 1.
Communio ut ſic, non eſt peccatum, n. 17. p. 39, ſect. 4, Append. 2, n 16, p. 94
Communio exigit ſpecialem ſanctitatem. §. 3 n. 2 & ſeq. p. 47
Ad ſatisfaciendum præcepto, cõmunio

munio facienda eſt in parochiâ, & tempore paſchali, ſ. 4. Append. 2, n. 22, p. 97, §. 8, p. 248.
Requirit inſuper ſtatum gratiæ, pag. 249, §. 8.
Qui dubitat an ſit in gratiâ, non poteſt communicare, p. 251
Utrum in nullo caſu liceat ſcienter communicare in mortali? p. 253.
Ad communionem etiam obligatur confirmatus in gratiâ, p. 255.
Quinam de jure à communione ſint repellendi? p. 257, & ſeq.
Communio ſacrilega eſt mala per ſe, §. 9, n. 41. p. 301
Frequens communio non prodeſt malè viventibus, n. 54, pag. 311.
Communicans in peccato, credens bonâ fide ſe eſſe in gratiâ, excuſatur à peccato, ſed præcepto non ſatisfacit, §. 10, n. 42, p. 360

CONFESSIO.

Confeſſio ſacrilega non ſufficit ad præceptum implendum, ſ. 2, § 2, n. 1, & ſeq. p. 43
Poteſt eſſe integra & ſacramentalis abſque dolore, n. 3, p. 44, ſect 4. §. 10, n. 69, p. 383
Confeſſio ſacrilega & nulla condemnatur ab Alexandro VII, n. 4. p. 45, & p. 383. cit.
Confeſſio debet eſſe omnium mortalium, quorum ſumus conſcii, ſ. 4 §. 10, n. 1, p. 314
Probatur ex Conciliis, ibid.
Confeſſio, in quâ tegitur fictio, non eſt integra, neque per eam aliquid remittitur, ibid. & n. 2, p. 315, n. 36, p. 352
Confeſſio abſque contritione eſt inanis ibid. & n. 3. p. 316. n. 56, p. 373
Confeſſio culpabiliter non integra, iteranda eſt, ac fictio declaranda, n. 4. p. 317
Non meretur vocari confeſſio, ibid.
Non de neceſſitate iteranda eſt, dum quædam ex oblivione non adeò culpabili omiſſa ſunt, n. 5, p. 318
Sola oblita tunc ſunt de præcepto confitenda, ibid. n. 63, p. 378.
Per Confeſſionem debemus confeſſario nos tales exhibere, quales nos ipſos cognoſcimus, ibid.
Sacrilegium eſt, dimidiatam facere confeſſionem, ibid.
Iteranda eſt, dum deeſt integritas, vel dum deeſt contritio, n. 6, p. 318, & ſeq.
Omnes confeſſiones iterandæ, in quibus ex culpâ gravi hæc contigerint, ibid. p. 319. vel tales fuiſſe poſteà deprehendantur, n. 59. p. 375
Cauſæ excuſantes ab integritate omnimodâ & ſpeciali, ibid. n. 51, p. 358, & ſeq. n. 62, p. 377.
Non eſt opus in repetitione confeſſionis, omnia & ſingula peccata ſigillatim aperire, ſi paucis verbis poſſit pœnitens ſufficienter ſuum ſtatum ſacerdoti aperire, p. 319. & n. 7, p. 320.

Con-

Confeſſio quæ non includit omnia peccata, non eſt confeſſio, n. 8, p. 321
Debet ſacerdos totam pœnitententis infirmitatem cognoſcere, non ſecùs ac medicus, qui totam infirmi habitudinem ſcire debet, *ibid.*
Per confeſſionem debet pœnitens ſe confeſſario eo modo aperire, prout debet ſe declarare Deo per contritionem, n. 9, p. 321
Sicut qui dolet de mortalibus à ſe commiſſis, ſed non de omnibus; ejuſmodi dolor non eſt contritio, ità qui confitetur ſua peccata mortalia, ſed non omnia; illa confeſſio non eſt confeſſio, *ibid.*
Oſtenditur reciprocatio confeſſionis & contritionis, *ibid.* p. 322, & n. 36, p. 352, *& ſeq.*
Qui fictionem reticet, bis impingit, n. 10, p. 323, & n. 53, p. 369.
Comparatio Confeſſionis & baptiſmi, quoad ſuam integritatem, & informitatem, n. 11, p. 324.
Confeſſio ſacrilega & fructuoſa intrinſecè differunt, *ibid.* p. 325.
Referuntur Authores, confeſſionem ſacrilegam eſſe iterandam docentes, n. 12, p. 325
Oſtenditur omnes hoc docere, p. 326, *& ſeq.* & n. 36. p. 353
Contrarium non poteſt ſuſtineri poſt Alexandrum VII, n. 21, p. 336.
Explicatur locus S. Thomæ, n. 23, p. 337
additamentum ibidem poſitum videtur non eſſe à S. Thomâ, cum non cohæreat cum ejus doctrinâ, & ſit prorsùs ſuperfluum, n. 25, p. 339, *& ſeq.*
Additamentum illud evertit doctrinam S. Aug. n. 28, p. 342
Quamvis confeſſio eſſet informis, non tamen poteſt Sacramentum pœnitentiæ eſſe informe, ſub his terminis non legitur in S. Thomâ, n. 34, p. 349.
Poteſt eſſe contritio, confeſſio & abſolutio abſquè omni effectu, *ibid.*
Arbitraria harum partium diſpoſitio eſt hactenùs inaudita, n. 35, p. 359
Abſurda admittit, *ibid.* & p. 351
Confeſſio illa non eſt iteranda quæ eſt oris & cordis, n. 37, p. 354, & p. 355,
Confeſſio debet eſſe ex inſpiratione internâ & ejus objectum ſunt peccata deteſtanda, *ibid.*
Comparatio confeſſionis & ſatisfactionis, n. 39, p. 355, *& ſeq.*
Confeſſionis fundamentum eſt ipſa contritio, illi dat efficaciam, n. 48, *& ſeq.* p. 364. n, 55, p. 372
Confeſſionis ordo deſignatur, *ibid.*
Non magis poteſt ſacerdos abſolvere confitentem contritione carentem, quam poſſit miniſter baptizare infantem aquâ deſtitutum, n. 50, p. 366
Aſſignatur differentia inter aquam

quam & contritionem, *ibid.*
Confeſſio & abſolutio ſunt de eſſentiâ Sacramenti pœnitentiæ, an etiam contritio? fuit varius in eo S. Thom. *ibid.* p. 367.
Si hoc eſſet, adhuc confeſſio ficta eſſet iteranda, *ibid.* p. 367
Confeſſio & ſatisfactio debent ſequi contritionem, num. 51. p. 367.
Confeſſio informis eſt iteranda, non baptiſmus, n. 52. p. 368. & *ſeq.*
Confeſſio debet eſſe omnium mortalium, tam præſentium quam præteritorum, n. 54. p. 370.
Ejus repetitio excuſat, ſi fictio ſit ignorata, *ibid.* & *ſeq.*
Confeſſionis finis eſt reconciliatio cum Deo, n. 61. p. 376
In confeſſione debemus omnia quæ ſcimus peccata declarare, neque plus à nobis Deus exigit, n. 63. p. 378. & *ſeq.*
Confeſſio ſpecialis, clavibus efficaciter ſubjecta, non eſt iteranda, n. 63. p. 378. n. 66. p. 380.

CONTRITIO.

Contritio neceſſaria ad effectum clavium, ſect. 4. 10. n. 2. p. 315.
Cõtritio debet Deo omnia mortalia aperire, ſicut confeſſio debet confeſſario omnia declarare, n. 8, p. 320, n. 36, p. 252
Contritio & confeſſio reciprocantur, n. 9. p. 321
Contritio non poteſt eſſe de conſtitutivo duorum Sacramentorum ſpecie diverſorum, & tempore diſtantium, n. 38, p. 355.
Contritio ſpecialis debet præcedere confeſſionem, n. 41, p. 359.
Quandoquè ſufficit generalis, n. 42, *ibid.* & *ſeq.*
Si peccata poſteà in memoriam redeant, neceſſaria eſt de illis ſpecialis, n. 43, p. 360, n. 60, p. 380.
Specialis perſeverat in aliâ ſe ſequente etſi magis implicitâ, n. 44, p. 361
At contritio ſequens confeſſionem non eo modo cohærere poteſt, n. 45, p. 362
Contritio prima pars pœnitentiæ Sacramenti, num. 47, pag. 364.
Contritio comparatur conceptioni, n. 48, *ibid.*
Cæteris paribus eſt prior naturâ, non neceſſariò tempore, *ibid.* p. 365
Præbet illis efficaciam, n. 49, *ibid.*
Non eſt de illarum eſſentiâ, eſt tamen fundamentum, *ibid.* & n. 68, p. 383
Partes habent inter ſe rationem virtutis & temporis, *ibid.*
Contritio comparatur cordi, *ibid.*
Tam ipſa requiritur ad effectum clavium, quam aqua ad baptiſmum, num. 50, pag. 366.
Datur aliquod diſcrimen inter aquam & contritionem, *ibid.*

Contritio eſt de eſſentiâ phyſicâ, & non tantùm de eſſentiâ morali Sacramenti pœnitentiæ, in eo tamen videtur fuiſſe varius S. Thomas, *ibid.* in textu & ad marginem.

Per contritionem homo habetur pœnitens, non aliter, n. 55, p. 372, *& ſeq.*

Contritio non eſt vera niſi propoſitum confitendi includat, num. 58, p. 375

Per contritionem ſolam juſtificatus, tenetur ad confeſſionem peccatorum per eam remiſſorum, n. 66, p. 380

Contritio præcedere debet confeſſionem, aliàs confeſſio non operatur, n. 68, p. 383

D.

DEVOTIO.

Devotio præcepta in communione, ſect. 1. §. 2. pag. 9.

Specialis eſt neceſſaria, ſect. 2, §. 3. pag. 46. Append. 2. num. 18. p. 95

DEUS.

Deus non tam rem oblatam, quam animum offerentis poſtulat, ſect. 2. §. 1. num. 15, *& ſeq.* pag. 37. ſect. 4. §. 2. num. 17. p. 83. §. 7. n. 15. p. 229, §. 9, n. 55, p. 312

Deus per ſuas leges, ſuam gloriam, noſtramquè ſpectat ſalutem, ſect. 4, §. 1, n. 3, *& ſeq.* p. 69, §. 3, num. 18, pag. 136, §. 7. num. 15. p. 229.

Ipſi obedimus, dum finem ab eo intentum aſſequi ſtudemus, §. 2, n. 1, *& ſeq.* p. 72, n. 16, pag. 82, &c.

Ab eo actus bonus cum ſuis circumſtantiis præcipitur, §. 2, num, 13, p. 80,

Obediendo legi humanæ, Deo ipſi obedimus, Append. 3, n. 22, *& ſeq.* p. 113

Ad perfectam obedientiam opus eſt ponere actum bonum ſimpliciter, num. 23, p. 115

Poteſtas humana opus habet authoritate divinâ ad præcipiendos actus virtuoſos ut ſic, eò quod ad ejus finem non ſit neceſſaria quælibet intentio, & quælibet actus bonitas. *ibid.*

Deo non ſatisfit per actum peccaminoſum, §. 3, num. 3, pag. 124, *& ſeq.* §. 4, n. 18, pag. 164.

Solum bonum Deus acceptat, §. 6. num. 11, pag. 212, §. 7. num. 17, p. 231

Deus non diligitur, nec colitur niſi per amorem ſummè appretiativum, ſect. 4, Append. 2. num. 6, *& ſeq.* pag. 89, Append. 3, n. 28, p. 120. §. 5, num. 23, p. 185

DONATISTÆ.

Donatiſtæ quidam credebant poſſe Chriſtianum ſalvari quamvis ſchiſmaticum vel hæreticum, ſect. 4, §. 9, n. 3, pag. 264.

Negat id Auguſt. *ibid.*

Hæreticos & ſchiſmaticos docebant

cebant eſſe inhabiles ad Sacramenta adminiſtranda, n. 4, *ibid.*
Quæſtio difficilis & obſcura, *ibid.* p. 265.
Admittebant poteſtatem remanere in occultis hæreticis & ſchiſmaticis, n. 6, p. 266
Reſpectu aliorum peccatorum in peccato baptiſmum recipientium, inſtantaneam videntur admiſiſſe gratiæ collationem, & per hoc diſcernebantur à baptizatis ab hæreticis, *ibid.* & *ſeq.* & n. 11, p. 270
Auguſtinus illis oppoſuit characterem bonis & malis communem, n. 10, p. 269, §. 10. n. 28, p. 342
Donatiſtæ docebant baptiſmum hæreticorum nullum habere effectum, & ideò eſſe repetendum, n. 11, p. 270

E.

ECCLESIA.

Eccleſiæ præcepta determinant divina, ſ. 4. §. 1, n. 3, p. 71, Append. 3, n. 27. p. 120, §. 5. n. 8. p. 173
Eccleſia in præceptis tam fidei quam morum eſt infallibilis, Append. 3, n. 24, p. 116
Præcipit actus externos & internos, n. 26, p. 118, §. 7. n. 13, p. 227.
Obediens Deo, Eccleſiæ, ac ejus Prælatis ipſe ſalvabitur, n. 27, p. 119.
Extrà Eccleſiam non eſt ſalus, §. 3. n. 32. p. 150, §. 9, n. 3. p. 264.

EUCHARISTIA.

Euchariſtia eſt animæ cibus, medicina, memoria paſſionis Chriſti, ſ. 3. §. 2, n. 1, p. 56, & *ſeq.* ſ. 4. §. 8, p. 248
Eſt in præcepto, ſ. 4. §. 8, p. 246
V. Communio.

F.

FERMENTUM.

Fermentum reprobatum in noſtris operibus, ſ. 4. §. 5. n. 43. p. 200

FESTUM.

Feſtis diebus prohibentur ea quæ nos avocant à Deo colendo, ſ. 4. §. 6. n. 12, & *ſeq.* p. 213
Magis impingit in feſtum, qui peccat, quam qui ſerviliter operatur, n. 12. p. 214

FIDES.

Fides remanet in peccatore, & accedente juſtificatione reviviſcit, §. 9. n. 28. p. 287

FINIS.

Finis eſt alius legis divinæ, & alius legis humanæ. ſ. 4. §. 1. n. 3. p. 69
Finis alius proximus, alius remotus. *ibid.* n. 4. p. 71
Finis operis & finis operantis, n. 5. *ibid.* & §. 2, n. 3, p. 74. §. 7. n. 16. p. 230
Finis obtentus etſi cum peccato, non eſt denuò procurandus, *ibid.* & §. 2. n. 14. p. 80
Finis eſt formale actus, n. 15. p. 82.
Per finem vanum, divinum non impletur præceptum, §. 5. n. 25. p. 187, n. 38, p. 196, n. 40. p. 198

H. Hære-

H.

HÆRETICIS.

HÆreticus ob characterem remanet baptizatus, ſect. 4, §. 3, n. 21, p. 138, § 9. n. 11. p. 270.

Non eſt rebaptizandus, ſed ad Eccleſiam redire debet, *ibid.* *& ſeq.* §. n 21. p. 280

Si Eccleſiæ reconciliatus ſit, prodeſt baptiſmus, aliàs ob eum magis condemnandus velut Eccleſiæ deſertor, n. 25. *& ſeq.* p. 143. §. 9. n. 17. p. 277

Quantumcumquè benè vivat, niſi ad Eccleſiam redeat, damnandus eſt, n. 32. p. 150

Sacramentum Baptiſmi ab eo collatum, validum eſt, §. 9. n. 3. *& ſeq.* p. 264

Hæreticus conciliatus & reconciliatus, n. 13. p. 272. *& ſeq.*

Comparatur militi deſertori, ramo præciſo, conjugi ſeparato ab altero conjuge *&c.* n. 16. *& ſeq.* p. 276

HONOR.

Honor exhiberi poteſt etiamſi quis non ſit in gratiâ, ſect. 4. §. 1. n. 4. p. 71

Non quilibet honor ſufficit ad implendum præceptum, Append. 3. n. 28. p. 120. §. 7. n. 15. p. 219

HORÆ CANONICÆ.

Horæ canonicæ poſſunt legi devotè etiam ab homine in peccato exiſtente, ſect. 4, §. 5. n. 2. *& ſeq.* p. 168

Actu peccans in recitatione horarum non ſatisfacit. *ibid.*

Malè orantes dicuntur Deum non laudare, orare, n. 3. *ibid.*

Voluntariè diſtractus in oratione præceptâ peccat mortaliter, n. 4. p. 169

Non labiis ſolis, ſed corde horæ recitandæ, *ibid.*

Manſionarii ſivè vicarii ad omnes horas in choro decantandas adſtricti, attentionem adhibere debent, n. 11. p 176. *& ſeq*

Qui malè orant, non Deo ſed ſibi orant, n. 24. p 186

Simulant orare ſed non orant, n. 40. p. 198

Deus per gratiam invocatur, §. 6. n. 4, *& ſeq.* p. 206

I.

JEJUNIUM.

JEjunium multiplicem habet effectum, ſect 4. §. 7. n. 1. p. 217.

Jejunii præcepto ſatisfit ab eo qui vult manere in ſuis peccatis, n. 2. *ibid.*

Non tamen ſatisfaceret ſi jejunium eſſet proximè indictum ad avertenda impendentia Dei flagella, *ibid.* p. 218

Undè non Deo ſed ſibi peccator ejuſmodi jejunare dicitur, *ibid.*

Eccleſia non potuit determinare quantitatem cibi & potus, n. 4. p. 220.

Ingurgitatio facta in fraudem jejunii contrariatur præcepto, n. 5. *& ſeq.* p. 220. n. 9. p. 224

Temperantia magis ſervanda eſt tempore jejunii quam extrà, n. 6. p. 222. n. 10. p. 225

Præce-

Præceptum Eccleſiaſticum determinat naturale, num. 8, & ſeq. p. 223
Tranſgreditur qui per intentionem obviat fini jejunii, n. 9, ibid. & ſeq.
Quæ habent rationem potus vel medicinæ non ſolvunt, niſi ſumantur in fraudem, & præter finem ſecundarium, ibid.
Abuſus jejunii, n. 14 p. 225
Jejunium poteſt fieri ob varios fines, ibid.

L.

LEX.

Lex divina Dei gloriam, hominumquè ſalutem intendit, ſect. 4. §. 1. n. 3, & ſeq. pag. 69.
Lex humana hominum utilitatem ſpectat, ibid.
Legi humanæ politicæ ſatisfit per actus externos, Append. 3. n. 19, p. 111, & ſeq.
Lex humana temporalis non poteſt ſe ſolâ ſufficienter præcipere actus internos, n. 23. pag. 115.
Lex Eccleſiaſtica actus internos præcipit, num. 24. & ſeq. pag. 116.
Difficile eſt legem per omnia obſervare, §. 4, num. 21, pag. 166.
Lex hominibus utilis, §. 5. n. 18, pag. 181.
Quandonam lex obliget §. 5. n. 20, p. 183, & ſeq.
Lex Chriſtiana per Dei gratiam impletur, n. 22, p. 184
Lex bona à Deo, mala à Diabolo, n. 26, p. 187.
Minimi vocandi qui legem divinam docent ſervari poſſe per actus merè externos, n. 29, p. 190
Legem Divinam benè annuntiabant Phariſæi in cathedrâ Moyſis, ſed non in privatis pulpitis, n. 34, p. 194
Lex ſervanda eſt ob virtutis amorem, §. 7. n. 23 p. 235, n. 24, p. 236
Qui ſecùs faciunt plerumquè ſunt tranſgreſſores in animo, n. 25, p. 238

M.

MILES.

Miles plus peccat fugiendo ad hoſtes, quam ad ſuos ſe recipiendo, ſect. 2, §. 1, num. 19, p. 40
Satisfacit Duci ſtrenuè pugnans quamvis id faciat ex vano fine ſect. 4. §. 1, n. 5, p. 71
Ob nomen datum & notam militatem illi debetur privilegium & ſtipendium militare, §. 9, n. 17, p. 276
Illis non fruitur dum eſt deſertor, frui tamen incipiet ſimul atquè Duci fiet reconciliatus, ac exercitui reinſitus, ibid. & n. 19, p. 278
Miles deſertor comparatur hæretico & ſchiſmatico, ibid.

MODUS.

Modus virtutis ad finem proximum faciens eſt de præcepto, ſect. 3, §. 1, & ſeq. p. 52, ſ. 4. §. 2, n. 2, p. 73, & ſeq. Append. 3, n. 18, p. 110

Non omnis modus actionis eſt præceptus, ſect. 3. §. 1. n. 5. pag. 54. ſect. 4. §. 1. n. 3. pag. 74. Append. 3. n. 15. pag. 109. §. 5. n. 2. pag. 167
Modus charitatis non eſt de ſubſtantiâ omnis actionis, Append. 3. n. 28. p. 120
Modus quandoquè rei eſt intrinſecus, quandoquè eſt extrinſecus, moraliter aut phyſicè, num. 29. p. 121. §. 8. pag. 248. §. 10. num. 68. pag. 383.

O.

OBEDIENTIA.

Obediri non poteſt ſimul Deo & mammonæ, ſect. 2. §. 1. num. 14. pag. 36. ſect. 4. §. 5. n. 45. pag. 201

P.

PECCATUM.

Peccatum dicitur quià à fine deficit, ſect. 1. §. 3. n. 10. pag. 23. ſect. 2. §. 1. n. 14. pag. 36. ſect. 4. Append. 2. n. 11. pag. 91
Peccatum pertinet ad præceptum negativum, pag. 36. cit.

PHARISÆI.

Phariſæi reprehenſi quià primas dabant actibus exterioribus, ſect. 4. §. 5. n. 27. & ſeq. pag. 188.
In cathedrâ benè docebant, privatim malè conſulebant, n. 31. & ſeq. p. 192
Dicebantur non facere, quià malè faciebant, num. 38. pag. 196. & ſeq.
Pœnitentia V. Confeſſio.

PRÆCEPTUM.

Præceptum aliud eſt affirmativum, aliud negativum, ſect. 1. §. 1. pag. 8
Præceptum affirmativum includit negativum, §. 3. n. 10. pag. 22. ſect. 4. Append. 3. n. 28. pag. 120
Præcepto affirmativo opponitur quid contradictoriè, vel contrariè, ibid. p. 23.
Non quælibet negatio opponitur præcepto affirmativo, ſed tantum ea quæ in ipſo comprehenditur ut quid contrarium, vel contradictorium, num. 11. ibid.
Præcepto non ſatisfacit architectus ædificium curvum erigendo, ibid. p. 24.
Præceptum affirmativum vult actum bonum cum ſuis circumſtantiis, ſect. 3. §. 1. n. 2. & ſeq. pag. 52
Actus qui opponitur fini præcepti, contrariatur præcepto, num. 4. p. 53
Modus virtutis cadit ſub præcepto, n. 5. p. 54
Non tamen quilibet, n. 6. ibid. ſect. 4. §. 1. num. 1. & ſeq. pag. 67.
Præcepta poſitiva determinant naturalia, ſect. 4. §. 1. n. 3. pag. 71.
Præcepto ſatisfacit operarius rem benè & utiliter peragendo, quamvis peccet ex pravâ intentione, ſect. 4. §. 2. n. 3. p. 74. §. 7. n. 16. p. 230
Varia præcepta impleri poſſunt abſquè charitate, n. 7. p. 76.

Append. 3, n. 16, pag. 109, §. 5, n. 2, p. 168, §. 7. n. 15, pag. 229,
Præceptum affirmativum, actum bonum & omnes ejus circumſtantias ad bonitatem facientes, implicat, n. 13, p. 80
Proportio medii ad finem eſt de eſſentiâ præcepti, Append. 2, num. 11, pag. 91
Illud eſt de ſubſtantiâ, ſaltem moraliter, ſine quo præceptum finem ſuum aſſequi nequit, *ibid.* n. 22, p. 97, & Append. 3. n. 18, p. 110, & n. 29, p. 121, §. 10, n. 68, p. 382.
Aliud eſt præcepto ſatisfeciſſe, & aliud finem ejus aſſequi, vel ab eo excuſari, §. 3, n. 3, p. 124, n. 26, p. 143, §. 8, p. 257, ad 1, §. 10, n. 42, p. 360, n. 66, p. 380
Præcepta Dei & Eccleſiæ ut ſic, Dei gloriam, & hominis ſalutem intendunt, §. 5, n. 18, pag. 181.
Magna utilitas præceptorum, *ibid.*
Sunt poſſibilia, num. 19, pag. 182.
Implentur per Dei gratiam, n. 21. *& ſeq.* p. 184, §. 7, n. 32, pag. 245.
Non aliter interpretanda divina præcepta quam humana, n. 41, p. 199
Simplici corde ſunt intelligenda, *ibid.* n. 42.
Qui præcepta tranſgreditur, non Deo ſed ſibi operatur, §. 6. n. 6. p. 207. n. 11. p. 212

Q.

QUÆSTIO.

Quæſtiones indiſplicinatæ fugiendæ, ſect. 4. §. 9. num. 55. pag. 312

R.

RESTITUTIO.

Reſtitutio rei inutilis vel noxiæ effectæ iteranda, ſect. 4. §. 2. n. 5. pag. 75
Non eſt opus iteratâ reſtitutione ſi ſolùm ex pravo affectu peccetur, reſque ſit verè bona, num. 6. p. 76. n. 16. p. 83. §. 3. n. 3. p. 124
Reſtitutio eſt iteranda dum deeſt modus ad eam neceſſarius, §. 7. n. 15. p. 229

REVIVISCENTIA.

Reviviſcentia eſt in ſcholis agitata & utrimquè controverſa, ſect. 4. §. 9. n. 1. p. 262
Ab Auguſtino aſſerta, ut oſtenderet baptiſmum non eſſe iterandum, n. 2, *ibid.* n. 11. pag. 270.
Reviviſcentiam tribuit Auguſt. characteri, n. 5, *& ſeq.* p. 265, n. 9, p. 268, n. 49, p. 306
Reviviſcentiam admittit etiam dum baptiſmus ab initio ſuum effectum primarium, hoc eſt, gratiam produxit, *ibid.*
Reviviſcentiam toties admittit, quoties quis redit ad Eccleſiam ipſi reconciliatus, *ibid.* num. 11, & 12, p. 271, *& ſeq.* n. 22, p. 281. *& ſeq.*
Reviviſcentia bis rem habuiſſe vitam ſignificat, n. 8, p. 267, num. 24, pag. 282

Comparatio baptiſmi cum charactere militari, vinculo conjugali & aliis ſimilibus non patitur reviviſcentiam prout explicatur in ſcholis, n. 16, & ſeq. p.276. n. 28, p. 286
S. Thomas characteri tribuit reviviſcentiam, n. 30, p. 289
Denegavit actionibus fluentibus, n. 34, p. 293
Sed informibus, num. 42, pag. 299.
Actiones malæ non vivificantur ſed abolentur, n. 43, p. 300
Actiones bonæ in ſtatu gratiæ factæ reviviſcunt juxtà diſpoſitionem reſurgentis, n. 45, p. 302.
Actiones bonæ ex ſolâ Dei miſericordiâ reviviſcunt, n. 48, pag. 305.
Diſcrimen inter merita interrupta & alia perſeverantia, ibid.
Res quæ reviviſcit debet eſſe bona & exiſtens, num. 49, pag. 307.
Pro peccatoribus Eccleſia orat ut peccata dimittantur, non ut merita redeant, num. 50. pag. 308.
Malè reviviſcentia tribuitur communioni fictæ, explicatur locus S. Thomas, n. 51. ibid.
Oſtenditur abſurditas ſententiæ admittentis communiones in peccato peractas reviviſcere, num. 52, p. 309
S. Thomas denegavit fictæ communioni reviviſcentiam, n. 53. p. 310
Eſt certa concluſio poſt Innocent. XI, p. 54, ibid.
Explicatur S. Thomas confeſſionis informis reviviſcentiam docens, §. 10. n. 22, p. 336
Oſtenditur additamentum de reviviſcentiâ eſſe ab aliquo ingeſtum, cum non cohæreat cum doctrinâ S. Thomæ, imò pugnet cum ipſomet articulo, num. 25. & ſeq. pag. 339, &c.
Si docuit, id ipſum retractavit, num. 27, p. 342
Mirum eſt quod id docuerit, cum ejuſmodi doctrina directè contrarietur doctrinæ Auguſtini, cujus authoritate nititur Doct. Angel. num. 28, pag. 342.
Admiſſio reviviſcentiæ reſpectu communionis & confeſſionis informis efficit inania argumenta Auguſtini contrà Donaſtitas, ibid. p. 344
Reddit fruſtraneam cenſuram Alexandri VII, & Innocent. XI, n. 69, p. 383, & §. 9, n. 54, p. 310

S.

SACRAMENTUM.

Sacramentum eſt iterandum quandò ſuum effectum proximum non induxit, ſect. 4. §. 2, n. 9, p. 78, & ſeq. §. 10, n. 28. p. 342
Datur Sacramentum tantùm, & res & Sacramentum ſimul, §. 3. n. 11, p. 130, & ſeq. §. 9, n. 30, p. 289

 Sacra-

Sacramentum devotè recipienti prodeſt, ſacrilego obeſt, §. 9. n. 14. p. 274. n. 21. p. 280
Sacramentum non eſt hominum ſed Dei, §. 4. n. 9. p. 157. §. 10. n. 52. p. 368
Sacramentum Euchariſtiæ, V. communio, Euchariſtia.
Sacramentum pœnitentiæ. V. confeſſio, contritio.

SACRIFICIUM.

Sacrificia impiorum abominabilia, ſect. 2. §. 1. num. 3. pag. 25.
Stultè agunt, nec Dei cuſtodiunt mandata qui cum peccato offerunt ſacrificia, num. 9. pag. 32.
Non tam res oblata, quam offerentis animus attenditur, num. 16. p. 38. ſect. 4. §. 4. n. 20. pag. 165
Sacrificium omnes cupiunt Deo gratum, ſect. 4. §. 4. num. 1. pag. 152.
In ſacrificio quatuor concurrunt, cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur & pro quibus offeratur, ibid.
Sacrificium novæ legis in conſecratione utriuſquè ſpeciei conſiſtit, num. 2. pag. 153
Chriſtus ejuſdem eſt inſtitutor, ibid.
Sacrificium ſoli Deo unanimiter tribuunt homines, n. 3. pag. 154.
Terminus ſacrificii ut actionis eſt Chriſtus, n. 4. ibid.
Chriſtus eſt principalis offerens, num. 6. pag. 155
Sacerdos eſt miniſter, etiam certo ſenſu ſacrificat populus, ac alii offerentes, ibid. & n. 7. ibid. & ſeq.
Sacrificium nullâ offerentium malitia inquinari poteſt, n. 9. pag. 157.
Dicuntur mali non ſacrificare, ſcilicet in genere moris, n. 11. pag. 158. & ſeq. & num. 21. pag. 166. in fine.
Judas & crucifixores concurrerunt ad Chriſti ſacrificium, non tamen ideò ſacrificium obtulerunt, n. 12. p. 159
Sacrificium uni attribuitur, & non alteri ad idem concurrenti, n. 14. & ſeq. pag. 161
David credidit ſe non ſatisfacere præcepto de ſacrificando per ſacrificium injuſtum. n. 16. p. 162
Stultitiæ arguuntur qui contrarium ſentiunt, num. 17. pag. 163.
Minùs peccant non ſacrificando, n. 19. p. 165
A ſe incipere debet qui vult ſacrificare, n. 21. p. 166

SAMARITANUS.

Samaritanus ob virtutis amorem miſero ſubvenit, ſect. 4. §. 7. n. 24. pag. 236

SATISFACTIO.

Satisfactio quæ relinquit finem intentum non eſt iteranda, ſect. 4. §. 2. n. 8. p. 77
Repetenda eſt, ſi nullum poſt ſe relinquat effectum, ibid.
Satisfactio ſicut poteſt ad varios fines conducere, ità poteſt

teſt ad eos ordinari, non erit iteranda ſi ad eos inducendos ſit proportionata, §. 6. num. 9. pag. 210. & §. 7. num 18. pag. 231

Poteſt eſſe proportionata ad unum finem & non ad alium, num. 19. pag. 232

ſatisfactio in peccato facta non prodeſt ad pœnam minuendam, §. 9. num. 42. p. 299. *& ſeq.* §. 10. n. 40. p. 357

Aliud eſt à ſatisfactione repetendâ excuſari, & aliud eam implevîſſe, §. 10. num. 42. pag. 360.

SUBSTANTIA.

Subſtantiæ & modi diviſio generaliter ſumpta non poteſt admitti, ſect. 2. §. 1. n. 20. pag. 41. ſect. 4. Append. 2. num. 22. pag. 97. Append. 3. num. 6. pag. 102

Subſtantia Phyſicè conſiderari poteſt, vel moraliter, *ibid.* & Append. 3. num. 18. pag. 110. num. 29. pag. 121. §. 8. p. 248. §. 10. n. 50. p. 367. num. 68. pag. 183

T.

TEMPERANTIA.

Temperantia habenda eſt major tempore jejunii quam extrà, ſect. 4. §. 7. n. 6. pag. 222. num. 10. p. 225

TIMOR.

Timor nos in animo ſæpius facit tranſgreſſores, num. 25. pag. 237.

Non tamen ſemper, plerumquè enim eſt utilis, num. 26. pag. 238.

Difficile eſt coërcere animum per timorem, *ibid.*

V.

Viæ rectæ duræ ſed tutæ, ſect. 4. §. 4. num. 21. pag. 166.

Vicarii ſivè manſionarii ad horas omnes obligati tenentur habere attentionem, §. 5. n. 11. pag. 176. *& ſeq.*

Vinculum conjugale eſt perpetuum, §. 9. num. 18. pag. 277.

Dat jus ad bona communia, non tamen facto divortio, *ibid.*

Virtutem intendunt legiſlatores, ſect. 4. Append. 3. n. 21. pag. 113.

V. Actus. Finis. Lex. Præceptum.

Z.

ZELUS.

Zelum Eliæ aſſumere debemus, ſect. 4. §. 10. pag. 390.

FINIS.

Errata ſic corrige.

PAg. 39. lin. 7. cap. 2. dele 2.
Pag. 44. lin. 20. promittat lege proponat.
Pag. 52. lin. 16. ordinem adde ad finem.
Pag. 63. lin. 23. IV. lege VI.
Pag. 64. lin. 20. IV, lege VII.
Pag. 91. lin. 32. adhibenda adde eſt.
Pag. 113. lin. 24. ad 1. lege 2.
Pag. 166. lin. 25. dele 6. lege 2. cap. 6.
Pag. 191. lin. 27. dele 66. lege 91.
Pag. 201. lin. 19. Eſtius lege Eſtium.
Pag. 211. lin. 21, ſe lege ſi.
Pag. 252. ad marginem 36. lege 39.
Pag. 296. lin. 7. perdiderit lege perierit.
Pag. 299. lin. 28. opera adde non.
Ibidem. lin. 30. dele non.

Google

Digitized by Google

VITTORIO EMANUELE
BIBLIOTECA IN ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

6-4